Jus hodiernum
Romano-Germanicum,
five:
Epitome
Juris Civilis Romani,
quatenus in foris Germaniæ obſervatur, & in Praxi receptum eſt;
juxta
ſeriem Pandectarum
exhibita.
Annexi ſunt Autores, qui de materiis in ſubſequenti Titulo obvenientibus & alias tractari ſolitis
ſcripta concinnaverunt.

Curante
SAMUELE OBERLÆNDER,
J. V. Licent.

Norimbergæ,
Sumptibus Pauli Lochneri,
ANNO M. D. C. C. XX.

PRÆFATIO.

CUm nulla in orbe terrarum reperiatur Respublica, quæ non pro fine ſibi propoſito habeat ſalutem civium, ea autem ſine Legibus, nec concipi, nec requiri, nec obtineri poſſit, ſtatim apparet, quam neceſſarium ſit, eas ita conſtitutas eſſe debere, ut quam maxime Reipublicæ formæ, genio ſubditorum & conditioni Regionis conveniant. Aliter enim ſtatutæ ſcopum præfixum vix conſequentur, imo turbarum & confuſionum myriades excitabunt. Hinc eſt, quod quævis Reſpublica, præter immobiles & religioſe colendas naturales & divinas poſitivas, etiam ſpeciales & ſibi proprias, Leges quasdam finxerit, quibus ſubditi pro ingenio atque regionis more vivunt, reguntur, & ad beatitudinem civilem diriguntur. Quia vero ſæpe contingit veteribus Legibus Rempublicam aut non ſatis juvari, aut ſolis il-

lis incumbentia mala averti non posse, aut etiam illas præsenti rerum statui, longe ab illo, qui tempore, quo leges tunc utilissimæ promulgatæ fuere, mutato, haud amplius conformes æstimentur, necessitas (quæ non immerito a quodam, magna quædam in Republica Dea, vocatur) postulat, ut aut novæ inducantur, aut veteres abrogentur. Liquet ergo imprudentiæ reos esse eos, qui Leges abrogatas aut imprudentiæ aut injustitiæ accusandas putant. Mutato potius illud rerum statui, diversisque temporum circumstantiis imputent, Legesque ab iniquitatis crimine absolvant, si non & Leges heic loci usitatas alibi autem in viridi observantia vigentes simul justas & injustas contra prima principia, quibus aliquid posse simul esse & non esse, negatur, appellare volunt. Non deesset, si locus aut tempus ferrent, occasio, hæc omnia latius & fusius deducendi, exemplisque demonstrandi; sed fines egrederer, & extra oleas vagarer, si aliud exemplum, quam ex Jure Romano desumtum, adducerem. Constat enim quantis laudibus illud a variis propter justitiæ æquitatisque splendorem elatum, quantis præconiis propter presse secuta juris naturalis vestigia celebratum, quantis vigiliis quan-

quantisque laboribus autoritate Impp. a viris eruditionis pariter atque justitiæ meritis præstantissimis collectum, paucis denique, ne ejus Panegyrin hic conscribere videar, tanto honore dignum judicatum ut olim fere in omnibus Europæ moratæ regionibus communi usu receptum fuerit, idque non aliam ob causam, quam propter præclaram justitiam & æquitatem internam. His tamen non obstantibus in vulgus notum est, quantopere mutatum sit in Germaniæ nostræ (de reliquis ut nil dicam Regnis & Provinciis) foris, & quantopere ejus autoritati aut desuetudine, aut contraria consuetudine, aut novis Legibus, detractum sit. Nec immerito; status enim hodiernus Germanici Imperii ejusque Provinciarum infinitis parasangis a veteri illo Romani Imperii distat, & nullibi fere cum illo convenientiam habet, quapropter etiam necessarium fuit, Leges ad hodiernum Reipublicæ statum accommodatas esse, si fine suo frustrari haud volebant; sic quæ de Jure publico in Legibus Romanis reperiuntur, tam male nostro seculo applicantur, ut inconvenientius nihil reperiri possit; e contrario, si hodiernum jus publicum e principiis dicti Juris Romani deducere quidam satagunt, cribro aquam

mihi haurire videntur, dum illud longe aliis ex fontibus, Recessibus scilicet Imperii, aurea bulla, pace profana & religiosa, Westphalica, aliisque capitulationibus Imperatorum, quibus Observantia Imperii adjungenda est, disci debet. Sic quæ de Jurisdictionibus & Dignitatibus in Corpore Juris inveniuntur, parum, utilitatis, ob statum Reipubl. itidem mutatum, habebunt. Sed & jus privatum si spectaveris, infinita moribus mutata videbis, & credere recusanti exemplorum plaustra afferri possent, si non paucissimis fidem afferere dictis valerem. Quæ, quæso, se materia in jure Romano per omnes fere causas latius extendit, quam stipulationes & pacta? Interim a stipulatione tantum abhorruit Germanorum genius & ingenium, ut hucusque ei proprium germanicum nomen assignatum non sit, nedum ejus usus unquam in Germania nostra viguerit, prout scilicet in Jure Romano exhibetur, & quatenus illis præ pactis simplicibus firmitas quædam & obligatio interna conceditur. Quæ porro de pactis nudis & non nudis, de pactis in continenti adjectis, vel ex intervallo, proponuntur, parum certe hodie utilitatis aut solatii præbent, cum Germani, quibus data fides

fides ſemper ſanctiſſima religio, eandem frangere, dirum crimen fuit, ad ſimplicitatem juris Gentium in hoc puncto redierint, aut ut proprie loquar, nunquam a ſimplici hac ſimplicis naturæ via, inter pacta nuda & non nuda, inter pacta & ſtipulationes, &c. non diſtinguentis, receſſerint. Cauſam hujus differentiæ inter Jus Romanum & Germanorum mores ſi altius inquirere lubet, conſiderandum, quod Itali genus ſubtile, diſſimulatum, dolis & fraudibus aſſvetum, juxta autem multis ceremoniis externis deditum, nihil actum, nihil perfectum eſſe voluerint, quam quod multorum verborum aut aliarum circumſtantiarum ſtrepentibus ſolennitatibus quaſi veſtitum fuerit, ut vel hoc modo cum aliter non potuerint, conſenſum verum & ſerium exprimerent, fraudes vero & dolos excluderent. Contra Germani bellis potius & laboribus indulgentes, quam ſubtilibus verborum ſolennitatibus ſtudentes, datæ fidei obſervantiſſimi, fractæ ultores ſeveriſſimi, nunquam induci potuerunt, ut liberos animos ſervituti ſolennium verborum ſubjicerent; nec etiam eo opus fuit, quia fidem atque manus in ſignum fidei dationem tam religioſe coluerunt, quam perfidos & frau-

dulenter agentes execrarunt. Quid igitur mirum, si diversæ Leges apud Gentes tantum inter se moribus diffidentes deprehendantur? Sed forsan hæc sola, in quibus Praxis Germaniæ a Jure Romano differt? Imo tot & tanta sunt, ut iis recensendis locus & tempus deficeret, si fuse recensenda essent. Unum & alterum argumentum adductum sententiam meam confirmabit, Servitutis servorum & manumissionis infinitis fere in locis Juris Romani mentio fieri solet, ita ut nihil frequentiùs JCtis, quam exempla de servis allata; sed qualem hæc usum præbeant, servitute non amplius apud nos vigente (bene an male, hic non est disquirendi locus) quilibet comprehendere potest. Totus itaque L. XL. ff. in usu esse desiit, & quæ in iis declarantur, in Judiciis tam ignota sunt, quam navigantibus terra Australis incognita; quemadmodum etiam in Lib. XLVII. & XLVIII. contenta, hodie maximam partem mutata aut prorsus abrogata deprehenduntur. Quanta igitur honoris laude prosequendus sit B. Dn. Samuel Stryckius &c. quod Usum Modernum Juris Romani secundum seriem Pandectarum erudito orbi communicaverit, quilibet cui solida jurisprudentia arridet, non vero attrita

obso-

obſoleta, & in Praxi nihil utilitatis afferens ſpeculativa ſcientia Legum placet, mecum videt & fatetur. Non inficias eo,me in hoc brevi opuſculo ejus veſtigia preſſe ſecutum eſſe, atque allaboraſſe, tibi in compendio exhibere, quæ ibi fuſius & docte explicantur. Non enim cuilibet datum eſt larga & diffuſa evolvere volumina; alios impatientia, alios multus labor, alios denique alia ſtudia ab eorum evolutione deterrent; quibus ut ſuccurratur, pauciſſimis omnia ſunt proferenda verbis. Deinde nec inutile erit ſtudioſis ſi perlecto titulo aliquo ex Compendio ff. Lauterbachii, aut ex Syntagmate Juris Civilis Struvii, ſtatim uno quaſi intuitu perſpicere poſſunt quid in iſto Titulo utile, quid inutile, quid memoriæ mandandum, quid tantum obiter percurrendum, quid denique Praxi conveniens, quid minus conveniens. Reſtat, ut etiam Tibi B. L. rationem reddam cur Autores ſingulis Titulis adjecerim. Notum ſcilicet eſt, hodierno ſeculo tertiam fere eruditionis partem in notitia Autorum, qui de quavis obveniente materia ſcripſerunt, conſiſtere, imo tanti eam ſcientiam æſtimari, ut ferme peculiare ſtudiorum genus exinde evaſerit, & tantum quis eruditus aut doctus a reliquis cenſeatur, quantum

de

de Libris eorumque Autoribus diſcurſus movere poteſt. Hinc Petri Mulleri JCti inſtitutum valde laudandum eſt, quod Syntagmati Juris Civilis Georg. Adami Struvii præter Notas elegantiſſimas, etiam Autores, qui de quavis materia in Titulo iſto obveniente tractatus aut Diſſertationes emiſerunt; iſtius Tituli tractationi præmiſerit, quo emergente caſu refugere Juris Patronus aut alius Juris materiam pertractaturus, poſſit. Cum vero non omnibus datum ſit adire Corinthum, & tam pretioſum ſibi Autorem comparare, dum quosdam res anguſta domi arceat, quibusdam vero incommodum videatur in peregrinationibus tantum onus circumducere, illis ſuccurri poſſe putavimus ſi Autores ex dicto Libro huic Tractatui adjiceremus; ſed ne credas, nos eos ſimpliciter exſcripſiſſe, abſit hoc a nobis; imo aſſerere poſſumus, nos illic recenſitis ultra mille Autores ſuperaddidiſſe, & locis convenientibus inſeruiſſe. Scopus igitur tractationis hujus eo collimat, ut lecto Titulo quodam ſtatim uſus ejus in Praxi appareat, & ſtudioſus Juris ſibi ſimul notitiam Autorum Juris comparare, provectiores autem ſine tædioſa inquiſitione Autorem invenire poſſint, qui materiam hanc vel iſtam latius pertractaverit. Accipe igitur B.L. hunc noſtrum quamquam levem laborem, & ſi placet, eo fruere, ſi diſplicet eum tibi non ſcriptum eſſe, perſvaſus eſto.

Vale.

Libri I,

Libri I. Tit. 1.

De Justitia & Jure.

DE Justitia scripserunt Cardinal. Lugo Ludov. Molina. Christophorus Haunoldus. Paul Rosmer. P. Dominicus Soto, Stephan. Fagundez, Laymanni Theologia Moralis. Leonh. Lessius de Just. & Jur. A-orius, Andreas à Matre Dei, Sign. de Homodeis. Thom. Sanchez, Hardew. Dassel. Petri Fabri Comment. ad tit. ff. de Just. & Jure, Marci Mantuæ, & Joh. Rami Recitation. ad h. t. Jac. Cujacii Recitationem ad h. t. Andler in Jurisprud. publ. & priv. L. 1. t. 1. per tot. Malcomesius in Annot. ad Ludwelli Comment. super Wesenbec. h. t. De Jurisprudentia in certam artem & methodum redigenda Christoph. Ohemius, de principiis & dignitate jurisprud. Henr. Gebhard. Jurisprudentia Ethica, seu jur. Civil. & Canon publici & privati

cum Philosophia Morali collatio. Laurent. Arnoldi. De vera jurisprudentia Joach. Hopperus, jurisprudentiæ L. 1. Sebast. Verrerus, jurisprudentiam publicam & privatam Franc. ab Andler. De dignitate & præstantia studii jurisprudentiæ Paulus Trane, Oratio contra jurisprudentiæ Vituperatores, Ferdin. Abduensis. De Autoritate Jur. Civil. & Canonici scripserunt Hunnius, Hagemejer, Arthus. Duck.

Usus Tituli modernus.

Cum generalia hic titulus tantum contineat, circa quæ in praxi nihil mutari potuit, hinc circa Jus modernum in genere saltem observandum: scripsisse *de LL. abrogatis Bugnyonem* in speciali tractatu, & *Simonem* a *Groenwegen* in tract. quem inscribit *de Legibus abrogatis & inusitatis in Hollandia & vicinis Regionibus*, ubi ad singulas LL. monet, quænam hodie abrogatæ sint; huic tamen non tuto adhibetur fides, cum sæpius sine ratione Legem mutatam esse perhibeat.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. in pr. & §. 1. L. 3. L. 6. L. 9.

Lib. 1. Tit. 2.

De Origine Juris.

De origine Juris scripser. M. Anton. Muretus, Jacob. Cujacius, Petrus Faber, Georg. Eber-

Eberlin. Thomas Lindemann. Gerh. Coccejus, Christ. Adam. Rupertus, Simon Lewen cum Notis Vinnii, Joh. Emer. a Rosbach, Catales. in T. ff. de O. J. Manuale juris, s. juris Civil. Roman. Historia, Bibliotheca, Florilegium, Jac. Gothofredus, de fatis jurisprudentiæ Georg. Schubartus, de Usu & autoritate Juris Civilis Arthur. Buck, Historiam juri. Civil, Canon. & Saxonici Daniel Keiser, de origine Juris Germanici, Hermann. Conringius. De origine Juris saxonici Heig. P. 1. Quæst. 8. De origine Juris & omnium Magistratuum Georg. Eberlin. De Magistratu Romano Petr. Faber. De Magistratuum Romanorum generibus Officiis & jurisdictione, Barth. Hensler. De Magistratu veter. popul. Roman. & Græc. Justus Lipsius, Joach. Perionius. Historiam Juris Romani Valentin, Forsterus, Vitas veter. JCtorum Bernh. Rutilius, Rixas & implacabiles concertationes Caji & Proculi, aliorumque veter. juris Autor. Petrus de Velasco, De sectis JCtorum, seu veterum JCtorum diversis familiis Joh. Kebhan.

Vsus Tituli modernus.

Quoad usum modernum hæc saltem observanda sunt:

(1) Inter jus civile & prætorium nihil interesse ratione auctoritatis; utrumque

enim Corpori Juris insertum ac Imperatoria auctoritate promulgatum, a Germanis autem hoc jus Justinianeum generaliter receptum est. Interest tamen adhuc aliquid ratione naturæ suæ intrinsecæ, hanc enim Juri Prætorio salvam reliquit Justinianus. Unde actiones Prætoriæ adhuc hodie sunt annales, Civiles vero perpetuæ.

(2) De Jure respondendi facultas adhuc hodie quidem publica est, sed amplius non stringit Judicem, ita ut præcise responsum hoc sequi debeat, præsertim si hoc per modum informationis datum sit. Quod si vero a Facultate nomine Judicis concepta sententia, hanc nisi manifestum errorem contineat, sequi Judex tenetur. Confer. *Hahn. de Autor. prud. Pax Scala de Consil. Prudent.*

(3) De Origine Juris Germanici, quatenus Jus Romanum in Scholas ac Judicia Germanorum traductum, legi meretur specialis Tract. DN. *Conringii de hac materia.*

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. §. 7. §. 43.

Libri I. Tit. 3.

De Legibus & Senatus-Consultis,

Jungat. L. 1. Tit. 14. C. de LL. & Tit. 16. C. de SCtis, L. 1, t. 4, x. de consuetud.

De

De Legibus ſcripſ. Sebaſtian Medices, Johann. de Salas, Franc. Suarez. De Legum dignitate & præſtantia Suffridus Petri. De Lege, jure & æquitate Albert. Bolognetus. De vi & poteſtate Legum humanarum Claud. Carninus. De Lege politica ejusque executione & obligatione tam inter Laicos quam Eccleſiaſticos, Petrus Gondalez de Salzedo. De Legum obligatione Georg. Wernerus. De interpretatione Legum Johann. Eichelius. De Legibus & SCtis ſcrips. Marcus Anton. Muretus, Anton. Auguſtinus. Petrus de Alyaco, Emericus a Rosbach. Ant. Bertram Selle. De Conſuetudine Petrus Salazar, Ludolph Schrader, Henricus Hahn. De jure non ſcripto Ant. Schoppus. De moribus majorum & longa conſuetudine Franc. Zoanettus. De poteſtate Legislatoria Diſp. Stœckenii. De interpretatione Legis it. Statuti. Schotan. Exam. Juris h. t. Myler. P. 2. de Princip. & Statib. Imper. c. 39. Leges & ſtatuta Principis quatenus extra territorium obligant v. Otton Heinr. a Frieſen diſſert. De jure Principis extra Territorium. c. 3. De Conſuetudine Hunnius in Encyclop. jur. P. 1. Tit. 4. Claſen Diſp. de conſuetudine. Andler. in Corpor. Conſtitut. Imper. Tom. 2. voce: Conſuetudo. De Obſervantiæ S. Conſuetudinis interpretatione Cresp. de

Valdaura Obſerv. 1. Larrea Allegation. Fiſcal. 92.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Nihil hic quidem in praxi ſingulare, niſi quod hodie non tacitùs populi conſenſus, ut quidem Jure Romano, ſed Principis, requiratur ad conſuetudinem introducendam, cùm enim vivamus ſub Principibus, à quorum nutu Leges & earum auctoritas dependet, non valere conſuetudinem niſi Principis (aut illius qui Legislatoria in Republ. poteſtate gaudet) conniventia accedente, conſtat: Hujus vero expreſſo conſenſu opus non eſt, alioquin lex foret, ſed ſufficit eum non contradicere. v. *Zœs. ad. h. t. n. 89. & Struv. th. 20.*

§. 2. Porro & id obſervandum in deciſionibus cauſarum primo attendi ſtatuta particularia, ſecundo, provincialia, tertio, demum recurritur ad jus commune, idque vel Civile vel Canonicum, ſcil. in caſibus in quibus hoc in Foris Proteſtantium receptum eſt. Idem eſt in conſuetudine, quæ ſi ſtatuto poſterior ſit, primo loco erit attendenda. Simili ratione in Electoratu Saxoniæ, 1.) recurritur ad Jus Saxonicum Electorale, 2.) ad provinciale, 3) ad Jus ſaxonicum commune, 4.) demum ad Jus Civile & Canonicum.

Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 4. L. 7. L. 12. L. 17. L. 19. L. 20. (quæ procedit si negotium sit mere civile, ac indifferens, in his enim licet aliqua, non tamen immota ratio dari potest, ut in numero septenario testium in testamento, in temporibus præscriptionum &c.) L. 23. L. 24. L. 31. L. 32. §. 1. L. 37. L. 40.

Lib. I. Tit. 4.

De constitutionibus Principum.

Jung. L. 1. Tit. 14. C. de LL. & constitut. Princ. tit. 15. C. de mandat Princip. tit. 19. C. de precibus Imp. offer. & tit. 20. 21. 22. 23. L. 1. tit. 2. x. de constitut. & tit. 3. x. de Rescript.

De constitutionibus Principum scr. Albertus Brunus, Petrus de Bella pertica, Bernh. Schulz. Petr. de Burgos. Johannes Strauchius, Carolus Tapia, Christoph. Stirrius, Frider. Muller in pract. Forens. Resolut. 34. n. 23. Andler in jurisprud. publ. & privata L. 1. tit. 4. De mandatis cum : vel sine clausula Blum in Processu Camer. Klock. Vol. 2. cons. 98. n. 3. seq. De interpretatione Rescripti Vranius Tom. 1. Cons. 12. De Rescriptis Cancer. part. 3. Variar. Resol.

cap. 3. Hunnius in Encyclop. jur. p. 1. Tit. 5. Myler ab Ehrenbach de Princ. & ſtatib. Imper. part. 2. c. 40. & cap. 55. Reſcriptum & Privilegium quando ex ſub & obreptione nullum reddatur v. Larrea Allegat. Fiſc. 91. Myler ab Ehrenb. Hyparchologiæ cap. 3. n. 161. De ſub- & obreptione Diſp. Büttneri. De poteſtate publicandi mandata & edicta Myler ab Ehrenb. P. 2. de jurib. & privil. ſtatuum Imper cap. 40. De Epiſtola Diſp. Lauterbachü. De privilegiis Georg. Achat. Enenckel. Chriſtoph. Henſcherus. Cancerius P. 3. Variar. Reſol. c. 3 De conceſſione privilegiorum Myler de Princip. & ſtatib. Imper. P. 2. c. 49. De interpretatione privilegiorum quatenus, quomodo & a quo cum effectu fieri poſſit Treutler. Conſ. 59. De modis amittendi Privilegia Knipſchild de jurib. ac privil. Civit. c. 18. & cap. 20. De Statutis Alberic. a Roſate. de juribus ſtatutorum Diſp. Simonis. De ſtatutis provincial. & municip. Hunnius in Encyclop. jur. P. 1. t. 3. c. 1. De jure ſtatutario in materia ſucceſſionis Fritſch. Vol. 1. conſ. 14.

Vſus Tituli modernus.

Nec in hoc titulo aliquid in Praxi occurrit, quod a jure civili diverſum ſit, niſi hoc quod. 1.) hodie non opus ſit reſcriptis inſerere clauſulam: Si preces veritate nitantur,

tur, quæ Jure civili necessaria erat, per *L. fi Cod. de divers. Rescript.* Hodie enim illa subintelligitur juxta dispositionem Juris Canonici in *c. 2. x. de Rescript.* 2.) Jure Civili novissimo Rescripta à Quæstore seu Cancellario simul erant subscribenda per *Nov.* 114. *c. 8.* quod hodie generale non est, in Marchia enim non observatur, ubi solus Elector subscribit. In Aula tamen Imperatoria adhuc jus civile obtinet, ubi cum Imperatore Vice-Cancellarius Imperii simul subscribit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. L. ult.

Libri I. Tit. 5.

De Statu hominum.

De Statu hominum scr. Frider. Bruckmann. De jure hominis Andr. Dalnerus & Joh. Wilh. Grashoff. De juribus fœminarum singularibus Bened. Carpzov. De fœminarum in jure Civili & Canonico privilegiis, immunitatibus, & præeminentia Joh. Henr. Wolffius. De jure sexus fœminini singulari Henr. Hahn. De differentiis utriusque sexus in jure Joh. Werner König. Certamen Masculo fœmineum Georg Rolhagen. De præcedentia Marium præ fœminis Nic. Christ. Lyncker. Homo Oriens &

Florens, Engelbr. Wippermann. De ætate minori Quintil. Mandoſius. De jure ætatis Chriſtian. Klengel. Anton. Scheffel. De ætatum gradibus & differentiis Frider. Martini. De Virginibus Joh. Frid. Rhetius. De Viduis Jodoc. Damhouderus. De juribus & privilegiis Viduitatis. Henr. Neuenhan De Homagiis, operis & ſervitiis Jac. de S. Georgio cum Not. Matth. Boys. De hominibus propriis Hyppolitus Bonacoſſa. Joh. Euchar. Erhard & Joh. Frid. Huſanus. De Wildfangiatu extat Joh. Frider. Bœckelmanni Juſtitia cauſæ Palatinæ. S. Defenſio juris Regalis Palatini in homines proprios. & Joh. Henr. Bœcleri Vindiciæ quorundam Electorum, Principum & Statuum contra Wildfangiatum Palatinum. Add. De hominibus propriis Steinmeyeri Diſp. de jure ſervitutis. De ſervitute perſonali, ſ. de jure Dominorum in homines proprios Balthaſar Reſolut. pract. P. 1. Tit. 4. Schmidii Commentar. ad Jus Bavaricum, Tom. 2. tit. 4. art. 1. ſeqq. De ſervis Laurent. Pignorius Hermoſilla in Addit. & Reſolut. ad Lopezium. fol. 673. De legitime natis Strombeck in diſſert. de jure Colleg. opif. th. 76. ſeqq. De partu ſeptimeſtri Dedekenn Conſ. Theolog. Vol. 2. Libr. 4. ſect. 1. fol. 206. & Vol. 3. c. l. fol. 854. Alphonſ. a Caranzade Partu, Car. Anth. Fabrott. Exerc. de tempore par-

partus humani. Arnisæus de partus humani legitimo tempore.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Abrogata apud Christianos pristina servitute, hodie quo ad statum libertatis fere ad Jus Naturale reditum est, ita ut omnes homines liberi sint. Unde servi nostri perfecte liberi, nec alia ratione nobis obligati sunt, nisi quatenus per contractum locationis & conductionis operas suas nobis promiserunt: Hinc mercedem exigunt, sed pro rata saltem temporis, quo operas præstiterunt. *Carpz. P.* 11. *Const.* 51. *def.* 12. Nec Dominus ipsis obligatus est ratione damni quod per vulnus in corpore sensit, etiamsi hoc in servitio acceperit. *Carpz. d. l. def.* 14. Mansit tamen veteris servitutis rigor ut apud Turcas & Tartaros in Christianos, ita etiam apud hos in illos jure retorsionis. Quemadmodum etiam Monachi servis veteribus hodienum assimilantur, quod nihil proprii habeant, sed omnia Monasterio sua acquirant, & quod voluntatem habere non censeantur, sed ad Abbatis jussum ut servus ad Domini jussum vivere teneantur. *Hermann. Stamm. de servit. person. L.* 1. *c.* 1. *tit.* 4. *n.* 2. & 3.

§. 2. Rustici illi qui proprii homines sunt, magis ad servorum conditionem præ-

ser-

fertim ad adfcriptitios accedunt. *Mev. P.* 111. *Dec.* 8. funt enim portio fundi. *Mev. P. 1. Dec. 69. n.* 1. & cum ipfo fundo oppignorantur. *Mev P. IV. Dec. 24.* fed hæc ita quoad culturam agrorum & fervitia inde domino præftanda, extra hanc caufam vero liberi funt, non fervi; hinc habent perfonam ftandi in judicio, fibi acquirunt, teftamentum condunt, nuptias contrahunt, &c. &c. *Stamm. d.* Tr. *de fervitut. perfon. l.* 1. *c.* 2. *n.* 2. & *L.* 3. *c.* 2. *n.* 3. & *Mevius in tr.* Von Abfolg der Bauers-Leute.

Leges Notabiles. h. t.

L. 7. cui refpondet L. 26. L. 9. L. 10. L. 12. L. 14. L. 17. L. 18. cui refpondet L. 24.

Libri I. Tit. 6.

De his qui funt fui vel alieni juris.

Jung. L. 8. tit. 47. C. de patr. poteft. & tit. 52. C. de infantib. expofit. liber. &c.

De patria poteftate fcripf. Afcanius Clementinus, Joh. Angel. Boffius, Sebaftianus Monticulus, Joh. Otto Tabor. De viribus patriæ poteftatis Philipp. Pafchalis. De obligatione inter filium & Patrem Ludov. a Sardis. De legitimatione Daniel Clafen, per fubfeques matrimonium Wolff. Adam Lauterbach. Did. Jannez Faxardo. De reftitutione

Nata-

Natalium & infamium Jacob Otto. De illegitimis & naturalibus restitutis, Joh. Bapt. Lupus. De legitimatione filiorum illegitimorum Ant. de Rosellis. De nothis Spuriis. que filiis Gabriel Palæottus.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quid circa servos hodie juris sit dictum est ad Tit. præced Patriam petestatem quod attinet, volunt multi peculiares ejusdem effectus, quos jus civile constituit & concessit hodie non amplius obtinere. *Grœnewég. de LL. abrogat ad. Tit. Inst. de P. P. Gudelin de jure noviss. Libr.* 1. *c.* 13. §. 4. in specie vero patrem furiosum amittere patriam potestatem tradit *Grœnweg. ad L.* 8. *h. t.* sed cum semper pro juris observantia præsumendum, merito secundum dispositionem juris in Praxi apud nos pronunciatur. Ergo nec hodie filius acquirit sibi sed patri, non potest testari de peculio adventitio extraordinario, quamvis pater non habeat Usumfructum, non potest agere in judicio de peculio pagano, nisi consensu Patris.

§. 2. Hoc tamen certum est, non amplius permissum esse hodie patri, ut filium sanguinolentum vendere possit, partim quod jura Servitutis hodie cessent, emtoris enim servus fiebat filius, partim quod Magistratus ex officio egenti patri succurrere teneatur.

tur. *Struv. Exerc.* 23. & 27. Id quoque constat facilius hodiè tolli patriam potestatem ac olim, de quo *v. Tit. seq.* Tollitur enim per nuptias, ex quo sequitur, nepotem in potestate avi non esse, sicut erat de jure civili. *L.* 4. *in f. h. t.* Notandum tamen quod licet Patria potestas per matrimonium filiæ solvatur licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur, secus tamen hoc fit in filio. *Carpzov. P.* 2. *const.* 10. *def.* 2. & *seq. ibique Eschbach in Not. Coler. P.* 2. *Decis.* 222. cessante autem causa cessat ususfructus etiam tanquam effectus, quamdiu autem filius in ædibus patris subsistit a patria potestate non liberatur. *Carpz. d. def.* 3.

Leges notabiles h. t.

L. 6. L. 9. L. 10.

Lib. I. Tit. 7.

De adoptionibus & emancipationibus & aliis modis, quibus patria potestas solvitur.

Jung. L. 8. t. 48. C. de Adoption. Tit. 49. C. de emancipat. liber. tit. 50. de ingrat. liber.

De Adoptionibus scripf. Signor de Homodeis, Andler in Jurisprud. publ. & priv. L. 1. Tit. 5. part. 13. De Emancipationibus & Adoptionibus Principum Kulpis. Quomodo adoptionem coluit Equestris Ordo Imperialis

lis Caspar a Lerch de Ord. Equestr. P. 1. n. 12. Martin. Naurath in Addit. ad Hyppol. a Collibus Princip. c. 35. lit. b. De Adoptione ejusque prætensa retractatione ex turpi causa Tabor Dec. 222. Arrogationis praxin hodiernam docet Nicolai in Resolut. casuum dubior. Resolut. 6. De Unione prolium Jac. Rickius, Joh. Eichelius, Burch. Bardili, Stryk. in tr. de Successiion. ab intest. Differt. 8. c. 6. per tot. Klock. Conf. 160. Tom. 3. Schilter in Praxi Jur. Rom. h. t. Brem. in Disp. de Successionibus ex pacto. §. 47. seqq. Adam Keller de jure succedendi Tit. 26. De Unione seu pariatione prolium diversi matrimonii ad Successionem. Barthol. Musculus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Communiter dicunt Dd. jura adoptionis hodie ab usu recessisse, imo penitus abolita esse. *Grœniv. h. t.* sed male, licet enim non adeo frequententur, hodie ac olim, inde tamen ad desvetudinem vel abrogationem juris non inferendum est. Nam adhuc hodie adoptare licet & si id fiat, secundum hæc jura pronunciandum erit. Hinc mense Aprili anni 1674. adoptionem minus legitime factam a Principe juxta L. 38. h. t. confirmari posse in Facultate Juridica responsum, & filiæ ita adoptatæ successio assignata est.

§. Re-

§. 2. Receptiorem hodie dicunt unionem prolium, ubi liberi diverſorum matrimoniorum ita uniuntur, ut perinde quoad ſucceſſionem cenſeantur, ac ſi ex eodem matrimonio nati eſſent. Quæ Vnio juri Romano incognita, cum ibi pactis ſucceſſio non deferatur *L. ult.* C. *de pact.* Requiritur vero ad illam unionem exacta cauſæ cognitio, quantæ utriusque facultates ſint, 2.) Decretum & auctoritas Magiſtratus, & denique conſenſus eorum & præſentia quorum intereſt, ita ut pactum unionis prolium, ſi non brevia cognitione judiciali, in præſentia Tutorum & conſanguineorum Magiſtratus Decretum acceſſerit, haud ſubſiſtat. *Carpzov. L.* 5 *Resp.* 6. Nullum tamen ex hac unione impedimentum matrimonii oritur. *Rickius Tr. de unione prolium- c. 9. n. 34.* Sed ſi verum fateri velimus, æque rara eſt hodie unio prolium ac ipſa adoptio.

§. 3. Emancipationem adhuc hodie fieri poſſe nuda apud Magiſtratum facta conteſtatione juxta §. *6. Inſt. quib. mod. patr. pot. ſolvit & L. . f C. de emancipation.* extra omne dubium eſt. Frequentius tamen tacite fit emancipatio per ſeparatam Oeconomiam & per nuptias, & quidem jure Saxonico in filia ſolæ nuptiæ ſufficiunt, etiam ſi in convictu patris maneat, *Carpzov, P, 2, conſt. 10. def.*

def. 2. Jure Civili vero nuptiæ patriam poteſtatem nunquam tollunt. vid §. *2. Inſt. ad SCtum Tertull.* Commoda emancipationis ſi ſcire cupis, ea congeſta invenire poteris ap. *Berlicb. P. 2. Concl. 11. n. 58. & ſeqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 3. L. 13. L. 17. L. 18. L 21 L 24. L. 30. L. 33. (in qua dicitur: ſi impubes ſit arrogatus, quod poſſit, ſi pubes factus ſit, contradicere, quod extenditur ad ſponſalia) L. 38. L. 39. (ex qua probatur, quoties alicui ex actu aliquo præjudicium fieri poteſt, toties ille citandus) L. 42. L. 45.

Lib. I. Tit. 8.

De Diviſione rerum & qualitate.

De rerum diviſione ſcripſ. Marcus Mantua, Leonhard. Metzner. De jure Rerum familiarum, collegiorum &c. Chriſtoph. Beſold De jure Vniverſitatum Chriſtoph. Beſold. Nicol. Loſæus. De variis Vniverſitatum ſpeciebus eorumque juribus Herm. Brüning. De dedicationibus Templorum & altarium Georg Adam Struv. De amortizatione bonorum Zachar. Pruſchenk. de bonis immobilibus in manum mortuam non transferendis & de amortizatione Achill. Epſtein. De amortizatione bonorum a Prin-

cap. 3. Hunnius in Encyclop. jur. p. I. Tit. 5. Myler ab Ehrenbach de Princ. & ſtatib. Imper. part. 2. c. 40. & cap. 55. Reſcriptum & Privilegium quando ex ſub & obreptione nullum reddatur v. Larrea Allegat. Fiſc. 91. Myler ab Ehrenb. Hyparchologiæ cap. 3. n. 161. De ſub- & obreptione Diſp. Büttneri. De poteſtate publicandi mandata & edicta Myler ab Ehrenb. P. 2. de jurib. & privil. ſtatuum Imper cap. 40. De Epiſtola Diſp. Lauterbachü. De privilegiis Georg. Achat. Enenckel. Chriſtoph. Henſcherus. Canceri-us P. 3. Variar. Reſol. c. 3 De conceſſione privilegiorum Myler de Princip. & ſtatib. Imper. P. 2. c. 49. De interpretatione privilegiorum quatenus, quomodo & a quo cum effectu fieri poſſit Treutler. Conſ. 59. De modis amittendi Privilegia Knipſchild de jurib. ac privil. Civit. c. 18. & cap. 20. De Statutis Alberic. a Roſate. de juribus ſtatutorum Diſp. Simonis. De ſtatutis provincial. & municip. Hunnius in Encyclop. jur. P. I. t. 3. c. I. De jure ſtatutario in materia ſucceſſionis Fritſch. Vol. I. conſ. 14.

Vſus Tituli modernus.

Nec in hoc titulo aliquid in Praxi occurrit, quod a jure civili diverſum ſit, niſi hoc quod. 1.) hodie non opus ſit reſcriptis inſerere clauſulam: Si preces veritate nitantur,

tur, quæ Jure civili necessaria erat, per *L. fi Cod. de divers. Rescript.* Hodie enim illa subintelligitur juxta dispositionem Juris Canonici in *c. 2. x. de Rescript.* 2.) Jure Civili novissimo Rescripta à Quæstore seu Cancellario simul erant subscribenda per *Nov.* 114. *c.* 8, quod hodie generale non est, in Marchia enim non observatur, ubi solus Elector subscribit. In Aula tamen Imperatoria adhuc jus civile obtinet, ubi cum Imperatore Vice-Cancellarius Imperii simul subscribit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. L. ult.

Libri I. Tit. 5.

De Statu hominum.

De Statu hominum scr. Frider. Bruckmann. De jure hominis Andr. Dalnerus & Joh. Wilh. Grashoff. De juribus fœminarum singularibus Bened. Carpzov. De fœminarum in jure Civili & Canonico privilegiis, immunitatibus, & præeminentia Joh. Henr. Wolffius. De jure sexus fœminini singulari Henr. Hahn. De differentiis utriusque sexus in jure Joh. Werner König. Certamen Masculo fœmineum Georg Rolhagen. De præcedentia Marium præ fœminis Nic. Christ. Lyncker. Homo Oriens &

Florens, Engelbr. Wippermann. De ætate minori Quintil. Mandofius. De jure ætatis Chriſtian. Klengel. Anton. Scheffel. De ætatum gradibus & differentiis Frider. Martini. De Virginibus Joh. Frid. Rhetius. De Viduis Jodoc. Damhouderus. De juribus & privilegiis Viduitatis. Henr. Neuenhan De Homagiis, operis & ſervitiis Jac. de S. Georgio cum Not. Matth. Boys. De hominibus propriis Hyppolitus Bonacoſſa. Joh. Euchar. Erhard & Joh. Frid. Huſanus. De Wildfangiatu extat Joh. Frider. Bœckelmanni Juſtitia cauſæ Palatinæ. S. Defenſio juris Regalis Palatini in homines proprios. & Joh. Henr. Bœcleri Vindiciæ quorundam Electorum. Principum & Statuum contra Wildfangiatum Palatinum. Add. De hominibus propriis Steinmeyeri Diſp. de jure ſervitutis. De ſervitute perſonali, ſ. de jure Dominorum in homines proprios Balthaſar Reſolut. pract. P. 1. Tit. 4. Schmidii Commentar. ad Jus Bavaricum. Tom. 2. tit. 4. art. 1. ſeqq. De ſervis Laurent. Pignorius Hermoſilla in Addit. & Reſolut. ad Lopezium. fol. 673. De legitime natis Strombeck in differt. de jure Colleg. opif. th. 76. ſeqq. De partu ſeptimeſtri Dedekenn Conſ. Theolog. Vol. 2. Libr. 4. ſect. 1. fol. 206. & Vol. 3. c. l. fol. 854. Alphonſ. a Caranza de Partu, Car. Ann. Fabrott. Exerc. de tempore

par-

partus humani. Arnisæus de partus humani legitimo tempore.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Abrogata apud Christianos pristina servitute, hodie quo ad statum libertatis fere ad Jus Naturale reditum est, ita ut omnes homines liberi sint. Unde servi nostri perfecte liberi, nec alia ratione nobis obligati sunt, nisi quatenus per contractum locationis & conductionis operas suas nobis promiserunt: Hinc mercedem exigunt, sed pro rata saltem temporis, quo operas præstiterunt. *Carpz. P.* 11. *Const.* 51. *def.* 12. Nec Dominus ipsis obligatus est ratione damni quod per vulnus in corpore sensit, etiamsi hoc in servitio acceperit. *Carpz. d. l. def.* 14. Mansit tamen veteris servitutis rigor ut apud Turcas & Tartaros in Christianos, ita etiam apud hos in illos jure retorsionis. Quemadmodum etiam Monachi servis veteribus hodienum assimilantur, quod nihil proprii habeant, sed omnia Monasterio sua acquirant, & quod voluntatem habere non censeantur, sed ad Abbatis jussum ut servus ad Domini jussum vivere teneantur. *Hermann. Stamm. de servit. person. L.* 1. *c.* 1. *tit.* 4. *n.* 2. & 3.

§. 2. Rustici illi qui proprii homines sunt, magis ad servorum conditionem præ-

fer-

fertim ad adfcriptitios accedunt. *Mev. P.* 111. *Dec.* 8. funt enim portio fundi. *Mev. P. 1. Dec. 69. n.* 1. & cum ipfo fundo oppignorantur. *Mev P. IV. Dec.* 24. fed hæc ita quoad culturam agrorum & fervitia inde domino præftanda, extra hanc caufam vero liberi funt, non fervi; hinc habent perfonam ftandi in judicio, fibi acquirunt, teftamentum condunt, nuptias contrahunt, &c. &c. *Stamm. d.* Tr. *de fervitut. perfon. l.* 1. *c.* 2. *n.* 2. & *L.* 3. *c.* 2. *n.* 3. & *Mevius in tr.* Von Abfolg der Bauers-Leute.

Leges Notabiles. h. t.

L. 7. cui refpondet L. 26. L. 9. L. 10. L. 12. L. 14. L. 17. L. 18. cui refpondet L. 24.

Libri I. Tit. 6.

De his qui funt fui vel alieni juris.

Jung. L. 8. tit. 47. C. de patr. poteft. & tit. 52. C. de infantib. expofit. liber. &c.

De patria poteftate fcripf. Afcanius Clementinus, Joh. Angel. Boffius, Sebaftianus Monticulus, Joh. Otto Tabor. De viribus patriæ poteftatis Philipp. Pafchalis. De obligatione inter filium & Patrem Ludov. a Sardis. De legitimatione Daniel Clafen, per fubfeques matrimonium Wolff. Adam Lauterbach, Did. Jannez Faxardo. De reftitutione Nata-

Natalium & infamium Jacob Otto. De illegitimis & naturalibus restitutis, Joh. Bapt. Lupus. De legitimatione filiorum illegitimorum Ant. de Rosellis. De nothis Spuriisque filiis Gabriel Palæottus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Quid circa servos hodie juris sit dictum est ad Tit. præced Patriam potestatem quod attinet, volunt multi peculiares ejusdem effectus, quos jus civile constituit & concessit hodie non amplius obtinere. *Grœneweg. de LL. abrogat ad. Tit. Inst. de P. P. Gudelin de jure noviss. Libr. 1. c. 13.* §. 4 in specie vero patrem furiosum amittere patriam potestatem tradit *Grœnweg. ad L. 8. h. t.* sed cum semper pro juris observantia præsumendum, merito secundum dispositionem juris in Praxi apud nos pronunciatur. Ergo nec hodie filius acquirit sibi sed patri, non potest testari de peculio adventitio extraordinario, quamvis pater non habeat Usumfructum, non potest agere in judicio de peculio pagano, nisi consensu Patris.

§. 2. Hoc tamen certum est, non amplius permissum esse hodie patri, ut filium sanguinolentum vendere possit, partim quod jura Servitutis hodie cessent, emtoris enim servus fiebat filius, partim quod Magistratus ex officio egenti patri succurrere teneatur.

tur. *Struv. Exerc.* 23. & 27. Id quoque constat facilius hodiè tolli patriam potestatem ac olim, de quo *v. Tit. seq.* Tollitur enim per nuptias, ex quo sequitur, nepotem in potestate avi non esse, sicut erat de jure civili. *L. 4. inf. h. t.* Notandum tamen quod licet Patria potestas per matrimonium filiæ solvatur licet ea ædibus mensaque patris adhuc fruatur, secus tamen hoc fit in filio. *Carpzov. P. 2. const. 10. def. 2. & seq. ibique Eschbach in Not. Coler. P. 2. Decis.* 222. cessante autem causa cessat usufructus etiam tanquam effectus, quamdiu autem filius in ædibus patris subsistit a patria potestate non liberatur. *Carpz. d. def.* 3.

Leges notabiles h. t.

L. 6. L. 9. L. 10.

Lib. I. Tit. 7.

De adoptionibus & emancipationibus & aliis modis, quibus patria potestas solvitur.

Jung. L. 8. t. 48. C. de Adoption. Tit. 49. C. de emancipat. liber. tit. 50. de ingrat. liber.

De Adoptionibus scripſ. Signor de Homodeis, Andler in Jurisprud. publ. & priv. L. 1. Tit. 5. part. 13. De Emancipationibus & Adoptionibus Principum Kulpis. Quomodo adoptionem coluit Equestris Ordo Imperialis

lis Caspar a Lerch de Ord. Equestr. P. 1. n. 12. Martin. Naurath in Addit. ad Hyppol. a Collibus Princip. c. 35. lit. b. De Adoptione ejusque prætensa retractatione ex turpi causa Tabor Dec. 222. Arrogationis praxin hodiernam docet Nicolai in Resolut. casuum dubior. Resolut. 6. De Unione prolium Jac. Rickius, Joh. Eichelius, Burch. Bardili, Stryk. in tr. de Successien. ab intest. Differt. 8. c. 6. per tot. Klock. Conf. 160. Tom. 3. Schilter in Praxi Jur. Rom. h. t. Brem. in Disp. de Successionibus ex pacto. §. 47. seqq. Adam Keller de jure succedendi Tit. 26. De Unione seu pariatione prolium diversi matrimonii ad Successionem. Barthol. Musculus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Communiter dicunt Dd. jura adoptionis hodie ab usu recessisse, imo penitus abolita esse. *Grœniv. h. t.* sed male, licet enim non adeo frequententur, hodie ac olim, inde tamen ad desvetudinem vel abrogationem juris non inferendum est. Nam adhuc hodie adoptare licet & si id fiat, secundum hæc jura pronunciandum erit. Hinc mense Aprili anni 1674. adoptionem minus legitime factam a Principe juxta L. 38. h. t. confirmari posse in Facultate Juridica responsum, & filiæ ita adoptatæ successio assignata est.

§. Re-

§. 2. Receptiorem hodie dicunt unionem prolium, ubi liberi diversorum matrimoniorum ita uniuntur, ut perinde quoad successionem censeantur, ac si ex eodem matrimonio nati essent. Quæ Vnio juri Romano incognita, cum ibi pactis succeſſio non deferatur *L. ult.* C. *de pact.* Requiritur vero ad illam unionem exacta causæ cognitio, quantæ utriusque facultates sint, 2.) Decretum & auctoritas Magistratus, & denique consensus eorum & præsentia quorum interest, ita ut pactum unionis prolium, si non brevia cognitione judiciali, in præsentia Tutorum & consanguineorum Magistratus Decretum accesserit, haud subsistat. *Carpzov. L. 5 Resp. 6.* Nullum tamen ex hac unione impedimentum matrimonii oritur. *Rickius Tr. de unione prolium- c. 9. n. 34.* Sed si verum fateri velimus, æque rara est hodie unio prolium ac ipsa adoptio.

§. 3. Emancipationem adhuc hodie fieri posse nuda apud Magistratum facta contestatione juxta §. *6. Inst. quib. mod. patr. pot. solvit & L. .f C. de emancipation.* extra omne dubium est. Frequentius tamen tacite fit emancipatio per separatam Oeconomiam & per nuptias, & quidem jure Saxonico in filia solæ nuptiæ sufficiunt, etiam si in convictu patris maneat, *Carpzov. P. 2. const. 10. def.*

def. 2. Jure Civili vero nuptiæ patriam potestatem nunquam tollunt. vid §. 2. *Inst. ad SCtum Tertull.* Commoda emancipationis si scire cupis, ea congesta invenire poteris ap. *Berlich. P.* 2. *Concl.* 11. *n.* 58. *& seqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 3. L. 13. L. 17. L. 18. L 21 L 24. L. 30. L. 33. (in qua dicitur: si impubes sit arrogatus, quod possit, si pubes factus sit, contradicere, quod extenditur ad sponsalia) L. 38. L. 39. (ex qua probatur, quoties alicui ex actu aliquo præjudicium fieri potest, toties ille citandus) L. 42. L. 45.

Lib. I. Tit. 8.

De Divisione rerum & qualitate.

De rerum divisione scripf. Marcus Mantua, Leonhard. Metzner. De jure Rerum familiarum, collegiorum &c. Christoph. Besold. De jure Vniversitatum Christoph. Besold. Nicol. Losæus. De variis Vniversitatum speciebus eorumque juribus Herm. Brüning. De dedicationibus Templorum & altarium Georg Adam Struv. De amortizatione bonorum Zachar. Pruschenk. de bonis immobilibus in manum mortuam non transferendis & de amortizatione Achill. Epstein. De amortizatione bonorum a Prin-

cipe impetranda Petr. Peckius. De Cœmiteriis & ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriſtianos Onuphrius Panvinius. De jure Cœmiteriorum Frid. Geislerus. De mortuis cœmiterio reſtituendis Laurent. Belus. De jure ſepulchrorum Joh. Rebhan. De ſepulturis, Epithaphiis Florian. Dulphus. De privilegiis ſepulchrorum Chriſt. Glengel. De ſepulchris & eorum legibus, ſeu de jure manium Jac. Gutherius. De rebus ſanctis Nicol. Reusnerus. De rebus religioſis. Car. Tapia. De re ſacerdotali ſeu Pontificia Chriſtoph Roffiniacus. De rerum mobilium & immobilium natura Paul Voët. De jure in re & ad rem. Henr. Hahn. Gerhard. Feltmann. Andr. Meyer. tr. de inveſtitura ſaxon. in reb. allodial. & immobil. cap. 3. Quænam ad bona mobilia & immobilia referenda ſunt, Hahn. ad Weſenbec. ff. ad tit. ad SCtum. Trebell. Lauterbach diſſ. de alienatione rerum quæ minorum ſunt. Krebs Faſcic. Quæſtion. Miſcell. ad tr. de lign. & lapid. Qv. 11. Coler. Deciſ. 286 Vtrum Nomina & actiones ſub mobilibus comprehendantur Mund. Vol. 2. Conſ. 29. Animalia quando mobilium vel immobilium numero accedunt Heeſer Loc. Commun. de bonor. conjugal. commun. P. 2. loc. 7. n. 72. De annuis reditibus ſcripſ. Caſpar Rodriguez.

Vſus

Usus Tituli modernus

§. 1. Divisiones illæ rerum quæ hoc titulo exhibentur, adhuc hodie quidem obtinent, non tamen præcise sub illa determinatione qua jure Romano circumscribebantur: multa enim detraxit & immutavit usus. Sic enim hodie mare quoad certas partes dominio subjectum est, unde Rex Angliæ se maris Dominum scribit, quod defendit *Selden. tr. de mari clauso*, cui licet se opposuerit *Hugo Grotius*, ejus tamen rationes *in tr. de mari libero* allatæ tanti non sunt, ut Seldeni opinionem penitus elidant. Vid. *Strauch. Dissert. de Imperio Mario. Struv. in Jure Feudali Cap.* 6. *th.* 7. *n.* 2. *Textor. Synops. Jur. Gent. c.* 8. *n.* 9. & 10.

§. 2. Littera quoque maris hodie Principes quorum territoria attingunt sibi vindicant. inde est quod reperta in littore maris, si pretiosa sunt, jure Regalium sua faciant, nec subditis hic quicquam relictum, quam quod beneficio Principis acquisiverunt. Pariter quoque flumina & portus hodie ad Regalia relata sunt. *cap. quæ sint Regal.* 2. *Feud.* 56.

§. 3. Sacræ res in Ecclesiis Protestantium solenni consecratione amplius non fiunt, merito enim hac in parte recessum est a ritibus Pontificiis *Ziegler. ad Lancellot. Lib.* 2. *Tit.* 18. §. 12. & *tract. de Episcop.* L. 3.

c. 3. §. 1. §. 3. & *3. 4. Brunnem. in Jur. Ecclef. L. 11. c. 2. verb. ab Epifcop. confecrar.* Sed fine folennitate ufibus Sacris adhibentur, nifi quod templa noviter extracta concione aliqua folenni ac precibus Deo dedicari foleant. Confenfus tamen Confiftorii ad extructionem templi adhuc hodie eft neceffarius. *Carpzov. in Jurispr. Ecclefiaft. L. 2. def. 334.*

§. 4. Vlterius nec Religiofæ res hodie privata auctoritate fiunt, cum non liceat privato amplius mortuum inferre ubi velit, v. c. fraternitatem. 3. x. de fepult. Sed loca quædam feparata, quæ Cœmiteria appellantur, ad id conftituta, quæ fepimento vel muro a locis aliis diftingui folent. *Carpz d. Libr. 2. def. 285.* non tamen ad Cœmiterii conftitutionem Confiftorii confenfus adeo neceffarius eft, fed Patronis Ecclefiæ hic difponendi facultas relinquitur, adhibito confilio Minifterii, quanquam in illo loco ubi antea nullum Cœmiterium fuit, Confiftorii auctoritas requiri videatur. Sepulchra familiaria quod attinet, illa hodie non fimpliciter extra commertium funt, fed vendi pro lubitu poffunt, non tamen ad alium ufum, quam ad inferendos mortuos, quod & jure Civili obtinuiffe docet textus in *L. monumenta. 14. C. de LL. vid, Frantzk, in Comment. ff. Tit. de contrah. emt. n. 132.*

§ 5.

§. 5. Res sanctas etiam hodie dari certum est; quod vero pœna capitis in violatores murorum statuta in *L. ult. ff. h. t.* hoc hodie non aliter obtinet, quam si hostili animo muros transcenderint *Carpz. in Prax. Crimin. Quæst.* 40. *n.* 24. non tamen tempore pacis hoc penitus impunitum manet, sed arbitraria pœna pro qualitate loci dictari poterit. Vid. *Philippi in Usu Pract. Instit. Lib.* 2. *Eclog.* 2. *in fin.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 6. §. 1. 3. 4. L. 7. L. 8. pr. §. 1. L. 9. pr. §. 13. L. fin.

Lib. I. Tit. 9.
De Senatoribus.

De Senatoribus scr. Cat. Papiensis. Joh. Versmann. De Senatore optimo Laur. Grimalius. De Senatoris officio Joh. Brantius. De Senatoris & Consiliarii officio Petrus Magnus, Parmensis. De Jud. Magistratu. Senatore Franc. Zypæus. De Senatu Romano Franc. Hotomannus. De Legibus & Senatu Romano Paul. Manutius.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus non de Senatorum officio agit, sed de eorum dignitate, & quomodo illa eorum uxoribus & liberis communice-

tur; & catenus hic Tit. jus generale exhibet similibus caufis applicandum. Quæ igitur de communicatione dignitatis quoad liberos & uxorem in h. t. dicuntur, ad huc hodie quidem obtinent, ipfa tamen Senatoria dignitas ceffat. Hinc quando de Senatoribus hodiernis quæftio incidit, recurrere folemus ad Tit. ff. de Decurionibus, qui commodius illis applicari folet.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 4. L. 5. L. 8. L. ult.

Lib. I. Tit. 10.

De officio Confulis.

Jung. L. 12. t. 3. C. de Confulibus.

De Confulibus aliisque Magiftratibus fcr. Chrift. Ohemius.

Hic & fequentes hujus libri tituli parum ad praxin conducere poffunt propter mutatum Reipubl. ftatum & fimul mutata officia eorumque functiones. Ne tamen prorfus ficco pede eos tranfeamus, pauca de Magiftratibus Romanis hic enumeratis adjicere conftituimus. Hoc igitur in titulo Imperator Confules exhibet, quibus in ftatu libero apud Romanos maxima poteftas conceffa erat, quæ vero fub Imperatoribus valde diminuta, adeo ut præter voluntariam ju-

ris

risdictionem parum retinuerint, L. un. pr. ff. h. t.

Lib. I. Tit. II.

De officio Præfecti Prætorio.

Jung. L. 1. tit. 26. C. de Offic. Præf. Prætorior. Orientis. & Illyrici. tit. 27. C. de Offic. Præfect. Prætor. African. L. 7. tit. 42. C. de sentent. Præfect. Prætorio. ac L. 12. t. 4. C. de Præfect. Prætorio.

Comparationem Præfecti Prætorio & reliquorum Magistratuum cum Vice-Rege & aliis Magistratibus scrips. Marc. Anton. Surgens.

Præfectus Prætorio ab initio Prætorianis militibus præerat, postea ejùs potestas adaucta, dum multis Provinciis præpositus, tanta potestate, ut ab ejus sententia appellare non liceret. *L. un. §. 1. h. t.*

Lib. I. Tit. 12.

De Officio Præfecti Vrbi.

Jung. L. 1. t. 28. C. de Offic. Præf. Vrb. Joh. Strauchius scr. de centum lapidibus cerbicariis ad tit. ff. de offic. præfect. urbi.

Præfectus Vrbi erat olim Vicarius Consulum si hi absentes erant. *L. 2. §. 33. ff. de O. J.* postea Imper. Augustus ordinarium

hoc

hoc officium constituit, ut in urbe crimina vindicaret. *L. 1. pr. h.t.* Hinc etiam tutores puniendi ad eos remittebantur *L.* 1. §. 7. Porro rem annonariam curabat. *L.* 1. §. 11. cœteraque quæ ad quietem publicam pertinebant. *L.* 1. §. 12. *h.t.*

Leges notabiles.

L. 1. §. 4. (Ex qua regula: quodcunque intra territorium situm est ad illud territorium pertinere præsumitur, donec probetur exemtio) L. 1. §. 11.

Lib. I. Tit. 13.

De Officio Quæstoris.

Jung. L. 1. C. t. 30. de officio Quæstoris. Vid. Christoph. Besold. tr. de Ærario Publico.

Quæstores ab initio ita dicti quod quærendæ & asservanda pecuniæ præfecti essent; postea vero eorum officium sub Imperatoribus extensum ut librorum supplicum curam haberent & Principis Rescripta subscriberent, alioquin enim Rescripta non valebant. *Auth. Gloriosissimi, C. de divers. Rescript.* Ex quo hodie receptum ut Rescripta Imperatoris præter nomen Imperatoris etiam Vice-Cancellarii Imperii subscriptionem habeant, quo eo facilius omnis falsitas evitetur.

Lib.

Lib. I. Tit. 14.
De Officio Prætorum.

Jung. L. 1, t. 39. C. de officio Prætoris.

De Prætoris officio ſcripſ. M. Anton. Coccius. Sabellicus. De officio Prætoris tam in cauſis civilibus quam criminalibus. Conrad. Lancellottus. De officio Prætoris & correctoris cujusque urbis Joh. de Argumedo & Villa Vicentio. De Prætura Vrbana Anton. Caceris ſ. de Cazeres.

Prætores jurisdictioni civili non criminali præerant, nec ſemper niſi in cauſis extraordinariis & moram non ferentibus judicabant, ſed alios dabant judices, qui pedanei appellabantur, & ſecundum formulam a Prætore præſcriptam judicare neceſſum habebant. Hoc autem hodie notandum quod omnis cauſa de qua Prætor olim extra ordinem jus dicebat, moribus noſtris ſit ſummaria, ut in materia poſſeſſionis, alimentorum aliisque moram non ferentibus.

Lib. I. Tit. 15.
De Officio Præfecti Vigilum.

Jung. L. 1. tit. 43. C. de Officio Præfecti Vigilum.

Præfectus Vigilum ſecuritatem Civitatis curabat per ſeptem cohortes in opportu-

 nis

nis locis constitutas, civitatis regiones tuendo *L. 3. pr. h. t.* præcipue vero de incendiariis, effractoribus & furibus cognoscebat. *d. L. 3. §. 1. h. t.*

Lib. I. Tit. 16.

De officio Pro-Consulis & Legati.

Jung. L. 1. C. tit. 35. de offic. Procons. & Legati.

De officio Proconsulis scr. epistolam Joh. Frider Gronovius, quæ extat in Comment. ad ff. Joh. Richard. Malcomesii. t. 22. Lib. 1.

Post Magistratus Urbanos sequuntur Provinciales, ex quibus primo loco recensetur Pro-Consul, qui cum dignitate Consulari & Imperio mittebatur in Provinciam ut illam administraret. Cum vero Provinciæ sæpe diffusæ essent, illis addebantur Legati seu Adjutores, qui illos in administratione sublevarent publica, quibus Jurisdictionem mandare poterant Pro-Consules, ipsi enim Legati nihil proprium habebant. *L. 13. h. t.* est enim permagna differentia inter potestatem publicam per se & vicariam adjunctionem. *cap. 4. x. de. offic. Vicar. & c. 2. eod in 6to. Textor. J. P. Tit. XI. n. 9.*

Leges notabiles.

L. 6. §. 3. L. 9. §. 1. (quæcunque causæ cogniti-

nitionem desiderant per libellum expediri non possunt. (L. 9. §. 2.

Lib. I. Tit. 17.

De Officio Præfecti Augustalis.

Jung. L. 1. Tit. 37. C. de officio. præf. augustal.

Cum cæteris Provinciis vel Pro-Consules vel Præsides præessent, Ægypto in Provinciam redactæ ex Equestri ordine singularem Præfectum constituit Augustus Imperator, qui ab hoc Augustalis dictus, ratione officii vero cum Pro-Consule conveniebat.

Libr. I. Tit. 18.

De Officio Præsidis.

Jung. L. 1. Tit. 40. C. de officio Rectoris Provinciæ.

L. 19. de Offic. Præsid. oratione explicuit Joh. Philipp. Stevogtius. De ordinarii Officio, Stephan. Aufrerius. De officio judicis Matth. Stephani Paul Busius. De officio judicum seu Dicastice Caspar Zieglerus.

Præses erat qui ab Imperatore certæ provinciæ præponebatur, inter quem & Pro-Consulem ratione potestatis nulla differentia erat. Nam & Pro-Consul revera Præses erat. *L. 1. h. t.* licet Præsidis dignitas major reputaretur.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 6. §. 1. (judex secundum acta & probata judicare debet, sc. in Civilibus, in criminalibus aut agitur de absolvendo & potest hoc facere judex etiam si noverit nocentem esse accusatum, arg. L. 5. ff de pœn. aut de condemnando & hoc facere non potest si eum certo noverit esse innocentem) L. 6. §. 7. L. 12. L. 13. L. 14. L. 18. L. 19.

Libri I. Tit. 19.

De Officio Procuratoris Cæsaris vel Rationalis.

Cum in Provinciis sæpe inciderent caussæ fiscales, Procurator Cæsaris constitutus erat, qui inter fiscum & privatos jus diceret, qui & Rationalis dicebatur, quod Principis rationes tractaret & procuraret. L. 1. §. 1. h. t.

Lib. I. Tit. 20.

De officio Juridici Alexandriæ.

Jung. L. 1. Tit. ult. C. de offic jurid. Alexandr.

Erat hic Juridicus specialis Magistratus Alexandriæ datus, inde dictus, quod ibi Jus diceret.

Lib.

Libri I. Tit. 21.

De Officio ejus, cui mandata est Jurisdictio

De officiis ejus, cui mandata est jurisdictio, scripf. Gvern. Piso Jac. Niger, Camillus Plautius. Martin Monter de Cueva. Sebast. Sapia. De officio Delegati Ægid. Bellamera. De Delegati potestate Leop. Dickius. De Commissariis Jacob. De Arena. Nicol. Rucker. Petrus Rebuff. De Executoribus & Commissariis Franc. del Carpio. De Commissariis & Commissionibus Cameræ Imperial. Rutger Ruland. De Commissionibus Quintil. Mandosius. De Commissionibus seu Rescriptis ad causas ordinandas. Joh. Bapt. Marchesanus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Moribus quidem hunc Titulum abrogatum non esse constat satis: Verum cum hodie ex usu Germaniæ Jurisdictionis laxior sit natura, illa distinctio inter ea quæ jure Magistratus & quæ speciali lege competunt parum attenditur, sed omnia fere illa quæ olim speciali lege concedebantur hodie Magistratui vi jurisdictionis ordinaria seu jure Magistratus competunt, tanquam necessarium connexum. Hinc hodie tutoris datio

datio, decreti interpoſitio &c. omni illi competit qui ordinariam jurisdictionem habet, quod in ſpecie quoad tutoris dationem approbatum eſt in *Ordinat. Polit. de Anno.* 1548. *Tit.* 32. §. 1.

§. Quoad merum Imperium an illud hodie delegari poſſit? Variant Dd. Negat id *Hahn. ad h. t. n. 9.* (1.) quia merum imperium jure Magiſtratus non competit. & (2.) in *Conſtit. Crimin. Art.* 2. caſus infirmitatis & morbi ſaltem exceptus. Communior ſententia vero in contrarium eſt, quia hodie merum Imperium ſub jurisdictione omnimoda comprehenditur, *& Conſtit. crim. d. art.* 2. ob quodvis impedimentum admittit delegationem. Quam ſententiam etiam praxis & experientia ſatis confirmat, quando Commiſſarios in cauſis Criminalibus conſtitui videmus.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. &. L. ult.

Lib. I. Tit. 22.

De Officio Aſſeſſorum.

Jung. L. 1. tit. 51. C. de aſſeſſorib. & domeſtic. & Cancellariis judicum.

De officio Aſſeſſorum ad h. t. ſcripſ. Did. Millan. de Quinnones. Michael Thomaſius

Taxa-

Taxaquet. De officio judicis, aſſeſſoris, arbitri & Nicol. Bellonus. De Aſſeſſoribus & Conſiliariis judicial. Anton. Wintherus. De jurisdictione Adjunctorum Lud. à Saravia. De Scabinis Frider. Brummerus.

Cum Magiſtratus ſuperius enumerati non ſemper ſoli judicarint, ſed ſæpius habuerint Aſſeſſores, de eorum officio hic quædam ſubjiciuntur, quod in cognitionibus poſtulationibus, libellis, edictis, decretis & epiſtolis conſiſtebat. L. 1. h. t. & hi Aſſeſſores non tam judicabant, quam judicanti conſilium dabant, unde & Conſiliarii dicuntur. L. 5. h. t. Libellis vero ſub graviſſima pœna ſubſcribere non poterant. L. 2. C. h. t. Moribus tamen noſtris inpedito Præſide vel ipſo mandante Aſſeſſores ſubſcribere ſolent.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 4.

Lib. II. Tit. 1.

De Jurisdictione.

Jung. L. 3 tit. 13. C. de jurisdictione omnium Judicum. & L. 1. Tit 13. x. de officio judicis ordin.

De jurisdictione ſcripſ. Henricus Bocerus. Franciſc. Anſaldius. Bernh. Suthold. Matth. Stephani. Valent. Riemerus. Tobias

as Paurmeiſter, Joh. Monachus. Joh. Ant. Leſcurius. Helfr. Vlric. Hunnius. Joh. Coraſius. Marta. De jurisdictionis origine Petrus Bertrandus, Durandus de S. Porciano. De jurisdictione omnium judicum Caſp. Valaſcus. Anton. Goveanus, Didacus Millan. de Quinnones. Jacob. Gagliardus. De jurisdictione Romana à primordio Vrbis, creſcente deinde Imperio, ac iterum inclinante & nunc in præſenti Romani Imperii ſtatu Valent. Förſter. De jurisdictione & Imperio Lud. Charonda. Joh. Gillottus. Petrus Laſſon Rhandrus. Arnold Vinnius. Joh. Filenus. Ant. de Quintana Ducunas. Hieron. Mulcornius. Jacob. Menochius. Franciſ. de Claperiis. Marcus Mantua. Joh. Calvinus. De jurisdictione, mixto & mero imperio Joh. Verſtegen. De jurisdictione & foro competente Herm. Vultejus. Georg. Obrecht. De præventione judiciali, ſeu de Contentione jurisdictionum Petr. Franc. Tondut. Wilh. Henr. Gollius. De jurisdictione circumſepta Samuel Strycke. De Concurrentia jurisdictionis in Imperio Romano German. Caſp. Leipoldi. De jurisdictione Cameræ Imperialis. Gv. Roding. Phil. Neidlinger. De Cæſaris Cameræ, Statuum & Magiſtratuum jurisdictione Thom. Michael. De Judicio Aulico

Erl-

Ericus Mauritius Burckard. Bardili Vffenbachius De judicio Rothvvilensi Eric. Mauritius, De Superioritate Territoriali. Gotfr. Freyer. Nicol. Christ. Lyncker , Joh. Nicol. Hertius, De Jurisdictione Ecclesiastica Franc. Zypæus, Erasmus Vngebaur. De Regimine Ecclesiastico Joh. Otto Tabor. Hen. Gebhardus. De Episcoporum Germaniæ jurisdictione. Christ. Winkler. De Suprema Jurisdictione Gockel. De Jurisdictione civili & Criminali Myler. de Princip. & Stat Imper. P. 2. c. 48. De Jurisdictione Ecclesiastica Knipschild de Jurib. Civit. L. 2. c. 3. n. 178. De Jurisdictione Papæ an fundata sit in Imperio. Vultei. Vol. 4. Cons. Marpurg. 48. De Jurisdictione territoriali Fritsch Vol. 1. Cons. 78. de Jurisdict. feudali Fritsch . Vol. 1. Cons. 84. De Centena Lynckius Knipschild de Jur. Civit. L. 2. c. 6. n. 151. Finsterwalder Observ. Austriac. L. 3. c. 1. seq. De Vogteja Knipsch. d. l. n. 160. seqq. De divisione jurisdictionum & de facultate dividendi eas & territoria, Ramonius Cons. 24. De banno Imperiali Andler in Corp. Constit. Imper. Tom. 2. voce: Acht. De Jurisdictione delegata Blas. Altimarus de nullitate sententiarum P. 2. Qu. 214. seqq. De Prorogatione Jurisdictionis Blas. Altimarus d. l. P. 1. Qu. 170. seqq. De Executione Frid. Muller. Pract. Forens. Resolut.

solut. 51. & 120. De fructibus Jurisdictionis Gramizer. De Jurisdictionis turbatione & violatione Tabor. Decis. 16. De Præscriptione Jurisdictionis Nic. Everh. Vol. 1. Conſ. 17. qu. 3. Klock. Conſ. 11. n. 268. & n. 315. De Nullitate Jurisdictionis Klock. Conſ. 11. n. 248. De Privilegio exemtionis à Jurisdictione. Engel Colleg. Jur. Canon. Lib. 5. tit. 33. §. 4. n. 22. ſeqq.

V Jus Tituli modernus.

§. 1. Jurisdictionis materiam & naturam ex moribus Germaniæ longe diverſam eſſe ab ea quæ erat Jure Romano, Dd. certe omnes teſtantur. Generaliter enim hodie Jurisdictio eſt publica de cauſis omnibus civilibus & criminalibus judicandi poteſtas, ut hinc ſub omnimoda Jurisdictione alicui conceſſa, etiam merum Imperium hodie contineri certum ſit. *Carpzov. P.* 11. *conſt.* 40. *def.* 6. *Mev. P. IV. Dec.* 290. qui etiam ſub ſimplici appellatione der Gerichte / illud contineri dicit, quod aliis tamen diſplicet. v. *Struv. Exerc.* 4. *th.* 80. *Stephan. de Jurisdict. L.* 1. *P.* 1. *c* 7. *membr.* 2. *n.* 156.

§. 2. Dividitur autem hodie Jurisdictio in Eccleſiaſticam & ſecularem, illa competit Statibus Imperii, & per Conſiſtoria exercetur plerumque, v. *Carpz. in Jurisp. Eccleſ. L.* 1. *Def.* 2. *& ult.* Hæc iterum dividitur

tur in superiorem & inferiorem, Ober-und Unter Gerichte / quarum illa criminalem die Cent-und Fraisch-Gerichte / hæc civilem die Vogteylichkeit / involvit. Saxones hanc bassam, illam vero altam vocant. v. *Carpz. Prax. Crim. Quæst.* 109. ubi quæ ad quamvis speciem pertineant, exponit. Cum autem verissimum, Jurisdictionem ex locorum præcipue consvetudine dijudicandam esse, quæ pro varietate locorum variat, placet ex Celeberrimi alicujus ICti Consilio MSto quid ad Vogtejam in Franconia referatur Lectori communicare: Im Land zu Francken wird ein Vogts-Herr genennt qui imperat suis tanquam subditis jure superioritatis & magistratus ordinarii; nam subditi adstringuntur ei soli præstare juramentum subjectionis & assecurationis, per quod juramentum subjectionis proprii oris confessione jurata se subditos constituunt, quæ subjectionis validissima est probatio. *Mascard. de Probat. Concl.* 946. *n.* 19. & 21. *Alexand. Cons.* 94. *n.* 2. *Vol.* 5. *Schurf. Cons.* 35. *n.* 13. *Cent.* 3 *Natta Consil.* 636. *n.* 64. *Menoch. Cons.* 191. *n.* 31. & *Consil.* 748. *n.* 38. *Surdus Cons.* 313. *n.* 66. *Gail. de Pignor. c.* 15. *n.* 7. & *de Arrestis c.* 7. *n.* 10. & *Observ.* 35. *n. Lib.* 2. *Andr. Knichen de subl. jur territ. c.* 4. *n.* 174. Vogteja igitur continet omnem

 omni-

omnino Jurisdictionem ad Centenam non pertinentem vel alias ab ea expresse non exceptam, nimirum alle Gebot / Verbot / hohe und nidrige Frevel / Bußen / Steuer / Schatzung / Folg / Raiß rc. *Knicben d. l. n.* 120. & *n.* 124. *nec non* 104. Und bezeugt Matth. Wehnerus in suis Observat. verbo: Vogthey / neben deme es die Landrüchtige Notorietæt, daß über solche noch viel andere Jura im Land zu Francken zu der Vogtheyl. Obrigkeit gehörig seyn / als Erbhuldigung / Frohn / Dienst / Ungeld / und wer das Jus Patronatus hat in seinen Kirchen und Pfarren / dem gebührt nicht allein die præsentation, sondern auch die Collation, Immission, Installation, Visitation, Examen Ordinandorum, und Ordnung zu geben und zu nehmen / dabenebenst auch die geistliche Jurisdiction und cognition in Ehesachen / die Religion vermög Religion-Friedens in ihren Kirchen zu änderen / und das Exercitium Augustanæ Confessionis (Not. de hac materia Autor consultus respondit) darinn anzurichten / unverhindert der Centl. Obrigkeit / Wildbahn / und Glaits. Item falsche Ayd-Pflicht / Maaß / Metzen und Gewicht bey denen Wirthen / Becken / Bauern / Müllern / Metzlern / Krämern und Webern zu straffen / Marckstein zu setzen und auszugraben / Landscheid zu machen; Item sind sie nicht schuldig zu verstatten/

ten / daß die Cent-Herrn Mandata und andere Briefe in ihren Dörffern anschlagen / alle Appellationes gehen von Urtheilen immediate ad Cameram, alle Wildfäng und bona vacantia stehen dem Vogtherrn zu. Item sie haben ihre Unterthanen zu mustern / und ihnen Wehren aufzulegen / sie haben auch Macht allerhand Handwercker in ihren Dörffern und Flecken zu setzen / und Juden einzunehmen / deßgleichen Brauhäuser und Backhäuser / Badstuben und Schmidstätten anzurichten. Item sie haben ihren Unterthanen und deren Kindern Vormunder und Pflegere zu verordnen / Vormund-Rechnungen anzuhören. Item Fuchs/ Haasen/Rehe/ roth und schwartz Wildprät / Hüner und Vögel zu jagen / hetzen und fangen/ auch viel andere als diese jetzt nach einander erzehlte Recht und Gerechtigkeiten / welche also articulirte Jura der Vogts-Herrn / wie sie von dem *Andrea Knichen*, *Matth. Webnero* und andern Bekundschafft / also werden sie tota die von ihnen den Vogtsherrn exercirt und geübet. Hucusque ille ICtus. Pro signo & indicio jurisdictionis reputari solet moribus nostris jus exigendi gallinam das Rauch-Hun / & cui illud penditur, ad illum omnino jurisdictio illius subditi spectat. *Brunnem. Cent.* 3. *Dec.* 24. *Pruckmann. Vol.* 1. *Consf.* 21. *n.* 83.

§. 3. Porro Jurisdictio alia est universalis,

quæ in omnibus locis territorii competit, ubi obtinet Regula: cujus eſt territorium illius eſt jurisdictio *Mev. P.* 11. *Dec.* 319. *n.* 9. alia particularis, quæ in certa parte illius territorii alteri conceſſa, alia particulariſſima, quæ ad ſingularem locum reſtricta. Vid. *Köppen Dec.* 48. *pr.* German: Die Straffen- und Zaun-Gerichte / conf. Diſp. *Sam. Stryck. de jurisdict. circumſepta C.* 1. *n.* 21. *& ſeqq.*

§. 4. Ulterius & hoc obſervandum, quamvis hodie & jam perſonæ concedi Jurisdictio poſſit, regulariter tamen illa cohæret prædio, ita ut cum prædio ad quemvis poſſeſſorem tranſeat, & hac ratione hodie jurisdictio dicitur patrimonialis, & in heredes, imo & ſucceſſores ſingulares eſt transmiſſibilis *Zœſ. h. t. n.* 34. Tali enim caſu pertinentiarum nomine venire ſolet. *Brunnem. Cent.* 4. *Dec.* 31. Unde & jurisdictio criminalis, ſi fundo cohæret, ad poſſeſſorem tranſit. *Mev. P.* 1. *Dec.* 45. quibus autem prædiis cohærere cenſeatur, tradit *Mev P.* 2. *Dec.* 314.

§. 5. Circa prorogationem Jurisdictionis hoc quoque obſervandum, illam quæ per conſenſum fit (nam prorogatio legalis quæ fit per reconventionem, etiam hodie adhuc obtinet) non in mero litigantium arbitrio eſſe, ſed Magiſtratus ordinarius interveni-

re,

re, & subditum ad suum forum revocare potest, *Gail. 1. Observ. 40. n. 5*. Magistratu itaque non interveniente subsistet adhuc hodie prorogatio; pœnitentiæ vero, quæ Jure Civili ante litem contestatam permissa erat, *L. 8. h. t.* vix locus erit, cum ex conventione moribus valida detur actio & obligatio, à qua altero liberum non est resilere.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. L. 6. L. 7. §. 4. L. 10. L. 11. L. 14. L. 15. L. 18. L. ult.

Libri II. Tit. 2.

Quod quisque juris in alium statuerit, ut ipse eodem jure utatur.

De Talione scrips. Georg Adam Struv. Petrus Muccius. De Repressaliis, Wagenseilius. De jure Retorsionis s. talionis inter duas Civitates in puncto solutionis debiti Klock. Vol. 4. Cons. 90. An repressaliæ concedi possint contra alios principes & eorum subditos, & bona; item contra subditos communes etiam innocentes Arias de Mesa Var. Resol. L. 2. cap. 23.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Hunc Titulum in viridi esse observantia, nemo dubitat, imo & ultra suos ter-

minos moribus eſt extenſus, ita ut non ſolum obtineat ſi unus jus novum vel iniquum impetraverit, ſed & ut integra Civitas & Provincia, ita ut Provinciarum ſingularia contra incolas Illius Provinciæ retorqueri ſoleant, inde jus retorſionis ortum quando extraneis idem jus redditur, quod noſtris redditur alibi; Sic quia Hamburgi hereditatem petentibus detrahitur Decima, Hamburgenſibus ex Marchia hereditatem petentibus tantundem detrahendum, licet aliis ſaltem quindena detrahatur: Sic in Saxonia fœminis Marchicis Gerada denegatur, quia Saxonicis non conceditur in Marchia vid. *Carpzov. P. III. Conſt. 38. def. 6.* Pariter & Galli hic decedentis hereditas Principi quæritur, quia Galli ex jure Albinatus contra exteros hoc jure utuntur v. *Stryck. Tr. de Succeſſ. ab inteſt. Cap. 2. art. 3.* §. 24.

§. 2. Ut vero hæc retorſio inter diverſas Provincias vel Civitates juſta ſit, requiritur ut (1.) Civitas contra quam retorquendum antea pari jure fuerit uſa, & quidem contra Civitatem retorquentem *Carpz. P. III. Conſt. 38. def. 8.* (2) ut Civitas retorquens probet Civitatem aliam hoc jure uſam fuiſſe *Carpzov. d. l. def. 9.* (3) ut non privato arbitrio ſed publica Magiſtratus autoritate exerceatur. *Carpzov. d. l. def. 10. Conf. d. art.*

3. de

3. *de success. ab intest*. §. 27. Causas autem ob quas & in quibus materiis Retorsio solet adhiberi vid. *in Not. Petri Mulleri ad Syntagma Jur. Civ. Struvianum Ex. IV. th. 84.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. §. f. L. 3. pr. §. 1. §. 2. §. 4. §. 5. L. ult.

Lib. II. Tit. 3.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nullum dubium est hujus tituli usum adhuc hodie superesse, imo & argum. h. t. statuunt judicem injuriam sibi ratione officii illatam proprio motu vindicare posse, quippe quæ magis Reipubl. quam judici videtur illata, *Gail. Tib.* 1. *Observ.* 29. *n.* 2. Quod vero de multa dictum, illud hodie generaliter procedit, ut ipsa ad quemlibet, Magistratum pertineat tanquam fructus Jurisdictionis *Resenthal. de feudis Concl.* 62. *cap.* 6. Distinguo tamen inter multam contumaciæ seu ad tuendam Jurisdictionem pertinentem & multam pro delicto irrogandam, posterior illi saltem competit qui merum Imperium habet. vid. *Brunnem. ad L.* 5. *C. de mod. mulct.*

§. 2. Dantur tamen præter multam & alii modi coercendi contumaciam, ut captura pignoris, arreſtatio, miſſio in bona, denegatio audientiæ & manus militaris. De quibus vide *Brunnem. in Proc. Civil. Cap.* 4. *n.* 9. Quomodo vero de Jure Saxonico contra contumacem procedatur v. *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 9. *def.* 3.

Leges notabiles. h. t.

L. un. pr.

Lib. II. Tit. 4.

De in jus vocando.

Jung. L. 2. Tit. 2. C. de in jus vocando.

De in jus vocando ſcr. Ludov. Schwarzmayer, Laurentius Kirchhoff. De citatione ſeu in jus vocatione Furleger.

De Citatione judiciali Henr. Roslerus, Brenckenhoff. De citationibus Lanfrancus de Ariadnoſ. Oriano. De citatione reali, Peregrinus Janninius, Frieſius. De citatione per edictum publicum Vergin. de Bocatiis. De citatione edictali Schulzius. De citatione judicis incompetentis Thielenius. De citatione extraordinaria Slevogtius. De exceptionibus contra citationem Schacher. Colleg Pract. ad ff. Tit. de Exception. p. m. 628. ſeqq.

Vſus

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Illa quæ de in jus vocatione, quatenus citationi opponitur privataque auctoritate fiebat hoc titulo proponuntur, hodie cessant, ubi nemo amplius nisi auctoritate judiciali in judicium vocatur. Unde sequitur nec pœnam mereri eum qui parentem in jus vocaverit, nec veniæ impetrationem amplius necessariam esse; eo ipso enim dum judex citationem decernit, veniam concessisse præsumitur. Necessarium tamen adhuc hodie est, ut vinculum reverentiæ in supplicatione exprimatur. Judex enim vinculi ignarus, non dispensasse censetur. Porro & verba in factum temperanda, ne ita reverentia lætatur. *Hillig. in Donell. Enucl. L.* 32. *C.* 3. *lit. Z.* interdum etiam Practici ex civilitate libello veniæ petitionem inserere solent. *Schneidew. ad h* §. 12. *Inst. de action. n.* 45.

§. 2. Hoc certum hodie Magistratus perpetuos, quales sunt regulariter hodie omnes, in jus vocari posse, Magistratus quidem inferiores coram Principe territorii; Princeps vero Imperii in prima instantia coram Austregis conveniri potest per *Ordinat. Camer. P.* 2. *Tit.* 4. *inf Blum. in Proc Camer. Tit.* 27. *n.* 52. Quod forum Austregarum quoque ad Imperatorem qua Archi Ducem Austriæ spe-

ſpectat, qua Imperator vero juxta A. B. coram Palatino forum ſortitur. Interdum vero Princeps in ſuis territoriis certa habent judicia in quibus ſubditis ipſos convenientibus reſpondent, qua ratione etiam Rex Galliæ coram ſuo Parlamento convenitur & per Procuratorem Regium reſpondet. Sic etiam Nobiles ſubditos ſuos coram propriis judicibus, ſcabinis, officialibus, Prætoribus judicio poſſunt, modo Notarium judicii ab initio ſui officii, vel toties quoties ejusmodi actus judiciarius contra ſubditos celebrandus eſt in præſentia ſuorum ſubditorum ad judicium illud jurare faciant, prout diſerte diſpoſitum in. *Ordin. judic. Elect. Sax. t. 2.* §. Ob wir auch wol / Add. *Decis. Elect. nov.* 38. & 39. *Carpzov. P.* 1. *c.* 2. *def.* 20.

§. 3. Recepta quoque hodie citatio ad totam cauſam, ut quis ad totum proceſſum ſingulosque ejus actus ſe præſentem ſiſtat, quæ citatis utilis eſt ſi alibi habeat domicilium reus, & in Camera Imperiali eſt recepta. Gail. L. 1. Obſerv. 51. adeo ut omnem citationem in Camera dicant eſſe generalem vel ad totam cauſam. *Blum. in Proc. Camerali Tit.* 65. *num.* 11. Jure civili vero hæc citatio incognita, ubi ad ſingulos actus quis citandus. *arg. L.* 1. *C. qui pet. tutor.*

§. 4.

§. 4. Citatio edictalis locum habet si vel propter reiabsentiam, vel locum minus tutum vel propter contradictoris incertitudinem, insinuatio citationis fieri non potest; & fieri debet in locis vicinis, quæ talia esse debent ut citatus verisimiliter citationis notitiam habere possit, & affigitur ista edictalis citatio in trium dominorum territoriis in publico aliquo loco, neque sufficit præconizatio, sed affixio, ita ut legi possit *Carpz. in Proc. tit. 7. art. 7. n. 39.*

§. 5. Quod si vero reus conventus sub alterius judicis aut Principis Jurisdictione degat, tunc implorato ejus subsidio debet citari, & mittere tenetur judex citans literas rogatorias judici alterius provinciæ, cui subjicitur citandus, ac petere ut judex subsidiarie requisitus vel permittat citationis executionem fieri in suo territorio, vel ipse saltem reum ad præfixum terminum qui in edictio citatorio continetur, moneri ad comparitionem curet, offerendo se in simili casu facturum paria. *Carpzov. P. 1. const. 2. def.* 27. & ejusmodi literæ vocantur mutui compassus, Compaß- und Hülffs-Briefe / Ersuch-schreiben / citatio subsidiaria, per & in subsidium. De quib. plura vid. *in Disp. Schulzii de citatione per subsidium, & in Dispp.*

Dispp. Philippi & Kranzii de literis mutui compassus.

Leges Notabiles h. t.

L. 2. L. 4. §. 2. L. 5. L. 6. L. 13. L. 18.

Lib. II. Tit. 5.

Si quis in jus vocatus non iverit, sive quis eum vocaverit quem ex edicto non debuerit.

De impedimentis legalibus Strykius.

Usus Tituli modernus.

Eatenus quidem hic titulus usum non habet, quatenus Rubrica sensum ejus exhibet. Cessante enim hodie veniæ impetratione, non excusabitur citatio à contumacia, si se ex edicto in jus vocandum prætendit. Quod vero a judice incompetente citatus comparere necessum non habeat, *L. fin. ff. de Jurisdict.* Si scilicet incompetentia sit notoria; item quod si excipiatur de judicis incompetentia, ipse judex qui incompetens dicitur de ea cognoscere & judicare possit *L. 5. ff. de Judic. L. 2. pr. ff. si quis in jus vocatus non iverit*: illud in viridi adhuc est observantia.

Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. pr. §. 1. (in quo tria notabilia habentur. 1.) quis ſub mulcta citari poſſit, 2.) ruſticitati in delictis contra Jus Civile parcendum, 3.) ceſſante intereſſe ceſſat actio) L. ult.

Lib. II. Tit. 6.

In jus vocati ut eant, aut ſatis vel cautum dent.

De comparitione perſonali in Judicio, Schulz.

Uſus Tituli modernus.

Hodie quidem citatus non excuſatur a neceſſitate comparendi in judicio ſi ſatisdationem offerat, ſed ſatisdatio demum injungitur poſtquam in judicio comparuit, & rarius quidem reo, regulariter vero Actori præſtanda incumbit, de quo in Tit. 8. ſequ. dicitur. Quæ tamen de idoneitate Fidejusſoris hic dicuntur, adhuc hodie fori uſu obſervantur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. L. ult.

Lib.

Lib. II. Tit. 7.

Ne quis eum qui in jus vocabitur vi eximat.

Vſus Tituli modernus.

De uſu hujus tituli moderno dicetur inferius ad Tit. 19. hujus libri 11.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. fin. L. 5. §. 2.

Lib. II. Tit. 8.

Qui ſatisdare cogantur, vel jurato promittant, vel ſuæ promiſſioni committuntur.

Jung. L. 2. Tit. 57. C. de ſatisdando.

De Cautionibus ſcr. Pyrrhus Maurus Fr. Balduinus. De cautione rati a conjunctis præſtari ſolita Wolff. Adam. Lauterbach. Extant ſelecti tractatus juris varii in materia aſſecurationis & cautionis diverſorum ICtorum in uno volumine editi Coloniæ in fol. De juratoria cautione Ferdin. Chriſtoph. Harpprecht. Ad L. 15. ff. qui ſatisd. cogantur. De ſatisdationibus Andler. in Jurispr. lib. 2. Tit. 12. De cautione ſeu ſatisdatione pro Reconventione & expenſis, Carpzov. P. 1.

Conſt.

Conft. 5, def. 1. feqq. & in Proceff. Tit. 9. art. 5. per tot. De Cautionibus judicialibus Ummius Proceff Jud. Difp. 9. per tot. De cautione de judicio fifti & judicatum folvi Pyrrhus Maurus tr. de fidejusforib. P. 1. Sect. 2. cap. 1. Hunnius in Encyclopædia Juris P. 2. tit. 8. cap. 8. De fidejuffione pro delinquente in judicio. Tabor Decif. 112. De cautione de non offendendo Franc. Herculanus & Sebaft. Guazzing. Rhetius. Muller de verbis minitantibus cap. 4.

Vfus Tituli modernus.

§. 1. Vſum hujus tituli quod attinet, obfervandum 1.) Reum hodie nulla fatisdatione gravari, quod præcipue in Judiciis Saxon. obtinet, ubi ratione rei omnis cautio ceffat. *Zang. de Except. P. 2. cap. 22. n.* 48. nifi reus de fuga fufpectus, ubi adhuc hodie ad cautionem de judicio fifti compelli poteft. *Carpzov. in Proceff.* Tit. 9. *art.* 5. *n.* 15. imo etiam cautio de judicato folvendo exigi poteft, quoties ea vel per pactum promiffa, vel alter prodigere bona fua incipiat. *Mev. Part. 3. Decif.* 75. interdum etiam fi de re mobili fit lis, cautio de non diffipando exigi folet.

§. 2. Actor hodie extra Saxoniam cavet de profequenda lite & reftituendis in cafum

D fuc-

succumbentiæ impensis. *Dn. Brunnem. in Proceß. Civil. cap.* 8. *n.* 3. Jure Saxon. vero cavendum super reconventione & expensis Cum enim ibi reconventio simultaneo processu non gaudeat, sed finita demum conventione instituenda, cavendum est actori, se tunc reconventioni coram suo judice responsurum. *Carpzov. d. art.* 5. *n.* 3. *& seqq.*

Quamvis eadem cautio in multis judiciis extra Saxoniam recepta, ut in Pomerania, Marchia &c. *Brunnem. d. l. n.* 4. modo tamen reus causam, super qua reconvenire velit, expresserit. *Mev. P.* 3. *Dec.* 22.

§. 3. Hodie pignoratitia cautio indistincte admittitur, adeo ut actori competat electio, quam præstare velit cautionem. *Carpz. P.* 1. *c.* 5. *def.* 7. nisi tamen in specie conventum, ut per fidejussores caveatur, sic enim omnino conventioni standum erit. *Mev. P.* 5. *Dec.* 347.

§. 4. Denique & hoc moribus mutatum, quod personæ illustres non amplius ad juratoriam cautionem indistincte admittantur (quod quidem ipsis privilegium Jure Civili per *L.* 17. *C. de dignitat. Libr.* 12. concessum erat) sed perinde si possessionati non sint, fidejussores dare, aut his deficientibus demum jurato cavere debeant. *Brunnem. ad Wesemb. h. t. Qu.* 15. sicut & id contra

tra *L.* 15. *§.* 1. moribus Saxonicis receptum ut usufructuarius cavere non teneatur. *Carp. P.* 1. *Const.* 5. *def.* 21.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. §. ult. L. 5 §. ult. L. 6. L. 7. §. 1. L. 10. §. 1. §. ult. L. 15.

Libri II. Tit. 9.

Si ex noxali causa agatur, quemadmodum caveatur.

Usus Tituli modernus.

Cum ex facto vel delicto nostrorum servorum hodie contra dominum agi non possit, & sic actio noxalis cesset, nullus hujus tituli superest usus, quæ vero ex argumento ejus Dd. colligunt, commodius ad Tit. 11. hujus Libri referuntur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1.

Lib. II. Tit. 10.

De eo per quem factum erit quo minus qui judicio sistat.

Usus Tituli modernus.

Cum præcipue tam ex hoc titulo, quam ex tit. 7. h. Libr. hoc fine prodita sit actio,

ut si, dum detinetur alter, præscriptio impleta fuisset, regressus contra impedientem detur ad id, quanti intersit actionem non esse præscriptam, vel reum tempore non esse liberatum. *L. 3. §. 1. h. t.* hodie vero post citationem actio amplius perire non possit, cum facta citatione omnis præscriptio interrumpatur, per *L. 2. C. de annal. except.* non adeo magnum interesse ex tali impedimento orietur. Ad expensas tamen retardati processus contra impedientem adhuc agi posset ex hoc titulo quamvis & si vis adhibita juxta *Tit. 7.* hæc extraordinem puniri possit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. §. 2. L. f. §. 3. (Dolus compensatur cum dolo.)

Lib. II. Tit. 11.

Si quis cautionibus in judicio sistendi causa factis non obtemperaverit.

De legitimis impedimentis scr. Samuel Stryck. De Eremodicio Aug. Bened. Carpz. de Desertione litis civilis Christoph. Philipp. Richter.

Usus Tituli modernus.

Quæ in hoc Titulo de impedimentis justis, propter quæ quis in judicio comparere non

non poteſt, & eorum probatione proponuntur, adhuc hodie obſervari certum eſt & videri poterit *Carpzov. P. 1. Conſt. 9. def. 7. ſeqq.* In Saxonia tamen antequam ad contumaciam procedatur ſolenne eſt, ut prius condemnetur usque ad legitima impedimenta biß auf Ehehafften / ſi nec ſic compareat, condemnatur usque ad executionem biß auf die Hülffe. vid. *Carpzov. Proceſſ. Tit. 8 art, 3. n. 2.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. pr. (transactio ſuper lite tollit poenam conventionalem) L. 2. §. 8. L. 4. §. 4. ubi de generali renunciatione, quæ non valet niſi ſpecialis quorund. caſuum præceſſerit enumeratio, quam regulam ad ſtipulationes Prætorias reſtringunt alii, & in contractibus generalem renunciationem valere ſtatuunt per *L. 6. C. de pignor. act.* add. *Brunnem. h. n. 4.* L. 8. L. 11.

Lib. II. Tit. 12.

Jung. L. 3. C. 12. & tit. 11. de dilation. L. 2. Tit. 9. x. de feriis, & tit. 8. x. de dilation.

De Feriis ſcr. Erasmus Vngepaur. Wolffg. Adam Lauterbach. De Feriis ſolennibus, repentinis, & indictis Cæſar Cala. De jure

feriarum Michael Frider. Lederer. De Sabbatho Adrian. Bajer. De Jure Sabbathi Strykius. De observatione dierum festorum Th. Campegius. De feriis & ad L. properandum C. de judiciis Anton. Matthæus de judiciis cap. 5. ibique Struv. Scaccia de iudiciis L. 2. cap. 5. De Dilationibus Lanfrancus de Oriano, de feriis & dilationibus Martini. De dilationibus Nicolaus Everhardus tr. de testib. & fide instrum. cap. 3. De diversitate temporum Wolffg. Adam Lauterbach. De diversis temporum appellationibus Alber. Gentilis. De tempore legali Joh. Car. Antonellus. De tempore ejus partibus, generibus & actionibus Conrad Friedlieb Momentanei temporis in jure Decisiones Lazarus Foenutius. De tempore utili & continuo, Marc. Ant. Bardus. De Antiquitate temporis Aymus Cravetta. De tempore nocturno & iis quæ nocte committuntur, Polydor. Ripa. De momento temporis Georg. Werner.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Circa usum hujus tituli observandum, omnia fere quæ hic à Doctoribus proponuntur, in viridi esse observantia, nisi quod feriarum determinationes in illis terminis prout in C. *h. t.* circumscribuntur, non observentur, sed attendenda erit cujus que loci

ci atque judicii specialis observantia, qui dies feriati, qui non, æstimentur: vix enim dabitur judicium, ubi hoc non determinatum reperiatur, sicuti in specie quænam feriæ per singulos menses in Camera Imperiali observentur recenset *Blumius in Processf. Cameral. Tit.* 62. *num.* 5. & *seqq.*

De cætero cum feriæ pro diversitate Calendarii varient ob diversitatem Religionis, in Camera utriusque Calendarii feriæ observantur, licet in subscriptionibus & actis saltem dies veteris Calendarii supponi soleat *Blum. d. l. num.* 4.

§. 2. Quod vero *Groenweg. in Tractatû de LL. abrogatis ad L.* 6. *h. t.* notat moribus nostris sententiam ob id non infirmari, quod die feriato lata sit, non puto admittendum, præsertim si die Dominica lata fuerit. Cum enim ratio legum civilium adhuc duret, cur non & earum observantia? Unde in genere asserit Dn. *Mevius P.* 3. *Dec.* 276. *n.* 7. partibus adhuc hodie competere jus, actum in feriis gestum dicendi nullum, quod in specie quoque de feriis messium affirmat *P.* 2. *Dec.* 276.

§. 3. Circa dilationes nihil in Praxi a jure diversum occurrit. Quoad dilationem probatoriam vero per *Recessum Imperii de Anno.* 1654. *§.* den *punctum probationum* betref=

fendo &c. hoc ſingulare inductum, quod etiam non petita prorogatione primæ dilationis ea lapſa concedatur ſecunda, & quod tertia dilatio probatoria non concedatur, niſi juraverit, ſe adhibita omni diligentia intra priores dilationes non potuiſſe abſolvere probationem, quod tamen de jure communi impetrata quarta dilatione ſaltem fieri ſolebat. *vid. C. ultra* 55. *x. de teſtib. Nov.* 90. *c.* 5. *Blum. d. l. Tit* 73. *n.* 82. & *n.* 83. vult tamen *Mev. P.* 5. *Dec.* 316. quartam quandoque dilationem adhuc eſſe concedendam.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. §. 2. (quoties res moram non patitur, feriarum exceptio non prodeſt) L. 2. L. 3. L. 4. L. 6. L. 8. L. ult.

Lib. II. Tit. 13.
De Edendo.

Jung. L. 2. Tit. 1. C. de edendo.

Ad hunc Titulum ff. & C. de edendo peculiariter ſcr. Frider Sectus, Placentinus Andreas Fachineus, Nicol Bellonus, Petrus de Bella pertica, Franc. Niconitius. Praxis Edendi Gabriel de Parexa & Queſſada. De univerſa Inſtrumentorum Editione Gabriel de Parexa & Queſſada. De edendo & recognoſcendo Imanuel Sutorius. De editione inſtrumen-

ſtrumentorum Cancer. var. Reſolut. cap. 19. Pet. Schulzen Diſp. de inſtrumentis communibus cap. 3. §. 8. ſeqq. De editione documentorum ab adverſa parte facienda Rivinus in Enunciat. Jur. Tit. 26. Reus quando actori edere teneatur rationes, documenta &c. Caſtillo Sotomajor. Lib. 8. Controv. jur. cap. 20. De teſtamento exhibendo. Tabor. Dec. 209. De formandis libellis Georg. Obrecht, Beneventura Stracha, Hermann Barenſis. De actionibus & libellis formandis G. Dieterich. Tractatus Libellorum Domin. Beneventanus. De Libellis ſ. editionibus Lanfrancus de Ariadno, de Jure Libellorum Sam. Stryckius. De Immutatione Libelli Bern. Doring. Conſilium de immutatione libelli Conr. Longicampian. Aurea Practica Libellorum Petri Jacobi Aurelianenſis. Tractatus varii de formatione libelli in Syndicatu ex recenſione Gabr. Sarayna. De exceptionibus contra libellum tam quoad materialia quam quoad formalia Schacheri Colleg. Pract. ad ff. Tit. de exceptionibus.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Titulum hunc in praxi obtinere extra dubium eſt; moribus tamen inducta, eſt diſtinctio libelli in ſummarium & articulatum, ubi factum in certos articulos redigi-

tur, & postea conclusio subjicitur. Sed cum ita sæpius disputaretur an articuli essent pertinentes vel non, per *Recess. Imper. nov. de A.* 1654. §. daß der bißhero ꝛc. libellus articulatus est sublatus, quod etiam antea factum erat in Saxonia vid. *Carpzov. P. 1. Const. 2. def. 1.* quamvis in aliquibus locis adhuc observetur, sicut & in Pomerania libellus restitutorius per articulos formari soleat.

§. 2. Habent quoque in Praxi clausulas certas, quas libello inserere solent, e. g. se nolle esse obligatum ad probationes superfluas, se nolle consentire in judicem nisi quantum in jure, se non per modum libelli, sed simplicis facti narrationis causam propositurum &c. quarum prima est otiosa, cum qua probata non relevant, ad probandum non admittantur secunda utilis est ad præcavendam prorogationem, quoties dubia est jurisdictio: tertia clausula necessaria non est, modo apte conclusum vel clausula salutaris subjecta. v. *Brunnemann. in Proc. Civ. cap. 5. n. 15.*

§. 3. Circa editionem libelli hodie lites eo rariores quia receptum ut una cum citatione copia libelli reo transmittatur, quo deliberare valeat, an velit contendere, an vero cedere. Imo si libellus se in certis instru-

ſtrumentis fundet, etiam copiæ inſtrumentorum ſimul transmitti ſolent per *d. Receſſ. Imp.* § dieſem nechſt nun ꝛc. & §. beneben bleibet ꝛc.

§. 4. Cum Jure Civili contra edere nolentem actio in factum prodita ſit ad intereſſe, per *L.* 10. §. *ult. h. t.* intereſſe vero probatu difficile ſit, hodie communiter per mandata compulſorialia tam ſimplicia quam arctiora, editio injungi ſolet, interdum mulcta adjecta. *Gail. L.* 1. *Obſerv.* 134. *n* 11. Jure Saxonico vero edere recuſans pro confeſſo habetur, inſuperque copiæ ab altero productæ pro recognitis haberi ſolent. Vid. *Carpzov. in Proceſſ. Tit.* 14. *art.* 4. *n.* 24. Inſuper hic notandum, quod Jure Saxonico editionem inſtrumenti petens, immunis ſit a præſtatione calumniæ. *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 17. *def.* 29.

§. 5. Porro & hoc moribus magis inductum quam ex certo Jure civili, quod editis inſtrumentis illa ab altero vel recognoſcenda ſint ſine juramento, vel jurato diffitenda. *Berlich P.* 1. *Concluſ.* 44. Et ſolent in Camera Imperiali originalia recognita partibus reſtitui, copiis judicialiter collatis ſaltem apud acta relictis. Vid. *Ordin. Cam. P.* 1. *tit.* 3. *Receſſ. Imper. de A.* 1654. §. Wann nun der Beklagte ꝛc. 45.

§. 6.

§. 6. Quæ demum de instrumento sine die edendo habentur in *L.* 1. §. 2. *h. t.* hac hodie non observari testatur *Brunnemannus ad L.* 1. *h. t.*

Leges Notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. §. 2 §. 3. L. 3. (Reus fisco actori edere tenetur instrumenta) L. 6. §. 2. §. 5. L. 8. §. 2. (libris mercatorum creditur in illis quæ ad mercaturam pertinent. vid. *Carpz. P.* 1. *c.* 17. *def.* 37.) L. 10. §. 2. (Quoties edendæ sunt rationes non totus codex rationum edendus, sed illa tantum pars quæ ad alterum pertinet.)

Lib. II. Tit. 14.

De Pactis.

Jung. L. 2. tit. 3. C. de pactis & L. 1. tit. 35. x. de pactis.

De pactis scrips. Arnold. Vinnius, Franc. a Sousa, Christoph. Philipp. Richter, Martin Monter a Cueva, Marc. Mantua, Anton. de Leon, Helf, Ulric. Hunnius, Joh. Gutierez, Fortun. Garzias, Andreas ab Exea, Franc. Duarenus, Hugo Donellus, Petrus Alvarottus, Franc. Balduinus, Martin. Garatus, Didacus Covarruvias, Octavius Amorinus; Petr. Barbosa, Henric. Bocerus, Matth. Cuno, Joh. Baptista Caccialapus, Joh. Ludov.

dov. Langius, Franc. Hotomannus, Joh. Borcholt, Valent. Guilielm. Förster, Henr. Hahnius, Nicol. Christoph. Lyncker, Sebast. Spilker, Joh. Frid. Seips. De pactis conventis Ægyd. Hortensius. De pactis legitimis Frider. Nasser. De pactis adjectis Paul Gambs. De pactis renunciativis & dispositivis Joh. Dauth. Quomodo ex pacto hereditas acquirenda Herm. Meyrer. De pacto futuri contractus præparatorio Michael Grassus. De Tractatibus, von Handlungs Vorschlägen / Georg Bremen. De Actibus oblativis von Vorschlägen / Muller. De pacto præjudiciali remissorio majoris partis creditorum Wolffg. Adam Lauterbach. De Tractatibus qui non perficiuntur Castillo Sotomajor. Tom. 5. Controv. Jur. cap. 74. An recessus specialis tollat pactum generale præcedens. Fritsch. Vol. 2. cons. 16. De pactis juratis Myler. ab Ehrenb. Nomolog. cap. 9. De quotæ litis pacto. Wolffius. De pactis successoriis Principum Myler de Princ. & Statib. Imper. P. 1. cap. 25. De pacto successorio Fritsch. Vol. 1. const. 2 & 3. Klock Vol. 4. Cons. 74. & 78. Nicol. Reusner L. 1. Cons. 19.

Usus Tituli modernus.

Circa usum hujus tituli modernum principaliter observandum est, quod hodie ex omni

omni pacto a persona habili super re licita deliberato animo inito, valida detur actio, *Mev. Part. 5. Dec. 408. Carpzov. P. 2. const. 19. def. 17. n.* 8. quam praxin Juri Canonico convenire verius est propter *c. 1. x. de pactis.* quo textu casus proponitur ubi ex pacto actio erat instituta, & secundum illud pactum judicata.

§. 2. Ceterum ex dicto principio practico multa deduci possunt ad subtilitates juris quæ in hoc titulo solent proponi, removendas; Sic hodie nihil interest an pactum in continenti, an vero ex intervallo; an contractui bonæ fidei, an stricti juris, adjiciatur; pactum enim non ex assistentia contractus, sed ex vi speciali quæ moribus ipsi tributa, actionem producit, unde & distinctio nudi & vestiti pacti hodie est inutilis. Sicuti vero actio ex pacto legitimo vocatur condictio ex lege, ita ex aliis pactis datur condictio ex moribus: quia ex moribus vis agendi tributa; vel condictio ex canone, quia & Jure Canonico actionem producit.

§. 3. Porro & hoc moribus immutatum dicitur, quod alteri paciſci non liceat; hodie enim alteri per alterum acquiri obligationem posse asserit *Mev. Part. 4. Dec. 112. n. 5. Brunnem. ad L. 25. in. f. ff. b. t.*

§. 4.

§. 4. Ulterius pacta de futura successione Jure Civili improbari certum est, exceptis saltem certis casibus de quibus vid. *Carpzov. P.* 2. *Const.* 35. *def.* 17. Conf. *Differt. Stryckii de pact. Successor. membr.* 2. *Tit.* 2. *Textor. Decis.* 93. *n.* 3. Moribus vero Germaniæ pacta talia approbata esse, certum est, & quamvis pacta ejusmodi turpia esse, votum que captandæ mortis continere videantur, attamen turpitudo illa magis civilis quam naturalis est, & hinc consvetudine talia pacta approbari potuerunt. *Kobl. de pact. dotal. P.* 2. *num,* 70. *Gail. Libr.* 1. *observ* 39. *n.* 15. *Barthol. Musculus integr. tract. de successione conventionali.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. L. 2. pr. §. 1. L. 3, L. 6. L. 7. §. 4. §. 5. L. 8. L. 23. L. 27. §. 3. & §. 4. L. 28. L. 35. L. 38. L. 39. L. 40. pr. L. 46. in f. L. 48. L. 58. pr. L, pen.

Lib. II. Tit. 15.

De Transactionibus.

Jung. L. 2. Tit. 4. C. de Transaction. L. 1. tit. 39. x. de Transaction.

De Transactionibus scr. Antonius de Padilla. Ant, de Leon. Cornel. Ludovic. Gomez. in Tit. C, de Transaction. Marcus Mantua.

Petrus

Petrus Loriottus. Octav. Amorinus. Joh. Baptist. Caccialupus. Franc. Curtius. Franc. Hottomannus. Joh. Borcholt. Helfr. Ulric. Hunnius. Emanuel Rom. Valeronius. Henric. Hahnius. Christoph. Philipp. Richter. Joh. Verstegen. Arnold Vinnius. Nicol. Christoph Lyncker. Joh. Jac. Schelhammer. Ad L. transigere. 18. C. de Transaction. Dominicus Arumæus. Bernhard. Schulz. De officio Judicis ordinarii & delegati Assessoris Arbitri, ac amicabilis compositoris, Nicol. Bellonus. De Concordia, Henric. Balthas. Roth. De Transactione in puncto debiti Fritsch. Vol. 2. Cons. 5. & 6. De Transactione paterna super rebus filiorum maternis, maternaque hereditate, Vultejus Vol. 1. Cons. Marpurg. 27. De transactione super hereditate defuncti Wesenbec. Cons. 235. Part. 5. De transactione judiciali ex capite enormissimæ læsionis rescindenda, Harpprecht Respons. 30. & 31. An quis ad ratificandam transactionem a consortibus fact. m cogi, vel saltem ad transigendum a Magistratu suo compelli queat, Nicol. Everhard. Vol. 1. Cons. 62. De Exceptione transactionis Klock Vol. 2. Cons. 51. & Cons. 14. De Nullitate & rescissione transactionis Michaelis Respons. 7. & 8. Vetus actio an transactione extinguatur, Harpprecht Disp. inaugur.

per

per totum. Haersolt part. 1. Act. 15. n. 1. Falsa causa quatenus vitiat transactionem Klock. Cons. 11. n. 158. seqq.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Materiam transactionis in viridi observantia esse, praxis quotidiana testatur, in aliquibus tamen punctis diversum à jure communi praxis recepisse videtur. Sic hodie parum interest an ab utroque transigentium quid datum vel remissum, quamvis enim ita transactio proprie dicta non sit, pactum tamen erit, quod cum validam hodie producat actionem, parum intererit utrum transegerim, an pactus fuerim. Quorsum spectat recepta Dd. Conclusio, quod transactio possit valere ut pactum, si non possit valere ut transactio. vid. *Barbos. in Thesaur. Locuplet.* 18. *Concl.* 25. *Axiom.* 10.

§. 2. Ex hoc insuper sequitur, quod hodie transactio, cum partum ei insit indistincte producat actionem. vid. *Brunnemann. in Quæst. ad Wesenbec. Quæst.* 47. Ex qua causa etiam super re judicata, super re non litigiosa, vel juramento decisa in praxi subsistit, transactio, cum super re certa transigere liceat. *Zoesius ad ff. h. t. n.* 10. modo tamen de animo donandi constiterit *Brunnem. d. l. Quæst.* 18.

§. 3. Porro certum est, jure Civili transactionem non rescindi, licet alter transigentium ultra dimidium sit læsus, ob *L. 78. §. f. ff. ad SCtum Trebell.* In praxi tamen receptum videtur, ut si enormis læsio possit doceri, etiam in transactione admittatur beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. de qua Praxi testatur *Carpzov. P. 2. const. 34. def. 1. Kœppen. Dec. 58. Brunnem. ad L. 2. n. 9. h. t.* Contrarium tamen Cameram Imperial. judicasse testatur *Gail. Libr. 2. Observ. 70. n. 12.* quod & factum in tribunali Wismariensi, *Mev. P. 2. Dec. 245.*

§. 4. Quod attinet transactiones de Criminibus, & eas hodie fieri posse, negandum non est, imo & ad privata crimina contra Jus Civile hoc moribus extensum, ut & de his transigere liceat, modo cum approbatione Magistratus fiat. vid. *Carpzov in Praxi Crimin. qu. 148. n. 17.* Quod vero *Carpzov.* in eadem Praxi Crimin. *qu. 55. num. 14. & qu. 71. n. 31.* existimat, hodie etiam in crimine adulterii transactionem esse licitam, id vix admittendum, aliud enim est remittere adulterium, aliud desuper transigere: illud permissum, favore scilicet matrimonii, hoc vero non. vid. *Brunnemann. ad L. 18. h. t. n. 8.*

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 6. L. 8. L. 9. §. 2. L. 11. L. 13.

Lib. III. Tit. 1.

De Postulando.

Jung. L. 2. Tit. C. de Postul. L. 1. Tit. 37. x. de postuland.

De Advocatis scrips. Martin Husson. Jacob Bouricius, Caspar. Manzius, Henricus Linck. Instructionem Advocati, Francisc. de Saleron. Cynossuram Advocatorum s. de ratione recte advocandi & patrocinandi in jure Joh. Baptist. Magonius. Praxin judicum & advocatorum Anton. Cardos. de Amaral. De qualitatibus & officio boni Advocati Barthol. Agricola. Lancell. Politus. Joh. Bapt. Caccialupus. de Advocato & Causidico. Christiano Joh. Petr. Ala. De Privilegiis Jurisconsultorum, Benius. De Conscientia Advocatorum; it de Privilegiis Advocatorum Samuel Stryck. Adrian. Pulvæus. De dolo bono Advocati, Georg. Adam Struv. De Honorariis Advocatorum Joh. Melch. Sachs. De Palmario Advocatorum Wolff. Adam Lauterbach. De Rabulistica s. de artibus Rabulariis Caspar Zieglerus. De Advocatorum circa clientum secreta fide & perfidia s. de Prævaricatione Adrian. Beyerus. De pacto quo-

quotæ litis Jacob Wolffius. De Advocati modeſtia Willenbergius. De Advocati Nequitia Holtermannus. De officio judicis Suppletorio, ſ. ad L. unic. C. ut quæ deſunt advoc. partium, judex ſuppleat. Otto Philipp. Zaunſchlifferus. Advocatus Peccans Abasv. Fritſck. De Salario Advocatorum Börnerus.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Nullum quidem dubium eſt illa quæ de perſonis poſtulare prohibitis in hoc Titulo proponuntur, hodie quidem Advocatis juſte opponi poſſe; attamen cum in multis Judiciis ordinarii Advocati ſint recepti, extra quos nemo cauſam proponere poſſit, inde factum ut in talibus Judiciis ne quidem in propria cauſa poſtulare liceat illi qui juris admodum gnarus, ſed debet per Advocatum ordinarium cauſam proponere. Ubi vero ordinarii Advocati non reperiuntur, ibi jus commune obtinet, ita ut etiam fœminæ pro ſe & ſuis poſtulandi facultas non denegando, quamvis in Saxonia ſemper curatorem adhibere teneatur.

§. 2. Quod hæretia poſtulando arceantur, ſoli vero Catholici admittantur ex *L. ſ. C. h. t.* patet. Ex conſtitutionibus autem Imperii non ſoli Romano-Catholici, ut vocari amant, in Camera Imperiali ad Advocatu-

caturam admittuntur, sed & illi qui Protestantium Religioni sunt addicti. vid. *Ordin. Camer. P. 1. Tit. 3.* Qui tamen Religionem in Imperio reprobatam sectantur, illi ad ductum *d. L. fin. C. h. t.* adhuc hodie ab Advocatura juste repelluntur, quamvis in Belgio promiscue Advocatos hæreticos admitti velit *Groenweg. in Tr. de LL. abrogat. ad d. L. fin.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 2. 3. 4. 5. 6. L. 3. §. 1. L. 6. L. 7. L. 8. L. 10.

Libri III. Tit. 2.

De his qui notantur infamia.

Jung. L. 2. Tit. 12. C. ex quib. caus. infam. irrog.

De fama & infamia scrips. Marquard. Freherus. De fama ejusque imminutione Enoch Glæserus. De infamia Barthol. Leonhard. Schwendendörfferus. Magnus Wedderkopf. Ad Tit. de postulando & ex quib. caus. infam. irrogetur Julius Pacius. Caspar Manzius. In L & si severior. C ex quib. caus. infam. irrogetur, Petrus de Bellapertica. Ad L. un. C. de Infamibus Comment. script. Francisc. de Amaya. De levis nota macula Joh. Andr. Frommann. Hypolyposin singu-

laris illius de infamia dispensationis quæ fit per pœnæ aggravationem ad L. 13. §. 1. ff. de his qui not. infam. Ferdin. Christoph. Harpprecht. De restitutione famæ Nicol. Christoph. Lynckerus. De Restitutione famæ infamium Jacob Otto. Abolitio infamiæ, restitutio famæ, an ultra territorium & jurisdictionem abolentis & restituentis valeat Maurit. Consil. Kiloniens. Vol. 2. Cons. 8. n. 11. seqq. Infamia quandiu duret Carpz. Prax. Crimin. qu. 135. n. 57. seqq.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quæ hoc Titulo proponuntur, usu fori fere omnia observantur, nisi quod infamia hodie non amplius irrogetur viduæ intra annum luctus nubenti, quæ praxis originem habet ex Jure Canonico & quidem dispositione *c. pen. & ult. x. de secund. nuptiis.* Quamvis hæc dispositio ad eum casum non extendenda, si ex priori marito uterum adhuc gerat vidua. Hic enim ob turpitudinem naturalem nec dispensatio potest admitti. *Brunnemann. ad L. 2. C. de secund. nupt. n. 22.*

In Saxonia tamen annus luctus adhuc stricte observatur, *Carpzov. in Jurisprud. Ecclesiast. L. 2. def. 159.* nisi impetrata fuerit dispensatio à Consistorio *Carpzov. d. l. def. 162.* Puto tamen infamiam nihil ominus in

in Saxonia etiam cessare, cum de ea nihil inibi cautum reperiatur.

§. 2. Jure Civili quidem viri uxores lugere non tenentur, per *L. 9. pr. ff. h. t.* Moribus tamen plerorumque locorum & maritis certum tempus luctus præscriptum, quod in Saxonia est spatium semestre. Vid. *Carpz. in Jurispr. Ecclesiast. L. 2. def. 160.* ubi tamen facilius solet admitti dispensatio, cum hic cesset turpitudo naturalis quæ in fœminis attendenda est.

§. 3. Porro jure nostro non est in Judicis potestate famam reservare illi, qui judicio famoso est damnatus: cum Judex mitior lege non esse debeat, nec juris auctoritas sit in potestate Judicis, per *L. 15. inf. pr. ff. ad L. Municipal.* Moribus vero præcipue in actione injuriarum arbitrio Judicis commissa famæ reservatio. *Mev. P. 3. Dec. 37.* De qua consvetudine testatur quoque *Gailius L. 1. Obs. 65. n. 6.* Quod adeo invaluit, ut si hæc reservatio famæ à Judice fuerit neglecta justa appellandi causa ea propter detur. *Mev. Part. 5. Dec. 168.*

§. 4. Ratione infamiæ facti id quoque observandum, quod olim à collegiis opificum exclusi fuerint textorum, chirurgorum, opilionum, molitorum &c. liberi, qua consvetudo tanquam irrationabilis postea reje-

 cta,

cta, & illis jus collegiorum omnium concessum fuit per *Ordinat. Polit. de Anno* 1577. *Tit.* 38. *Rubr.* von Handwercks-Söhnen.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. pr. §. f. L. 6. §. 1. §. 2. §. 3. §. fin. L. 7. L. 9. §. 1. L. 10. §. 1. L. 11. §. 2. L. 13. §. pen. L. 21. L. 22.

Lib. III. Tit. 3.

De Procuratoribus & Defensoribus.

Jung. L. 3. tit. 13. C. de procurator. L. 1. tit. 38. x. de Procurator.

Ad titul. de procurat. & defensoribus scrips. Nicol. Cisnerus, Petrus de Bellapertica. Oeconomiam Tit. D. & C. de Procuratoribus & defensoribus Georg. Obrecht. Hubertus Giphanius. Ad L. si actor. ff de Procurator. Robertus Maranta. Ad L. falsus Procurator. C. de furtis Bernhardus Gammarus. De Procuratoribus Caspar Manzius. Joh. Munnoz. Julius Pacius. Scipio. Gentilis. Caspar Zieglerus. Glæserus. De Procuratoribus & Satisdationibus Joh. Harpprecht. De Substantialibus, Procuratoriis Joh. de Grassis. De falso Procuratore Burchard. Bardili. De Procuratore substituto Wolff. Adam Lauterbach. De Procuratore in rem suam Wolff. Adam Lauterbach. De for-

formis Procuratoriis Nic. Chrift. Lyncker. Vtrum & quatenus Dominus gefta à falfo procuratore in fui favorem finita per fententiam inftantia, objectaque jam ab adverfa parte de nullitate proteftatione &c. poffit rati habere Radovius. De Procuratoris obligatione fi fines mandati excedit Krauffius. De Procuratoris revocatione tacita Strauff. De cautione rati a conjunctis præftari folita Wolff. Adam Lauterbach. De defenforis & Procuratoris poteftate in caufis criminalibus Joh. Ant. Rubeus. De defenfore judiciali Chriftoph. Hartm. Schacherus. De defenfione rei abfentis de crimine capitali accufati ad L. 3. C. de accufat. Joh. Otto Tabor. De exceptionibus contra defenforem Schacher. Colleg. Pract. ad ff. Tit. de Exception.

Vfus Tituli modernus.

§. 1. Materia de Procuratoribus hodie quidem omnino utilis & neceffaria eft, & hinc regulariter juxta LL. h. Tit. judicandum. Dantur tamen fpecialia quædam, quæ per ufum forenfem videntur immutata. Quorfum fpectat quod ubi hodie funt Procuratores ordinarii non in arbitrio eorum pofitum amplius fit, an velint litem fufcipere, nec ne, fed ad id compelli poffunt, contra *L. 17. C. de Procurator.* ficuti hoc fit in

Camera Imperiali *Gail. L.* 1. *Obferv.* 43. *n.* 6. Solet etiam dubitari an non jure Civili infamis esse possit Procurator. vid. *Dd. ad* §. *f. Inst. de Except.* Sed moribus nostris infames non amplius admittuntur, cum præsertim in Camera Imperiali honorabile admodum sit Procuratorum officium. vid. *Ordin. Camer P.* 1. *Art.* 18. *Gail d. l. n.* 8. *Conf. c.* 4. *x. de Juram. calum.*

§. 2. Captos ab hostibus hodie Procuratores dare posse, certum est, cum servi amplius non fiant, ob quam causam olim Procuratorem habere non poterant, per *L.* 15. *pr. ff. ex quib. caus. major.* De muliere vero, quod pro personis conjunctis vel in rem suam Procuratrix esse possit juxta *L.* 41. *h. t. L.* 4. *&* *L.* 18. *C. h. t.* id in Saxonia fallit, ubi fœmina semper curatore opus habet, in Marchia tamen hoc casu obtinet jus civile.

§. 3. Procuratorem hodie non amplius per litis contestationem fieri dominum litis, sicuti jure Civili id fiebat, per *L.* 22. *&* 23. *C. h. t.* contendit *Groenweg. de LL. abrogatis ad d. L.* 27. cujus sententiæ quoque adstipulatur *Bachov. ad Treutl. Vol.* 1. *Disp.* 9. *Lit. F.* qui dicit: Procuratorem hodie non fieri litis dominum sed ministrum: Sed hæc sententia dubia est. Si enim ad totam causam datus est Procurator, perinde dominium procesfus

ſus ſive liberam proceſſum dirigendi facultatem conſequitur per litis conteſtationem ac de Jure Civili. Longe alia ratio eſt in Procuratore ad certum judicii actum dato; hic enim finito actu illo deſinit eſſe procurator. Hoc tamen certum hodie rarius ferri ſententiam in ipſum Procuratorem, ſed regularitur in principalem. *Habn. h. t. n. 8.* Poſſet tamen adhuc in Procuratorem ferri ſine vitio nullitatis modo cauſa ſit pecuniaria, vel civilis. Conf. *Brunneman. in Comment. ad* L. 23. *h. t. n.* 6.

§. 4. Porro in criminalibus nec pro Actore olim admittebatur Procurator, inſcribere enim ſe ad identitatem ſupplicii debebat. Conf. *L. pen. ff. de publ. judic. juncta L. 7. pr. ff. de accuſat.* Hodie vero ob ceſſantem inſcriptionem Procurator pro accuſatore admittitur, modo accuſator cautionem ſufficientem præſtiterit de refundendis expenſis, alioquin arreſtandus eſſet accuſator, per *Conſtitut. Crimin. art.* 12. Conf. *Struv. h. t. Th.* 32.

§. 5. Ulterius cum mandatum morte expiret, hodie adinventum eſt remedium, ne Proceſſus ob mortem principalis differatur, ut ſcilicet mandatum nomine heredum ſimul concipiatur, quo caſu mortua principali Procuratoris mandatum non expirat, & ſic

ſic nec re aſſumtione Proceſſus opus erit. vid. *Receſſ. Imperii noviſſ. de A.* 1654. §. Damit auch zum vierten.

§. 6. Demum & in Praxi ſigillum mandantis ſubjici ſolet, quod de jure non eſt neceſſarium, cum ſigilli privati exigua ſit auctoritas. Vid. *Brunnemann. ad Weſenbec. h. t. Quæſt.* 54. Unde dubia redditur ſententia *Mevii* quam habet *P.* 11. *Dec.* 60. exiſtimantis, ſolum ſigillum mandantis ſine ſubſcriptione ſufficere. Volunt etiam hodie ex contractu Procuratoris ſemper dari actionem utilem domino. Vid. *Brunnemann. in Comment. ff. ad L.* 27. *n.* 5. *h. t.* quod Jure Civili ſaltem certis obtinebat caſibus. *Brunnem. ad Weſenbec. Quæſt.* 66. *h. t.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. L. 8. §. 1. & §. 2. L. 14. L. 16. (Mandatum Procuratorium ante litem conteſtatam libere poteſt revocari, non vero poſt litem conteſtatam, niſi cognita cauſa) *L.* 17. pr. L. 25. L. 30. L. 32. L. 33. §. 2. §. 4. §. 5. L. 40. §. 4. L. 41. L. 43. pr. L. 46. §. 1. & 2. L. 49. L. 51. L. 56. L. 58. L. 63. L. 68. L. 76. L. 77.

Lib.

Lib. III. Tit. 4.

Quod cujusque Universitatis nomine vel contra eam agatur.

Jung. L. 1. Tit. 59. x. de Syndico.

De Jure Universitatum scrips. Christoph. Besoldus. Nicol. Losæus, Wolff. Jacob. Sattler. De variis Universitatum speciebus earumque juribus præsenti statui Germaniæ accommodatis Henricus Bruningius. De Syndicis Caspar Manzius, Wolff. Adam Lauterbach. Joh. Georg Lajus. Caspar Zieglerus. Georg Engelbrecht. Gothofr. Schilter. Joh. Schmidelius, Johann Antonius. Stephan. Marsmannus. J. Eichelius. De Syndico Civitatis Jungenfels. De Exceptionibus contra Syndicum Schacher. Colleg. Pract. ad ff. Tit. de Exception.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nihil in hoc Titulo occurrit quod Praxi sit contrarium, nisi quod in modo constituendi Syndicum specialia locorum statuta varient. Hinc quamvis *Carpzov. P. 1. const. 13. def. 17.* velit, quod Syndicus à Consulibus & Senatoribus Civitatis recte constituatur, etiam sine interventu Tribunorum plebis; hoc tamen universale vix est, cum regu-

regulariter Civium consensus sit necessarius, si non omnium in specie, illorum tamen qui Civitatem repræsentant, quales esse solent die Ausschüße / oder die Viergewerder. *Carpzovii* quidem sententiam etiam approbat. *Mev. P. 2. Dec. 36.* sed eam temperat *Brunnemann. in Commentar. ff. h. t. ad L. 6. n. 2.* Si de solo Curiæ interesse agatur.

§. 2. De cætero Syndicum, de cujus decreto Syndicatus dubitatur, de rato cavere debere, Jure communi certum est per *L. 6. §. ult. h. t.* Praxis vero contraria, quod hodie actor de cujus mandato dubitatur, cum cautione rati non admittatur, ut quidem vult *Groenweg. de LL. abrogatis ad L. 6. §. ult. h. t.* omnino falsa est, ut mores judiciorum testantur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. (Collegia tamdiu censentur prohibita, donec probentur permissa. add. L. 8. C. de hered. instit. L. 15. C. de Episcop. & Cleric) *§.* ult. L. 3. L. 4. L. 5. L. *6.* §. 1, §. 3. L. 7. §. 1. L. 8.

Lib. III. Tit. 5.

De negociis gestis.

Jung. L. 2. Tit. 19. C. de negoc. gestione.

Ad L. fin. ff. de negoc. gest. scripsit Bittisia Gozadina.

V sus

Vsus Tituli modernus.

Nihil in hoc titulo occurrit quod non ſit notoria fori obſervantia comprobatum, ſi modo illa quæ hincinde de ſervis in Legibus injiciuntur, excipiantur.

Leges Notabiles h. t.

L. 2. L. 3. §. 4. L. 5. §. 10. L. 6. § 3. §. 6. (quod meo nomine geſtum non eſt, non poſſum ratihabere) L. 9. L. 10. § 1. L. 11. L. 15. L. 25. L. 34. L. 39.

Lib. III. Tit. 6.

De calumniatoribus.

Jung. L. 9. Tit. 46. C. de Calumniatoribus, & Lib. V. Tit. 2. x. de Calumn.

De Calumnia ſcripſ. Joh. Frider. Rhetius. De Calumniatoribus Caſtillo Sotomajor Tom. 3. Controverſ. Juris. cap. 21.

Vſus Tituli modernus.

Communiter volunt uſum hujus Tituli eſſe nullum, ſed contra calumniatorem ad intereſſe agi, eundemqum arbitrarie puniri poſſe. Vid. *Struv. h. t. inf.* Quia tamen hæc actio pro conſervanda judiciorum integritate recepta, non facile admittendum eam eſſe abrogatam, ſed potius eidem caſu obvenien-

veniente deferendum. Vid. *Brunnemann. in Comment. ff. h. t. in fin.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. & §. 1. L. 3. §. ult. L. 5. §. 1. L. 7. pr.

Lib. IV. Tit. 1.

De in integrum restitutionibus.

Jung. L. 2. tit. 47. C. ubi & apud quem cognit. in integr. restit. agit. Tit. 49. C. etiam per procuratorem &c. Tit. 50. C. in integrum restitution. postul. ne quid novi &c. Tit. 53. C. de temporib. in integr. restitut.
L. 1. Tit. 41. x. de integr. restit.

De in integrum restitut. extant varior. Ictor. Tractatus Tom. 4. de ead. scrips. Jacobus Cujacius, Joh. de Ferrariis. Helfr. Ulricus Hannius. Scipio Gentilis Gabriel Mudæus. Robertus Lancellottus. Joh Mauricius. Caspar Manzius. Vdalric. Zasius. Joach. Mynsinger. Sfortias Oddus. Guil. Cassadorus. Emanuel Costa. Frider. Martin. Anton Gomez. Petrus Rebuff. Petrus Bouillardus. Franc. de Caldas. Extat enarratio in C. de restitution. in integr. Marci Anton. Caimi. De beneficio & remedio restitutionis in integrum, quo ætate metu, dolo & absentia læsis succurritur Andreas Knichen.

Vsus

Usus Tituli modernus.

§. 1. Extra dubitationis aleam positum est, materiam restitutionis hodie utilem ac in praxi quotidianam esse, sic, ut & tempora petendæ restitutionis hodie stricte observentur. Hoc tantum in Praxi singulare est, quod omnis Judex Jurisdictionem habens in integrum restituere possit. Vid. *Struv. Syntagm. Jur. Civ. h. t. th. 4.* Et hinc quoque Magistratus municipales hodie restituunt.

§. 2. Hoc adhuc moribus adscribendum, quod restitutio in integrum in multis locis, præsertim in Pomerania, sit ordinarium remedium, quod contra quasvis sententias intra 6. septimanas intentari potest, & appellationis vim habet *Mev. P. 5. Dec. 327. & P. 2. Dec. 65.* Licet coram eodem Judice qui sententiam tulit Processus restitutorius expediatur. Et cum sit instar appellationis, Judex in ea restitutione concedenda facilis esse debet. *Mev. P. 5. Dec. 5.*

Leges notabiles. h. t.

L. 3. L. 4. L. 6. L. 7. (Contumax non est qui comparuit, adhuc pro tribunali sedente judice. Unde colligunt: Citatum zu rechter früher Tage Zeit / non esse contumacem si compareat à meridie, modo Judex pro tribunali adhuc sedeat.)

Lib. IV. Tit. 2.

Quod metus causa gestum erit.

Jung. L. 2. Tit. 20. C. de his quæ vi metusve causa gesta sunt. Et L. 1. tit. 4. x. de his quæ vi metusve causa fiunt.

De restitutione in integrum, quod vi aut metus causa scr. Quirinus Schacherus. De Metu, s. his quæ vi, metusve causa fiunt Balthas. Megallon. De eo quod metus causa Julius Pacius. De metu ejusque operationibus in jure Joh. Frider. Rhetius.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Actionem quod metus causa adhuc hodie necessariam pariter ac utilem esse non ambigendum: hoc tamen non pauci volunt, hodie in quadruplum hanc actionem intentari non posse sed saltem in simplum. *Struv. in Jurispr. Rom. German. L. 3 Tit.* 22. §. 5. Verum hæc Praxis dubia est, cum LL. abrogatio præsumenda non sit, & quamvis forte rarius in quadruplum actio instituta sit, inde tamen eam amplius institui non posse colligendum non est. Vid. *Brunnemann. ad L. 9 §. 6. ff. h. t.* Libellum hujus actionis proponit *Cortrejus in Disp. de Action. in rem script. cap. 3. n 5.*

§. 2. Inter alia vero hic observandum an non

non dispositio L. *extat*, 13. *ff. h. t.* adhuc observetur in praxi? Hoc certum, quod illa amissio juris ob violentam invasionem in Saxonia non obtineat, sed ibi occupans propria auctoritate rem saltem restituit illi, cui eam abstulit, & postea contra eum ordinaria actione experitur, soluta tamen antea multa quadam arbitraria. vid. *Carpzov. Lib.* 3. *Dec.* 269. Extra Saxoniam tamen omnino hanc legem usu servandam esse puto; cum ad præcavendam violentiam saluberrime inducta, ut hinc si contraria consvetudo non probetur juxta eam pronunciari debeat. *Mev. P.* 1. *Dec.* 95.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. §. 1. L. 6. L. 7. pr. L. 8. §. 2. §. f. L. 9. pr. §. f. L. 13. (Conf. hic L. si quis in tantam. 7. C. unde vi quæ de occupatione propria rerum immobilium agit) L. 14. §. 2. §. 3. §. 11. L. 17. L. 20. pr. L. 21. §. pen.

Lib. IV. Tit. 3.
De dolo malo.

Jung. L. 2. Tit. 21. C. de dolo malo.

De dolo scr. Carolus Ferrettus, Cels. Bargalius. Valentin. Riemer. De dolo malo Julius Pacius. Georg. Werner. De restitutione in integrum ob dolum malum Quirinus

Schacher. De dolo causam dante Joh. Adam Kurrer.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Tria sunt quæ moribus hodiernis ex hoc titulo immutata esse contendit Groenweg. Scilicet 1.) quod hodie de dolo conventus non amplius fiat infamis, & hinc nec actio hæc hodie sit biennalis *Groenweg. ad L. ult. C. h. t.* 2.) Quod hodie doli actio competat, etiam si alia detur. *Groenw. ad L. 2. C. h. t.* 3) Quod actio doli etiam hodie de re minima detur ad exemplum actionis furti. *Groenweg. in L. 9. ff. h. t.* fundamentum horum omnium in eo collocat, quia hodie actionis nomen in libello exprimere necessum non est, hinc & effectum actionis cessare putat ipse.

§. 2. Verum nos nullam moderni Juris à Romano hoc passu agnoscimus differentiam: quamvis enim nomen speciale actionis hodie exprimere necessum non sit, libellus tamen ita proponendus, ut ex ejus contentis & circumstantiis Judici constare possit, quo genere actionis actor velit experiri. Hoc præsupposito effectus actionis sua sponte sequitur, quippe qui non ex nomine actionis expresso, sed ex ipsa actione intenta dependet. Ut taceam nec Jure Romano nomen actionis exprimere necessum fuisse.

Leges

Leges notabiles b. t.

L. 1. pr. §. 2. §. 4. L. 6. (Idem eſt actionem nullam habere, quam habere inanem ob inopiam adverſarii) L. 7. pr. (Dolus cauſam dans contractui b. f. reddit eum ipſo jure nullum) L. 8. L. 9 §. 1. L. 11. L. 12. L. 15. L. 17. L. 26. L. 29.

Lib. IV. Tit. 4.

De minoribus viginti quinque annis.

Jung. L. 2. Tit. 22. C. de in integr. reſtitut. minor. Tit. 23. C. de filiofam. minor. Tit. 24. C. de fidejuſſor minorum Tit. 25. C. ſi tutor vel curat. interven. Tit 26. C. ſi in commun. ead. cauſ. Tit. 27. C. Si adverſus rem judicat. Tit. 28. C. Si adverſ. vendition. Tit. 29. C. Si adverſ. vendition. pignor. Tit. 30. C. Si adverſ. donat. Tit. 31. C. Si adverſ. libert. Tit. 32. C. Si adverſ. transact. vel diviſion Tit. 33. C. Si adverſ. ſolution. Tit. 34. C. Si adverſ. dot. Tit. 35 Si adverſ. del. Tit. 36. C. Si adverſ. uſucapion. Tit. 37. C. Si adverſ. Fiſcum. Tit. 38. C. Si adverſ. credit. Tit. 39. C. Si min. ab heredit. Tit. 40. C. Si ut omiſſa heredit. Tit. 41. C. in quib. cauſ. non eſt neceſſaria in integr. reſtit. Tit. 42. C. qui & adverſ. quos. Tit. 43. C. Si minor ſe majorem dixer. Tit. 44. C. Si ſæp. in integr. reſtit.

postul. fuerit. Tit. 45. C. de his qui veniam ætat. impetr. Tit. 46. Si major fact. rat. habuer. & Tit. 48. C. de reputation. quæ fiunt in judic. restitut. in integr.

De minorum restitutione in integrum scrips. Francisc. de Caldas Pereira & Castro. Ad tit. ff. de minoribus 25. annis Sebast. Sapia. De ætate minore Quintil. Mandosius. De Restitutione minorum Georg Adam Struv. Georg. Engelbrecht. Ad L. Amilius. 38. ff. de minoribus. De præscriptione conventionali & minore adversus eam à Principe restituto Samuel Stryck. De auxilio restitutionis in integrum Sexui fæminino de jure communi & Saxonico competente Werner. Theodos. Martini. De veniæ ætatis concessione Sigismund. Finckelthaus. An minori XXV. annis Doctori Juris, si captus sit, concedenda in integrum restitutio Vinnius L. 1. Quæst. Sel. cap. 13. An minor adversus transactionem judicialiter factam restitutionis beneficio gaudeat: Frank. Lib. Resol. 20.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nil singulare circa hanc materiam in praxi occurrit, nisi quod certorum locorum statutis minorennitas sit restricta, nec semper ad XXV. annum completum extendatur. Sic in Saxonia finito anno XXI. majorennitatem quis consequitur, *Carpzov. P. 2. Const. 11. def.*

11. *def.* 9. Ubi tamen Jus Saxonicum non viget, terminus Jure Civili præfixus observatur. Sicut hoc in Marchia imo etiam Jure Lubecensi. obtinet. vid. *Jus Lubecens. P.* 1. *Tit* 7. *art.* 6.

§ 2. In personis illustribus pariter majorennitatis diversi sunt termini. Electores enim anno 18. completo majorennitatem consequuntur, per *A. B. Tit.* 7. §. 4. Quod tamen non obtinet in aliis Principibus Imperii, quorum majorennitas ex Jure communi æstimanda est, nisi in quibusdam familiis per privilegium brevius tempus concessum, uti de Landgraviis Hassiæ, Ducibus Brunsvicensibus & Pomeraniæ, ut & de Principibus Anhaltinis testatur *Limnæus ad A. B. Observ.* 27. quod anno 18. majorennes fiant. Quid in Gallia circa majorennitatem juris sit? de eo vid. *Mev ad Jus Lubec. d. art.* 9. *n.* 9.

§. 3. Volunt equidem haud pauci moribus introductum esse, ut minores uxorati eo ipso dum propriam instituunt familiam pro majorennibus reputentur, sed hoc dubium est. Vid. *Mev. ad d. Art.* 6. *n.* 19. quamvis moribus Lubecensibus idem observari non obscure dicat in *num.* 22. Hoc certum majorennitatem non computari ex loco unde quisque oriundus, sed ubi contraxit.

 Sic

Sic Marchicus anno 22. ætatis in Saxonia contrahens non restituitur, quia ibi tantum tempus ad majorennitatem sufficit. Ratio hujus petenda ex *L. 6. ff. de Evittion.* quod in contractibus statuta locorum actus gesti sint attendenda.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. fin. L. 2. L. 3. §. 1. L. 6. L. 7. §. 2. §. 6. L. 9. §. 5. L. 11. §. 4. §. pen. L. 13. pr. L. 16. pr. §. 4. L. 18. §. 1. L. 24. §. 1. §. 2. § 4. L. 29. L. 39. L. 34. L. 37. §. 1. L. 38. L. 41. L. 43. L. 48.

Libri IV. Tit. 5.

De capite minutis.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Communis Dd. sententia est hujus tituli usum hodie esse nullum in Praxi; cum enim hic saltem agatur de recuperanda actione per emancipationem extincta, emancipatio vero pro deminutione capitis non reputetur, non opus erit de restituenda actione laborare. *Struv. h. t. th. 66.* Quod quidem quantum ad præsentem materiam admitto, de eo tamen omnino dubito, cur non & hodie emancipatio capitis deminutio sit dicenda: nam ex imminuta solennitate & sublatis quibusdam effectibus, non statim res

ipsa

ipsa dicenda est sublata. v. *Brunnem. in Comment. ff. h. t. Bachov. ad h. t. n.* 8.

§. 2. Pariter certum est, licet servitus pœnæ sublata sit per *Novell.* 22. *cap* 8. & servitutis usus hodie in genere sit nullus, mediam tamen capitis deminutionem, per quam jura Civitatis amittuntur, adhuc hodie quam maxime esse attendendam, ut sciamus, an & quatenus actus ab ipsis gesti in foro civili subsistant vel non. Hinc quia deportatis hodie banniti & fustigati cum perpetua relegatione comparentur, sequitur, quod ob omissum jus Civitatis nec testamenta ipsorum sint valida. sc. in illo territorio ex quo relegati sunt.

Leges notabiles. h. t.

L. 2. pr. §. 3. L. 6. L. 8. L. 10. L. ult. &c.

Lib. IV. Tit. 6.

Ex quibus causis majores viginti quinque annis in integrum restituantur.

Jung. L. 2. Tit. 54. C. ex quib. caus. maj. in integr. restit. Tit. 51. C. de restitution. milit. & eor. qui Reip. causa abs. Et Tit 52. de uxor. milit. & eor. qui Reipubl. caus. absunt.

De his qui Reipubl. caus. absunt scrips. Joh. Andr. Fromman. De uxoribus militum

ad L. 1. C. de uxor. milit. Gerhard von Stöcken. De restitutione in integrum ex clausula generali Joh. Wolff. Textor. Processus Instantiæ restitutionis in integrum adversus quorumvis Judicum sententias & decreta Huldar. Eybenius. De restitutione majorum contra rem judicatam ex causa ignorantiæ & noviter repertorum instrumentorum &c. Tabor. Decil. 129.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Titulum hunc hodie utilem esse nemo ambigit: hinc in omnibus restitutionibus, exceptis minoribus, huc recurritur in Judiciis & ad clausulam generalem Prætoriam provocatur, adeo ut sicuti jam superius *Tit.* 1. *h. Libr. n.* 2. *V. T. M.* diximus in multi. locis hæc restitutio sit remedium ordinarium.

§. 2. Tempore quoque hujus restitutionis Jure Romano præscripta adhuc hodie observanda esse nullus dubito. Et quamvis Dn. *Eckolt in Comment. ff. h. t* §. 7. velit quadriennium hoc moribus nostris non observari, sed ut reliquas, ita hanc quoque Actionem L. C. perpetuam fieri i. e. triginta annis, anno & die (scil. in Saxonia) durare: diversa tamen quæstio est, quanto tempore expiret actio restituta, & quanto tempore ipsa restitutio petenda. Posterius hoc tempus

pus hodienum idem eſt ac olim, ſed prius illud tempus nec Jure Romano quadriennio fuit incluſum, cum hoc ſpatium ſaltem petendæ reſtitutioni, non vero actioni reſtitutæ fuerit præſcriptum. *L. 35. in f. pr. ff. de O. & A.* Quod ſi ergo actio illa in judicium deducta, non triginta, ſed quadraginta demum annis expirabit juxta *L. fin. C. de præſcr. XXX. annor.* Quod idem Jure Saxonico verum eſſe puto, cum ibi quadragenariæ præſcriptiones non ſint ſublatæ. vid. *Carpz. P. 2. Conſt. 3. def. 4.*

§. 3. Hoc facile admitto illum qui in patria ſua Aſſeſſoris munere in Conſilio Principis fungitur, hodie pro Reipublicæ cauſa abſente non eſſe reputandum, ſicuti olim erat diſpoſitum in *L. 38. ff. h. t.* Vid. *Groenw. de LL. abrog. ad d. L. 38.* Abſentia enim in hoc titulo à denegata facultate conveniendi præcipue æſtimatur. Jam vero hodie nunquam conveniendi facultas deficit, in quocunque etiam publico officio quis ſit conſtitutus.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. (Metus ſupervacaneus non parit reſtitutionem ſed juſtus) L. 5. L. 16. L. 18. L. 19. L. 20. L. 24. L. 26 §. 4. (ob impedimentum à judice injectum datur reſtitutio) §. 8. §. 9. L. 29. L. 36. L. 38. §. 1. L. 44.

Lib.

Lib. IV. Tit. 7.

De alienatione judicii mutandi causa facta.

Jung. L. 2. Tit. 51. C. de alienat. judic. mutand. causa fact. & L. 1. Tit. 42. x. de alienat. judic. mut. caus. fact.

De alienatione judicii mutandi causa facta scrips. Adrian. Pulvæus. Joh. Georg. Sigwart.

Usus Tituli modernus.

Adhuc hodie ex Titulo hoc agi posse nullum est dubium, adeo ut electio competat actori an alienantem convenire velit actione hac in factum, an vero illum in quem res alienata, actione reali. vid. *Mev. P. 4. Dec. 104.* Quid vero juris sit, si in potentiorem nomen translatum, de eo vid. *L. 2. C. ne liceat potentior.* Confer. *Mev. P. 1. Dec. 174. & P. 3. Dec. 50.*

Lib. IV. Tit. 8.

De Receptis, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant.

Jung. L. 2. Tit. 56. C. de receptis arbitris. & L. 1. Tit. 43. x. de arbitris.

De arbitris & arbitratoribus scripser. Joh. Bapt. à S. Blasio. Petr. Jac. à Monte pessulano.

no. De arbitris & compromiſſis Joh. Bapt. Peruſſin. De arbitris Conrad Lancellottus. Jacob. Butrigar. De compromiſſis inter conjunctos faciendis Lanfrancus de Oriano. De Compromiſſis Camill. Borellus. Anton. Blancus. Nicol. Chriſtoph. Lynckerus. De arbitris Compromiſſariis Wolff. Adam Lauterbach. De officio judicis ordinarii, delegati, arbitri, arbitratoris &c. Nicol. Bellonus. De Laudo juris mercenario Hieronymus Garzonius. De Laudi vitiis Nicol. Chriſtoph. Lyncker. De arbitratu boni viri Joh. Andr. Fromman.

Vſus Tituli *modernus*.

§. 1. Materiam præſentem uſu fori admodum frequentem eſſe nemo ambigit; imo in tantum ampliata eſt moribus arbitrandi licentia, ut & in ipſum Judicem (quod tamen Jure Romano non licebat per *L.* 9. §. 2. *h. t.*) ad quem cauſa alias ſpectat compromittere poſſint partes, qualia compromiſſa hodie frequentiſſima eſſe teſtantur *Carpzov. P.* 1. *Conſt.* 1. *def.* 15. *Mev. P.* 1. *Dec.* 98. qui tamen addit, in tali caſu Judicem formam ac modum in compromiſſo præſcriptum quidem obſervare debere, ipſum tamen non ex compromiſſo, ſed vi publicæ poteſtatis judicare, & ſic à ſententia ipſius appellari poſſe, niſi appellationi fuerit re-

nun-

nunciatum. *Brunnemann. in Comment. ff. ad L. 9. h. t. n. 2. Lauterbach. de Arbitris. §. 21. n. 6.*

§. 2. Huc quoque spectat, quod circa formam Processus ad præcavendas ambages & litium protelationes sæpius compromittant coram ordinario Judice, daß sie mit 2. abgewechselten Sätzen von 14. zu 14. Tagen verfahren / und nachmals zum Urtheil submittiren wollen. Pariter & in Transmissione Actorum compromitti solet in certam facultatem juridicam, scilicet velle partes stare sententiæ ab ipsa conceptæ. An vero & quatenus in ipsam Cameram Imperial. compromitti possit. vid. apud *Blum. in Process. Camerali Tit. 38. n. 2. Klock. in Relat. Camer. Relat. 138. n. 1. seqq.*

§. 3. Pertinet huc quadantenus per Constitutiones Imperii introductum Judicium Austregarum, quod quidem cum primam instantiam statibus tribuat Imperii, pro ordinario Judicio à plerisque reputatur. Vid. *Limnæ. de J. P. L. 9. c. 5. n. 44. Blum. in Process. Camer. Tit. 27. n. 12.* Dantur tamen inter multas familias illustres Austregæ conventionales, ex mero familiarum illustrium arbitrio dependentes, Erb-Austräge / Stamm-Austräge. Vid. *Petr. Frid. Mindan. de Process. L. 1. c. 19. n. 2.* Quod si hi Austre-

gæ

gæ familiarum deficiant; licebit ipsis in quavis causa ad instar arbitrorum alios constituere, qui Germanis dicuntur Gewillkührte Austräge. Vid. Disp. *Samuel Stryk. de foro Austregar.* §. 6.

§. 4. Id quoque moribus adscribendum videtur, quod sententia arbitri ob enormissimam læsionem rescindi possit per remedium *L. 2. C. de rescind. vendit.* quamvis enim haud pauci Dd. dictum remedium de Jure Romano etiam in transactione & per consequens in arbitrio quoque locum habere velint: Textus tamen deficit, nec favor transactionis de Jure Romano hanc extensionem admittit. Hodie tamen contra Laudum arbitrorum dictum remedium obtinere haud obscure patet ex *Recess. Imper. de Anno 1594.* §. so wollen und ordnen wir. Conf. *Gail. L. 1. Observ.* 150. *n.* 9. & 10.

§. 5. Hoc extra dubium est, ex consvetudine Germaniæ compromissa ex nudo pacto vim perinde habere ac ex stipulatione, ut hinc illa distinctio cesset: an ex nudo pacto, an vero ex stipulatione lecti sint compromissarii Judices. Vid. *Mev. P. 2. Dec.* 180. *n.* 6. Id quoque in praxi certum est, ex sententia arbitrorum pariter exceptionem nasci ac ex judicato. *Mev. P. 2. Dec.* 180. *n. 9. & 10.* quod olim secus erat. vid. *L. 2. ff. h. t.*

Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 1. (Compromissa ad similitudinem judiciorum redacta) L. 3. §. 1. L. 4. L. 9. §. 4. L. 11. pr. L. 13. §. 3. L. 15. L. 17. §. 3. L. 18. L. 20. L. 21. pr. §. 5. §. 6. pen. L. 27. §. 1. §. 2. §. 3. L. 31. pr. L. 32. §. 4. §. 6. (De crimine publico compromitti nequit) §. 14. §. 15. L. 38. L. 41. (Minor annis XX judicare non cogitur, potest tamen modo major sit XVIII. annis.) L. 51.

Lib. IV. Tit. 9.

Nautæ, Caupones, Stabularii ut recepta restituant.

De Nautis, Cauponibus & Stabulariis scrips. Wolff. Adam Lauterbach. De Jure hospitii mercenarii Frideric. Tobias Mœbius. De Jure Hospitaturæ Georg. Laurentius Biesendorf. De Jure Hospitii Johann Schilter. Gothard à Bökelen. De Tesseris hospitalitatis & juribus hospitiorum Joh. Phil. Thomasinus. De Jure hospitalitatis Ahasver. Fritschius. De hospitalitate Lappus de Castellione. De Receptis Nicol. Christoph. Lyncker. De causa recepti & actione receptitia Nicol. Reusner L. 3. Cons. 9. An quilibet cauponari & hospites recipere possit, etiam si publicum diversorium non habeat Berlich.

lich Dec. 5. Mevius ad Jus Lubec. L. 3. t. 12. art. 12. n. 10. Utrum Caupo teneatur hoſpiti pro equo in ſuo ſtabulo de nocte effractis foribus ſurrepto. Grivell. Decis. Dolan. 49. De Jure aurigarum ſcrips. Schnepf. De ſarcinæ amiſſione culpa ejus qui ad locum perferre debebat quod is teneatur. Fachin. L. 1. Conſ. 88. Vultej. Vol. 2. Conſ Marpurg. Pfeil. Conſ. 52. De actione utili de Recepto, num illa contra einen Landkutſcher oder Poſtmeiſter / Poſthalter ob merces ab ejus miniſtro amiſſas inſtitui valeat? Harpprecht. Vol. nov Conſultat. Crimin & Civil. Conſ XXX. De Tabellariis qui literas vel pecuniam ad illum, cui eas reddendas acceperunt non perferunt Mev. ad Jus Lubecens. L. 4. fol. 9.

Vſus Tituli modernus.

Actionem ex hoc titulo contra nautas & caupones adhuc in praxi obtinere, nemo dubitat, quod præjudiciis confirmat *Carpz. P. 2. conſt. 26. def.* 10. *ubi in def.* 27. ſubjicit, non teneri cauponem ſi ſervo ipſius ad id non deſtinato res commiſſa. Actionem tamen in duplum ex quaſi delicto hodie ſaltem in ſimplum dari putat *Groenweg. ad h. t. Struv. h. t. th* 116. quæ praxis dubia eſt, ut ſuo loco monebimus.

L. 1. §. 1. (Hospitem recipere unicuique liberum est; quod in caupone publico saltem procedit ab initio, ut ipsi liberum fuerit vitam cauponariam non eligere, postquam vero elegit, jam invitus tenetur recipere hospites. *Mev. P.* 3. *Dec.* 63 *n.* 1.) §. 2. §. 7. §. ult. L. 3. pr. §. 1. L. 5. L. 6. §. ult. L. ult. pr.

Lib. V. Tit. 1.

De judiciis & ubi quisque agere vel conveniri debeat.

Jung. L. 3. Tit. 1. C. de judiciis. Tit. 2. C. de sportul. & sunt in judic. faciend. Tit. 3. C. de pedan. judic. Tit. 4. C. qui pro sua Jurisdict. judic. dare darive poss. Tit. 6. C. qui legitim. person. standi in judic. hab. vel non. Tit. 7. C. ut nemo invit. ager. vel accus. cogatur. Tit. 8. C. de ordine Judic. Tit. 9. C. de lit. contest. Tit. 10. C. de plus petit. Tit. 13. C. de jurisd. omn. judic. Tit. 14 C. quand. Imper. inter pup. vel vid. vel al. miser. person. Tit. 15. C. ubi de crim. ag. oport. Tit. 16. C. ubi de possess. ag. oport. Tit. 17. C. ubi fideicomm. pet. oport. Tit. 18. C. ubi conven. qui certo loco dar. promis. Tit. 19. C. ubi in rem actio exerc. Tit. 20. C. ubi de hered. agat. Tit. 21. C. ubi de ratiocin. tam publ.

publ. quam priv. Tit. 22. C. ubi cauſſ. ſtat. ag. deb. Tit. 23. C. ubi quis de curial. vel cohortal. condit. conv. Tit. 24. C. ubi ſenat. vel Clariſſ. Tit 25. C. in quib. cauſ. milit. for. præſcript. uti non poſſ. Tit. 26. ubi cauſ. fiſcal. vel divin. Tit. 27. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vindic.

Ad Tit. ff. de judiciis ſcr. Petrus Barboſa, Ludov Burgeſius Boſchus Codecha, Thomas Jones. De Judiciis Petrus de Vnzola, Marian. Socinus, Nicolaus Ciſnerus, Sigiſmundus Scaccia. Joh. Quinctinus, Anton. de Matthæis, Johann. Halbritterus, Joh. Bapt. Coſta, Borgninus Cavalcanus, Mich. Calidonius, Hermann. Vultejus. De origine & autoritate judiciorum Petrus Aerodius. De Judiciis ſecretis olim in Weſtphalia uſitatis poſtea abolitis Marquard. Freherus. De Judiciis Eccleſiaſticis Proteſtantium Henr. Hahnius. De Judiciis poſſeſſoribus Joh. Frid Rhetius, Henric. Hahnius. De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat Areopag. Mantua. De Judiciis & foro competente Nicol. Rodr. Fermoſinus. De foro competente Conſt. Coptius, Ægidius Bellamera. De foro privilegiato Caſpar Zieglerus, Enoch Glæſer, Georg. Chriſt. Stirn. De competentia fori communis & privilegiati Erneſt. Frider. Schröterus. De foro Ec-

clesiastico Joh. Franc. Leo, Johan. Segura Pavalos. De fori utriusque differentiis & concordiis Michael Ferrus. De privilegiis variandi & eligendi forum Marcellus Calæ. De foro conscientiæ Samuel Stykius. De foro conscientiæ & contentioso Hieron. Zametinus. De foro Spirensi Joh. Richard. Malcomesius. De Domicilio Wolffg. Adam Lauterbach. De eo qui est sine domicilio Christian. Thomasius. De Vagabundis Andr. Mylius. De competentia fori ratione contractus Burckard Bardili. De competentia fori ratione delicti Caspar Ziegler. De foro miserabilium personarum. De foro illustrium personarum Gabriel Schwederus. De Judiciis & processu judiciario Steph. Berchtold. De ordine judiciario Jac. Gentilis. Hubert. Giphanius, Henning. Gœden, Guilielm. Hannetonius, Rob. Maranta. Ludov. de Miranda, Arnold. de Reyger Joh. Baptist. Schwarzenthalerus. Synopf. Judiciaria Georg. Schulz. De Processu Judiciario Christoph. Brechterus, Nicol. Calvol cum addit. Ziegleri. Johann. Ferrarius, Joh. Georg. Nicolai, Joh. Harprecht, Frider. Hiltropius Joh. Monachus, Petrus Terminæus, Henr. Hahnius Georg à Rotschuz Bernh. Schotanus. De Processu Cameræ Spirensis Christoph. Schwanneman. De Praxi Civili s. Processu judi-

judiciario juxta Cameræ Ordinationem Joh. Emericus à Rosbach. De Processu Camerali Otto Melander. Pandectas Camerales Guilielm. Rodingius. Arbor Judiciariæ Ludov. Gilhausen. De Processibus mandatis & monitoriis Camera Imperial. Petrus Friderus Mindan. De modis procedendi coram Auditore Cameræ salut. Tiberius à Cornetto. Processum Cameræ in Tabb. redactum, it. Processum judiciarium, criminalem, in Tabb. redactum scr. Joh. Beliz. Processum judiciarium Cameralem Joh. Försterus. De Consilio Cæsareo Imperiali Aulico, ejusque prærogativis, ordinationibus & praxi Joh. Christoph. ab Vffenbach. De Processibus executivis Matthias Colerus. Processum stylo nostrorum temporum accommodatum Goth. Fibigius. Processum Juris in foro Saxonico Bened. Carpzovius. Ad L. diffamari. C. de ingen. manumiss. Barth. Blarerus Cæsar, Contardi, Georg Mundius, Thom. Maulius, Ludovicns Gilhausen, Henric. Hahn. Ad L. si contendat. 28. de fidejussoribus Wolff. Adam Lauterbach. De Repressaliis Bartolus, Joh. Jac. à Canibus, Martinus Garatus, Laudens. Andreas Dalnerus, Bernh. Henr. Hahnius, Lunes de Castillo, Caspar Zieglerus, Frider. Nitschius, Johann. Georg. Spœlin, Gothofr. de Peschwiz, Christoph.

 Wagen-

Wagenſeilius. Enchiridion Arreſtorum & Repreſſaliorum quæ à quovis Magiſtratu in gravioribus injuriarum & damnorum, juſtitiæ que denegationis caſibus tam contra exteros quam indigenas impetrari & concedi poſſunt Georg Lorichius. De Judice perfecto Gabriel Alvarez de Velaſco. De judice & officio judicis Matth. Stephani, Enoch Glæſer, Barthol. Leonhard. Schwendendorffer. De judice, Magiſtratu & Senatore Franciſc. Zipæus. De officio judicum, ſ. Dicaſtice Caſpar. Ziegler. Joh. Bouricius, Georg Adam Struvius, Nicol. Bellonus, Paul. Buſius, Claudius Cantiuncula. De officio judicis ordinarii Petrus Gregorius, Stephan. Aufrerius. De Judicum in ferendis ſententiis vero & neceſſario officio Petrus Matthæi. De officio judicis & uſu fori in ſuprema Friſiorum Curia Johann. Frider. Bochius. De factis judicum, Principum, Prælatorum Baronum & Subditorum Vincent. Cigaud. De omnibus judicis poteſtatibus Ritius Merlus. Templum omnium judicum, Pontificiæ, Cæſareæ, Regiæ, inferiorisque poteſtatis Conrad Lancellottus. De judicis officio ſuppletorio Otto Philipp. Zaunſchliffer. De Judicum præceptis Jacob de Arena. De Judice inculpato Michael Graſſus. De judice ſuſpecto Johann Jacob. de Laurentiis. De

judi-

judicis suspecti recusatione Joh Eric. Endter. De juramento perhorrescentiæ Wolffg. Adam Lauterbach Gerhard. Feldmann. Philipp. Ernest. Scheffer. Henning Jacobi. De Judice litem suam faciente Marcus Rhode. De præventione judiciali Petrus Francisc. Tondutus, Wilh. Henr. Gollius. De judicis negligentia Nicol. Everhardus Vol. 1. Cons. 55. De judice suspecto Klein.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nullum quidem dubium est, materiam judiciorum adhuc hodie utilem esse ac necessariam, in quibusdam punctis tamen à Jure Pandectarum recessum videtur. Sic Imperator monet in §. *ult. Inst. de Interdict.* hodie omnia judicia esse extraordinaria, quod ratione veteris modi procedendi intelligendum est. Præter enim ordinarie dabat Judicem; quoties vero ipse judicabat, extra ordinem jus dixisse censebatur. Hinc hodie cum Prætor semper ipse judicet, judicium dicitur extraordinarium. Alio tamen sensu moribus ordinarium dicitur, quoties causa ordinario sive pleno Processu ventilatur: cui opponitur summarium sive extraordinarium judicium, in quo ob causæ favorum celerius proceditur sine litium anfractibus. ex. gr. in Cambialibus, in Arresto &c. *Clem. sæpe. de V. S.* Vid. *Carpzov. in Process. Tit.* 1.

 ubi

nunciatum. *Brunnemann. in Comment. ff. ad L. 9. h. t. n. 2. Lauterbach. de Arbitris. §. 21. n. 6.*

§. 2. Huc quoque spectat, quod circa formam Processus ad præcavendas ambages & litium protelationes sæpius compromittant coram ordinario Judice. daß sie mit 2. abgewechselten Sätzen von 14. zu 14. Tagen verfahren / und nachmals zum Urtheil submittiren wollen. Pariter & in Transmissione Actorum compromitti solet in certam facultatem juridicam, scilicet velle partes stare sententiæ ab ipsa conceptæ. An vero & quatenus in ipsam Cameram Imperial. compromitti possit, vid. apud *Blum. in Process. Camerali Tit. 38. n. 2. Klock. in Relat. Camer. Relat. 138. n. 1. seqq.*

§. 3. Pertinet huc quadantenus per Constitutiones Imperii introductum Judicium Austregarum, quod quidem cum primam instantiam statibus tribuat Imperii, pro ordinario Judicio à plerisque reputatur. Vid. *Limnæ. de J. P. L. 9. c. 5. n. 44. Blum. in Process. Camer. Tit. 27. n. 12.* Dantur tamen inter multas familias illustres Austregæ conventionales, ex mero familiarum illustrium arbitrio dependentes, Erb-Austräge / Stamm-Austräge. Vid. *Petr. Frid. Mindan. de Process. L. 1. c. 19. n. 2.* Quod si hi Austregæ

gæ familiarum deficiant; licebit ipsis in quavis causa ad instar arbitrorum alios constituere, qui Germanis dicuntur Gewillkührte Austräge. Vid. Disp. *Samuel Stryk. de foro Austregar.* §. 6.

§. 4. Id quoque moribus adscribendum videtur, quod sententia arbitri ob enormissimam læsionem rescindi possit per remedium *L. 2. C. de rescind. vendit.* quamvis enim haud pauci Dd. dictum remedium de Jure Romano etiam in transactione & per consequens in arbitrio quoque locum habere velint: Textus tamen deficit, nec favor transactionis de Jure Romano hanc extensionem admittit. Hodie tamen contra Laudum arbitrorum dictum remedium obtinere haud obscure patet ex *Recess. Imper. de Anno 1594. §.* so wollen und ordnen wir. Conf. *Gail. L. 1. Observ.* 150. *n.* 9. *&* 10.

§. 5. Hoc extra dubium est, ex consvetudine Germaniæ compromissa ex nudo pacto vim perinde habere ac ex stipulatione, ut hinc illa distincto cesset: an ex nudo pacto, an vero ex stipulatione lecti sint compromissarii Judices. Vid. *Mev. P.* 2. *Dec.* 180. *n.* 6. Id quoque in praxi certum est, ex sententia arbitrorum pariter exceptionem nasci ac ex judicato. *Mev. P.* 2. *Dec.* 180. *n.* 9. *&* 10. quod olim secus erat. vid. *L.* 2. *ff. h. t.*

Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 1. (Compromissa ad similitudinem judiciorum redacta) L. 3. §. 1. L. 4. L. 9. §. 4. L. 11. pr. L. 13. §. 3. L. 15. L. 17. §. 3. L. 18. L. 20. L. 21. pr. §. 5. §. 6. pen. L. 27. §. 1. §. 2. §. 3. L. 31. pr. L. 32. §. 4. §. 6 (De crimine publico compromitti nequit) §. 14. §. 15. L. 38. L. 41. (Minor annis XX judicare non cogitur, potest tamen modo major sit XVIII. annis.) L. 51.

Lib. IV. Tit. 9.

Nautæ, Caupones, Stabularii ut recepta restituant.

De Nautis, Cauponibus & Stabularis scrips. Wolff. Adam Lauterbach. De Jure hospitii mercenarii Frideric. Tobias Mœbius. De Jure Hospitaturæ Georg. Laurentius Biesendorf. De Jure Hospitii Johann Schilter. Gothard à Bökelen. De Tesseris hospitalitatis & juribus hospitiorum Joh. Phil. Thomasinus. De Jure hospitalitatis Ahasver. Fritschius. De hospitalitate Lappus de Castellione. De Receptis Nicol. Christoph. Lyncker. De causa recepti & actione receptitia Nicol. Reusner L. 3. Cons. 9. An quilibet cauponari & hospites recipere possit, etiam si publicum diversorium non habeat Berlich.

lich Dec. 5. Mevius ad Jus Lubec. L. 3. t. 12. art. 12. n. 10. Utrum Caupo teneatur hospiti pro equo in suo stabulo de nocte effractis foribus surrepto. Grivell. Decis Dolan. 49. De Jure aurigarum scrips. Schnepf. De sarcinæ amissione culpa ejus qui ad locum perferre debebat quod is teneatur. Fachin. L. 1. Consf. 88. Vultej. Vol. 2. Conf Marpurg. Pfeil. Conf. 52. De actione utili de Recepto, num illa contra einen Landkutscher oder Postmeister / Posthalter ob merces ab ejus ministro amissas institui valeat? Harpprecht. Vol. nov Consultat. Crimin & Civil. Conf XXX. De Tabellariis qui literas vel pecuniam ad illum, cui eas reddendas acceperunt non perferunt Mev. ad Jus Lubecens. L. 4. fol. 9.

Usus Tituli modernus.

Actionem ex hoc titulo contra nautas & caupones adhuc in praxi obtinere, nemo dubitat, quod præjudiciis confirmat *Carpz. P. 2. const. 26. def. 10. ubi in def. 27.* subjicit, non teneri cauponem si servo ipsius ad id non destinato res commissa. Actionem tamen in duplum ex quasi delicto hodie saltem in simplum dari putat *Groenweg. ad h. t. Struv. h. t. th* 116. quæ praxis dubia est, ut suo loco monebimus.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. (Hospitem recipere unicuique liberum est; quod in caupone publico saltem procedit ab initio, ut ipsi liberum fuerit vitam cauponariam non eligere, postquam vero elegit, jam invitus tenetur recipere hospites. *Mev. P. 3. Dec. 63 n. 1.*) §. 2. §. 7. §. ult. L. 3. pr. §. 1. L. 5. L. 6. §. ult. L. ult. pr.

Lib. V. Tit. 1.

De judiciis & ubi quisque agere vel conveniri debeat.

Jung. L 3. Tit. 1. C. de judiciis. Tit. 2. C. de sportul. & sunt in judic. faciend. Tit. 3. C. de pedan. judic. Tit. 4. C. qui pro sua Jurisdict. judic. dare darive poss. Tit. 6. C. qui legitim. person. standi in judic. hab. vel non. Tit. 7. C. ut nemo invit. ager. vel accus. cogatur. Tit. 8. C. de ordine Judic. Tit. 9. C. de lit. contest. Tit. 10. C. de plus petit. Tit. 13. C. de jurisd. omn. judic. Tit. 14 C. quand. Imper. inter pup. vel vid. vel al. miser. person. Tit. 15. C. ubi de crim. ag. oport. Tit. 16. C. ubi de possess. ag. oport. Tit. 17. C. ubi fideicomm. pet. oport. Tit. 18. C. ubi conven. qui certo loco dar. promis. Tit. 19. C. ubi in rem actio exerc. Tit. 20. C. ubi de hered. agat. Tit. 21. C. ubi de ratiocin. tam publ.

publ. quam priv. Tit. 22. C. ubi cauſſ. ſtat. ag. deb. Tit. 23. C. ubi quis de curial. vel cohortal. condit. conv. Tit. 24. C. ubi ſenat. vel Clariſſ. Tit 25. C. in quib. cauſ. milit. for. præſcript. uti non poſſ. Tit. 26. ubi cauſ. fiſcal. vel divin. Tit. 27. C. quand. lic. unic. ſine jud. ſe vindic.

Ad Tit. ff. de judiciis ſcr. Petrus Barboſa, Ludov. Burgeſius Boſchus Codecha, Thomas Jones. De Judiciis Petrus de Vnzola, Mariin. Socinus, Nicolaus Cisnerus, Sigismundus Scaccia. Joh. Quinctinus, Anton. de Matthæis, Johann. Halbritterus, Joh. Bapt. Coſta, Borgninus Cavalcanus, Mich. Calidonius, Hermann. Vultejus. De origine & autoritate judiciorum Petrus Aerodius. De Judiciis ſecretis olim in Weſtphalia uſitatis poſtea abolitis Marquard. Freherus. De Judiciis Eccleſiaſticis Proteſtantium Henr. Hahnius. De Judiciis poſſeſſoribus Joh. Frid Rhetius, Henric. Hahnius. De Judiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat Areopag. Mantua. De Judiciis & foro competente Nicol. Rodr. Fermoſinus. De foro competente Conſt. Coptius, Ægidius Bellamera. De foro privilegiato Caſpar Zieglerus, Enoch Glæſer, Georg. Chriſt. Stirn. De competentia fori communis & privilegiati Erneſt. Frider. Schröterus. De foro Eccleſia-

clesiastico Joh. Franc. Leo, Johan. Segura Pavalos. De fori utriusque differentiis & concordiis Michael Ferrus. De privilegiis variandi & eligendi forum Marcellus Calæ. De foro conscientiæ Samuel Stykius. De foro conscientiæ & contentioso Hieron. Zametinus. De foro Spirensi Joh. Richard. Malcomesius. De Domicilio Wolffg. Adam Lauterbach. De eo qui est sine domicilio Christian. Thomasius. De Vagabundis Andr. Mylius. De competentia fori ratione contractus Burckard Bardili. De competentia fori ratione delicti Caspar Ziegler. De foro miserabilium personarum. De foro illustrium personarum Gabriel Schwederus. De Judiciis & processu judiciario Steph. Berchtold. De ordine judiciario Jac. Gentilis. Hubert. Giphanius, Henning. Gœden, Guilielm. Hannetonius, Rob. Maranta, Ludov. de Miranda, Arnold. de Reyger Joh. Baptist. Schwarzenthalerus. Synopf. Judiciaria Georg. Schulz. De Processu Judiciario Christoph. Brechterus, Nicol. Calvol cum addit. Ziegleri, Johann. Ferrarius, Joh. Georg. Nicolai, Joh. Harprecht, Frider. Hiltropius Joh. Monachus, Petrus Terminæus, Henr. Hahnius Georg à Rotschuz Bernh. Schotanus. De Processu Cameræ Spirensis Christoph. Schwanneman. De Praxi Civili s. Processu judi-

judiciario juxta Cameræ Ordinationem Joh. Emericus à Rosbach. De Processu Camerali Otto Melander. Pandectas Camerales Guilielm. Rodingius. Arbor Judiciariæ Ludov. Gilhausen. De Processibus mandatis & monitoriis Camera Imperial. Petrus Friderus Mindan. De modis procedendi coram Auditore Cameræ salut. Tiberius à Cornetto. Processum Cameræ in Tabb. redactum, it. Processum judiciarium, criminalem, in Tabb. redactum scr. Joh. Beliz. Processum judiciarium Cameralem Joh. Förfterus. De Consilio Cæsareo Imperiali Aulico, ejusque prærogativis, ordinationibus & praxi Joh. Christoph. ab Uffenbach. De Processibus executivis Matthias Colerus. Processum stylo nostrorum temporum accommodatum Goth. Fibigius. Processum Juris in foro Saxonico Bened. Carpzovius. Ad L. diffamari. C. de ingen. manumiss. Barth. Blarerus, Cæsar, Contardi, Georg Mundius, Thom. Maulius, Ludovicns Gilhausen, Henric. Hahn. Ad L. si contendat. 28. de fidejussoribus Wolff. Adam Lauterbach. De Repressaliis Bartolus, Joh. Jac. à Canibus, Martinus Garatus, Laudens. Andreas Dalnerus, Bernh. Henr. Hahnius, Lunes de Castillo, Caspar Zieglerus, Frider. Nitschius, Johann. Georg. Spœlin, Gothofr. de Peschwiz, Christoph.

Wagenseilius. Enchiridion Arrestorum & Repressaliorum quæ à quovis Magistratu in gravioribus injuriarum & damnorum, justitiæ que denegationis casibus tam contra exteros quam indigenas impetrari & concedi possunt Georg Lorichius. De Judice perfecto Gabriel Alvarez de Velasco. De judice & officio judicis Matth. Stephani, Enoch Glæser, Barthol. Leonhard. Schwendendorffer. De judice, Magistratu & Senatore Francisc. Zipæus. De officio judicum. s. Dicastice Caspar. Ziegler. Joh. Bouricius, Georg Adam Struvius, Nicol. Bellonus, Paul. Busius, Claudius Cantiuncula. De officio judicis ordinarii Petrus Gregorius, Stephan. Aufrerius. De Judicum in ferendis sententiis vero & necessario officio Petrus Matthæi. De officio judicis & usu fori in suprema Frisiorum Curia Johann. Frider. Bochius. De factis judicum, Principum, Prælatorum Baronum & Subditorum Vincent. Cigaud. De omnibus judicis potestatibus Ritius Merlus. Templum omnium judicum, Pontificiæ, Cæsareæ, Regiæ, inferiorisque potestatis Conrad Lancellottus De judicis officio suppletorio Otto Philipp. Zaunschliffer. De Judicum præceptis Jacob de Arena De Judice inculpato Michael Grassus. De judice suspecto Johann Jacob. de Laurentiis. De judi-

judicis suspecti recusatione Joh Eric. Endter. De juramento perhorrescentiæ Wolffg. Adam Lauterbach Gerhard. Feldmann. Philipp. Ernest. Scheffer. Henning Jacobi. De judice litem suam faciente Marcus Rhode. De præventione judiciali Petrus Francisc. Tondutus, Wilh. Henr. Gollius. De judicis negligentia Nicol. Everhardus Vol. 1. Cons. 55. De judice suspecto Klein.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nullum quidem dubium est, materiam judiciorum adhuc hodie utilem esse ac necessariam, in quibusdam punctis tamen à Jure Pandectarum recessum videtur. Sic Imperator monet in *§. ult. Inst. de Interdict.* hodie omnia judicia esse extraordinaria, quod ratione veteris modi procedendi intelligendum est. Prætor enim ordinarie dabat Judicem; quoties vero ipse judicabat, extra ordinem jus dixisse censebatur. Hinc hodie cum Prætor semper ipse judicet, judicium dicitur extraordinarium. Alio tamen sensu moribus ordinarium dicitur, quoties causa ordinario sive pleno Processu ventilatur: cui opponitur summarium sive extraordinarium judicium, in quo ob causæ favorum celerius proceditur sine litium anfractibus. ex. gr. in Cambialibus, in Arresto &c. *Clem. sæpe. de V. S.* Vid. *Carpzov. in Process. Tit.* 1.

 ubi

ubi num. 46. subjicit quænam hodie causæ sint summariæ. Add. *Brunnemann. in Proc. Civil. cap.* 1. *n.* 16. non tamen ex processu summario debet fieri tumultuarius. *Mev. P.* 5. *Dec.* 106.

§. 2. Circa personam judicis dubitatur an Jure Romano ordinarius Judex ut suspectus recusari queat, ob *Novell. 86. cap. 2.* Jure tamen Canonico certum est & hunc recusari posse *c. 61. x. de Appell. & cap. 4. x. de foro competent.* Quod idem hodierna Praxi comprobatum est. *Gail. L.* 1. *Observ.* 33. Nec remedium illud *Nov. 86.* ut Judici suspecto Episcopus adjungatur, usu amplius servari, tradit *Gilmann. Symphorem. Cameral. Tom.* 5. *p.* 295. *n.* 3.

§. 3. Cum porro in hoc Titulo de competentia fori agatur, observandum iisdem modis quibus Jure Romano, adhuc hodie forum quem sortiri: saltem quoad forum originis quædam immutatio facta est, hoc enim forum Jure Romano est immutabile *per L.* 4 *C. de municip.* sed moribus nostris quam primum quis alibi domicilium constituit, forum originis extinguitur. *Gail. L.* 1. *Observ.* 36. *n.* 11. *Carpzov. in Proc. Tit.* 3. *art.* 1 *n.* 61. quod limitatur in vagabundo, qui ubivis conveniri potest. *Carpzov. c. l. num.* 63. ut & in filio si sibi certum domicilium

lium alibi nondum constituerit, tunc enim convenitur in loco originis sive paterni domicilii *Struv. h. t. thes.* 19 & si filius allegaret se alibi domicilium habere, illud probare deberet. *Mev P.* 5. *Dec.* 164. *n.* 5.

§. 4. Id multo minus hodie obtinet, quod Romae, tanquam in communi patria quis possit conveniri, sicut quidem olim poterat per *L.* 28. §. 4 *ff. ex quib. caus. major.* & *L.* 3. *ff. ad Municip.* Quamvis enim aliqui putent has LL. extendendas esse ad Residentias Principum, ut ibi subditus semper posset conveniri: hoc tamen minime procedit ob beneficium primae instantiae, quippe quod impedit, ne mox quis possit ad Judicium superius trahi. *Struv. h. t. th.* 15. quamvis per viam appellationis, nullitatis & ob denegatam justitiam regulariter cui libet etiam mediate subjecto ad suprema tribunalia aditus pateat. *Lauterbach. de Domicil. Thes. VII. n.* 24.

§. 5. De Jure Romano volunt in loco contractus indistincte aliquem conveniri posse, etiamsi ibi non deprehendatur, quae sententia quidem dubia est: sed Jure Canonico certum est, non aliter hoc forum locum invenire, quam si ibi deprehendatur, per *Cap. Romana.* 1. §. *contrahentes, x. de foro compet.* Quod pariter moderna praxi com-

probatum est. *Zanger de Exception. P. 2. c. 1. n. 123. Carpzov. d Tit. 3. art. 2. n. 17.*

§. 6. Quoad forum delinquentium observandum; quamvis Jure Romano remissiones delinquentium ad delicti locum fuerint necessitatis, adeo ut Judici non remittenti pœna 3. Librarum auri immineret *Novell. 134 cap. 5. Conf. Nov. 69. c. 1.* moribus tamen remissiones delinquentium sunt voluntariæ, nisi 1.) Judices sint sub eodem Principe, 2.) nisi conventio mutua adsit. 3.) Nisi remissio petatur ad confrontationem præstita cautione de libero reditu. vid. *Carpz. in Process. Crimin. Qu. 110 num. 55. Brunnem. in Process. inquis. cap. 3. num. 7.* 4) Nisi processus in loco delicti jam cœptus & fere ad finem perductus, & petatur rei, qui fuga se liberaverat remissio *Carpz. d. l. n. 63.*

§. 7. Dubitatum inde an delinquens, si non deprehensus in loco delicti, possit hodie ad locum delicti citari? Olim quidem illud fieri potuisse per citationem edictalem, extra dubium est. vid. *L. 1. §. 1. ff. de requir. reis.* Sed nec hodie id mutatum esse, experientia testatur, ubi citatio in trium dominorum distinctis territoriis affigi solere notum est. Et quamvis hodie non necessario remittendus delinquens, proderit tamen ad hoc, ut ob contumaciam ex bonis ipsius

pœna

pœna capi poſſit, vel etiam (præſertim in foro Saxonico) ad bannum procedi poteſt. *Carpzov. d. qu.* 110.

§. 8. Quoad forum militum Jure Romano certum eſt, illos in delictis communibus poſſe à quovis Judice, ſub quo deliquerunt, puniri. L. f. ff. de accuſat. Moribus vero in omnibus delictis eos à ſuis ducibus puniri & ad hos remitti certum eſt. vid *Brunnemann. ad L. 6 C. ac Juriſd. omn. Judic.*

§. 9. Porro quia miſerabilibus perſonis ſingulariter indultum, ut neglecto Judice inferiore mox Imperatorem prima inſtantia adire poſſint per *L. un. C. quando Imper. inter pupill. &c.* Dubitatur an idem forum privilegiatum adhuc hodie obtineat? Et puto ob ſuperioritatem territorialem quo Principes Imperii gaudent, non licere quidem miſerabilibus perſonis ipſum Imperatorem neglecto ſuo Principe, adire: licebit tam ipſis Principem, qui in ſuo territorio quaſi Imperator eſt, neglecto Judice inferiore, adire. Et ita pro Studioſo fuit pronunciatum in Camera Electorali Anno 1650. d. 22. Martii, quod ad primam inſtantiam non debeat remitti, ſed mox reum in prima inſtantia convenire in Judicio ſuperiore poſſit.

§. 10. Quod inter dominum & ſervum olim niſi ex certis cauſis Judicium eſſe non potu-

potuerit per *L. 53. pr. h. t.* id hodie cum servi sint liberi homines, cessat. vid. quæ supra dicta ad Tit. ff. de statu homin. Quod vero *Groenweg. ad L. 4. h. t.* monet, hodie etiam inter patrem & filium in potestate constitutum litem esse posse, non aliter admitto quam si de bonis maternis quæstio sit; his enim bonis speciales dantur curatores, ut hinc non filius familias ipse, sed curator contra patrem agat.

§. 11. Hoc denique moribus quoque adscribendum, quod arrestum ita forum tribuat, ut arrestatus in loco arresti impositi, pariter obstrictus sit judicium accipere ac si conveniretur in foro rei sitæ. *Carpzov. Lib. 2. Respons. 31. Mev. P. 1. Dec. 238.* Modo arrestum fuerit legitimum, nam arresti illegitime impositi nullus est effectus, hinc nec forum tribuit, nec litis pendentiam inducit. *Mev. P. 5. Dec. 222. n. 4.*

Leges notabiles h. t.

L. 2. pr. §. 3. §. 4. L. 3. L. 4. L. 6. L. 7. L. 12. L. 13. L. 19. pr. §. 1. §. 2. §. 4. L. 21. L. 22. L. 23. L. 25. L. 30. L. 33. L. 40. L. 41. L. 49. L. 50. pr. L. 54. L. 57. L. 58. L. 60. L. 65. L. 66. L. 68. L. 69. L. 72. L. 76. L. 77. L. 79.

Lib.

Lib. V. Tit. 2.

De inofficioso testamento.

Jung. L. 3. Tit. 28. C. de inoffic. testam. Nov. 18. Nov. 115. & Nov. 22. cap. 47.

De inofficioso testamento scrips. Caspar Caballinus, Joh. Ant. Rubeus. Ad tit. de inofficioso testamento Joh. Fernandez de Retes, Franciscus de Caldas Pereira. Ad Authentic. Novissima. C. de inoffic. testam. Marcus Ant. Cuchus. Ad L. pater filium. de inoffic. testament. Joh. Gutierez. De querela inofficiosi testamenti Bitterus. De condictione ex Lege liberis ad supplementum legitimæ competente Schweder. De Legitima Claudius Chifletius, Claudius de Battandier, Mercurial. Merlinus, Anton Rubeus, Marc. Ant. Cuchus, Henric. Hahnius, Caspar Manzius, Fridericus Deckerus Marcus Mantua, Joh. Born. David Johann. Luedecker. De legitima parentum Schacherus. De Jure Legitimæ Rhodius. De Legitima mariti Berger.

Usus Tituli modernus.

§. 1. An Querela inofficiosi hodie adhuc necessaria, exinde dubitant Doctores, quia injuste exheredatis promtius remedium concessum est per *Nov. 115. cap. 3.* ubi testa-

mentum

mentum tale nullum dicere, & intra triginta annos idem impugnare possunt, cum tamen alias querela inofficiosi quinquennio exspiret, per *L. 8. f. h. t. Conf. Habn. h. t. n. 7.*

§. 2. Duo tamen sunt casus, quibus hodie adhuc hæc querela necessaria est. 1.) Si pater quidem causam ab Imp. Justiniano expressam adjecerit exheredationi, sed heres scriptus eam probare nequeat: sic enim quantum ad testamentum testatorem est perfectum, quia fecit omnia quæ ab Imperatore in *Novell.* 115. requiruntur, defectus saltem adest ex persona heredis, qui causam adjectam probare nequit, ideoque per querelam tale testamentum rescindendum est, vid. *Struv. h. t. th.* 15. Hoc casu tamen legata salva manent ex speciali dispositione. *d. Nov.* 115.

§. 3. 2.) Querela inofficiosi adhuc hodie necessaria est, si frater præterito fratre turpem personam instituerit heredem per *L.* 27. *C. d. t.* Nihil enim quoad institutionem fratrum mutatum est per *Nov.* 115. ut hinc ex jure veteri adhuc decisio petenda, cum jus novum correctorium non extendatur ad casum non expressum. Unde & tali casu per querelam rescisso testamento legata quoque concurrunt, juxta *L. 8. §. 16. h. t.*

§. 4.

§. 4. In eo conveniunt Dd colore isto, quasi pater non sanæ mentis fuisset, cum conderet testamentum, juxta *L. 2. ff. h. t.* hodie non opus esse, postquam enim testandi licentia per *Novell.* 115. coarctata est, si contra eam peccatum sit, simpliciter causa proponitur & testamenti rescissio petitur. *Frank. h. t. n. 12. Struv. h. t. th. 3.*

§. 5. Patri querela inofficiosi testamenti non datur ex persona filii, etiamsi à filiis præparata per *L. 8. pr. h. t.* sed cum pater hodie filio ut heres succedat, per *Novell.* 118. cap. 2. pariter ut alius heres querelam à defuncto præparatam continuare potest. *Brunnemann. ad d. L. 8.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 4 L. 6. pr. L. 8. pr. §. 4. §. 5. §. 7. §. 10. §. 14. §. 16. §. f. L. 10. §. 1. L. 15. pr. L. 17. L. 27. §. 3. L. 28. L. 29. L. 31. §. 1. §. 3. §. f. L. fin.

Lib. V. Tit. 3.

De petitione hereditatis.

Jung. L. 3. Tit. 31. C. de petit. hereditat.

De hereditat. petitione scrips. Gabriel Mudæus, Achilles Personalis, Thom. Büehren. De petitione hereditatis fideicommissaria Klock, Vol. IV. Cons. 11. seqq.

Usus

Vsus Tituli *modernus.*

§. 1. Circa præsentem Titulum fere nihil occurrit, quod moribus mutatum, pariter enim hodie ac olim hereditatis petitio instituitur, & ad idem obligatur hereditatis possessor, unde & hodie inventarium à possessore edendum, quamvis hæc editio non prius injungi soleat quam de jure petitoris quadantenus constiterit. *Mev. P. 2. Dec.* 245. Pariter & hodie fructus etiam non petiti à Judice adjudicantur. *Carpzov. P.* 1. *const.* 25. *def.* 8.

§. 2. Circa præscriptionem vero hujus actionis hoc in Saxonia singulare est, quod triginta annis, anno & die præscribatur, *Carpzov. P.* 2. *c.* 3. *def.* 10. *n.* 7. Extra Saxoniam vero pariter ut Jure Romano 30. anni obtinent: ubi hoc simul quoad mores modernos observandum quod liberi à paterna vel avia hereditate non nisi 90. annis excludantur: quæ praxis originem sumsit ex *L.* 1. §. 11. *ff. de success. edict.* ubi liberi triplici jure hereditatem paternam petere possunt 1.) ex edicto unde liberi, 2.) unde legitimi, 3.) unde cognati. Unde triplicata illa præscriptio etiam in civili hereditatis petitione, de qua tamen allegatus textus non loquitur, moribus inducta. *Carpz. P.* 3. *const.* 14. *def.* 30.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 4. L. 5. L. 8. L. 9. L. 13. §. 4. §. 14. §. f. Lib. §. 1. L. 19. L. 20. pr. §. 6. §. 11. §. 14. §. f L. 25. pr. §. 7. §. 11. §. fin. L. 36. §. pen. L. 38. L. 39. L. 40. L. 41. L. 43. L. 45. L. 52. L. 56.

Lib. V. Tit. 4.

Si pars hereditatis petatur.

Usus Tituli modernus.

Hujus Tituli eadem quæ præcedentis ratio est, cum quod juris in toto, idem etiam in parte obtineat per *L. 76. ff. de R. V.* Illud vero quod in *L. 3. inf. h. t.* habetur quod filio, si mater gravida sit, quarta pars hereditatis saltem assignanda, cum possint tergemini nasci hodie ob raritatem casus haud obtinere vult *Groenweg. ad d. L. 3.* sed cum eadem raritas etiam olim obtinuerit, & hodie tales casus eveniant (sicuti Stralsundi Anno 1672. à primo die Januarii usque ad festum Paschatis trina vice tres infantes vivi uno partu editi) insuper hoc breve tempus, quo uterum mater gerit, facile expectari possit à filio successuro, tutius in lege manemus, & pro ejus observantia præsumimus.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. §. 1. §. 3. L. 3. §. f.

Lib. V. Tit. 5.

De possessoria hereditatis petitione.

Usus Tituli modernus.

Titulum hunc inutilem esse, cum ex Jure Civili hodie succedatur, putat *Groenweg. ad h. t.* sed cum hodie adhuc dentur casus ubi prætoria successio per petitam bonorum possessionem non saltem utilis, sed & necessaria est, uti dixit *Strykius in Tract. de success. ab intestat. cap. 1. §. 21. seqq.* sequitur exinde tali casu etiam hunc Titulum usu fori obtinere nec abrogatum esse.

Lib. V. Tit. 6.

De fideicommissaria hereditatis petitione.

Usus Tituli modernus.

Titulus hic coincidit cum Titulo 3. hujus Libri, sicuti heredi directo datur petitio hereditatis, ita etiam fideicommissario, postquam ab herede fiduciario ipsis verbis restitutio facta, quod ipsum in praxi pariter obtinere nullus dubitat.

Lib. VI. Tit. 1.

De Rei Vindicatione.

Jung. L. 3. Tit. 32. C. de rei vindicat.

De rei vindicatione scrips. Martin. Garatus, Georg. Obrecht, Hieronym. Stenzel, Samuel Cling, Wilhelm. Schmuck. Dominicus Arumæus, Amadæus Eckolt. Ad L. Quoties. 15. C. de R. V. Hieronym. Marilianus, Romanus Tellerus. Ad L. f. ff. de R. V. Johann Ordelaphus. De difficili dominii probatione Harpprecht.. Respons. 86. per tot.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Materiam rei vindicationis in utilem & necessariam esse constat, hinc & illa requisita quæ Jus Romanum exigit, hodie pariter ad instituendam rei vindicationem necessaria sunt, nam & hodie res ipsa est affecta, & possessor ad eam restituendam præcise est obligatus, nec liberatur etiamsi justum offerat pretium. *Mev. P. 1. Dec.* 271. Quædam tamen specialia an & illa moribus modernis sint immutata videbimus spectat huc casus ex *L.36. h. t.* ubi Reus interrogari potest, an possideat, quod moribus mutatum vult esse *Grœnw.ad d.L.* propterea quod hodie ejusmodi interrogationes sint sublatæ.

 Sed

Sed male; cum hodie nihil sit frequentius quam per positiones ex confessione alterius veritatem elicere, positiones vero sunt interrogationes, vid. *Brunnem. ad d.* L. *36.*

§. 2. Pariter nec id admitto quod vult *Groenvv.d.l.* hodie si quis neget se possidere, qui tamen possidet, possessione non esse privandum juxta *L. ult. ff. h. t.* nam hæc remedia contra mendaces prodita non dicenda sunt immutata. *Brunnem. ad d. L. ult. inf.*

§. 3. Circa fructuum restitutionem in materia rei vindicationis in eo diversum Praxis habet, quod b. f. possessor ex fructibus consumtis in quantum locupletior factus ad restitutionem obligetur, *Carpzov. P.* 3. *Const.* 32. *def.* 28. quod aliter se habet in puncto juris, ubi repetitio conceditur quidem in judicio universali, sc. petitione hereditatis per *L.* 1. *C. de heret. pet.* denegatur vero in judicio singulari, sive rei vindicatione. Vid. *Struv. h. t. th.* 23.

§. 4. Quoad impensas in rem alienam factas, jure Civili certum est nullam dari actionem ad illas petendas, per *L.* 33. *ff. de condict. indeb.* Moribus tamen nostris ex æquitate dari actionem volunt, ubi ad condictionem illam ex æquitate naturali resultantem confugiunt quæ fundamentum habet in *L.*

sic

sic & me & Titium. 82. *ff. de R. C. add. Struv. h. t. th.* 36.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. §. fin. L. 6. L. 9. L. 10. L. 12. L. 15. §. 1. §. fin. L. 23. L. 24. L. 25. L. 27 §. 1. L. 31. L. 33. L. 36. pr. L. 38. L. 41. L. 44. L. 52. L. 61. L. 66. L. 76. & L. fin.

Lib. VI. Tit. 2.

De Publiciana in rem actione.

De Publiciana in rem actione scrips. Petrus Stella, Georg. David Loccamerus, Johannes Strauchius. An ex iis causis, ex quibus dominium citra traditionem potestate Juris transfertur, etiam ante traditionem publiciana experiri liceat Vinnius, L. 1. select. Quæstion. 27.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Hic Titulus pariter ac præcedens est in viridi observantia, imo usu fori fere nihil frequentius quam quod rei vindicationi soleat publiciana actio adjungi, quod quidem in libellis ita hodie exprimere solent: Peto hanc rem jure dominii vel quasi *Gail. L. 1. Observ. 62. n. 4. Struv. th. 44. h. t.* Sed non puto solam particulam (Quasi) hic sufficere, cum & illa de dominio utili possit intelligi. Ergo necessum est, ut præcedentia libelli ita

sint comparata; ut actione publicianæ simul possit applicari.

§. 2. Cum hodie m. f. superveniens ex dispositione Canonici Juris in *C. ult. x. de Præscription.* usucapionem impediat, dubitatur, an etiam hodie obstet publicianæ actioni? Quod recte negatur. Publiciana enim actio non datur contra verum dominum, nec hujus jus intervertit, ut quidem usucapio, sed datur contra injustum possessorem cui minus favendum est, quam actori justum titulum habenti. *Hilliger in Donell. L.* 20. *c.* 8. *lit. R. Schneidew. ad §.* 4. *Inst. de action. n.* 55.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 7. §. 2. §. 8. §. 16. §. f. L. 9. §. 4. L. 11. §. 1. L. 13. & L. 16.

Lib. VI. Tit. 3.

Si ager vectigalis, id est emphyteuticarius petatur.

Jung. L. 4. Tit. 66. C. de jure emphyteutico. Nov. 7. & Nov. 120. L. 3. tit. 18. x. de Locat. & Conduct.

De Jure emphyteutico scrips. Andreas Knopperus, Ferrarius Montanus, Guido de Suzaria, Franciscus Caldas, Michael Nizolius,

lius, Martinus de Fano, Antonius Sola, Bartholomæus Cæpolla, Johann. Harpprecht, Johann. Noller, Thom. Maulius, Joh. Michael Beuther, Matth. Wesenbecius, Julius Clarus, Franc. Fulgineus, Elbert. Leoninus, Johann Colerus, Alvarus Valascus, Ortolph. Fomann. Georg. Werner, Joh. Otto Tabor, Caspar Bitsch. De Jure emphytevtico vitalitio & precario, Christoph. Blumbacher. Thesaurus Juris Emphytevtici Rutger Rulandus. Lucerna Laudemiorum, omnia emphytevseos jura complectens. Franc. de Salsona. De commisso emphytevseos Johann. Gravius. De emphytevtis & causis ex quibus emphytevta privetur jure suo Aurelius Corbulus. De emphytevseos nominatione, extinctione, renovatione Calderinus Pereira. De emphytevseos alienatione Petr. Frider. Endter. De Laudemiis Bertrand d' Argentré. Amadæus à Ponte, Anton. Faber, Maurus Burgius, Camill. Borellus, Carol. Anton. Blancardus, Georg. Franzkius, Hermann. Storre, Petrus Pancratius Krauff.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Titulus hic quoad agros vectigales sicuti olim tributarii fundi in provinciis dicebantur, quorum possessores plenum dominium non habebant, hodie nullum ha-

bet usum præsertim cum jam ab ipso Justiniano illa distinctio prædiorum & dominiorum fuerit sublata per *L. un. C. de usucap. transform* Quoad agros tamen emphytevticarios in eorum locum surrogatos, omnino obtinet, ut sic, quæ de emphytevsi in *Tit. C. de Jure Emphytev.* disposita, hodie pariter usu fori locum inveniant. vid. *Carpz. P. 2. c. 38. per tot.*

§. 2. De emphytevsi disputant an scripturam præcise requirat? sed in praxi sententia est recepta: ad Emphytevsin Ecclesiasticam necessario requiri scripturam, adeo, ut si hæc non confecta, Emphytevsis minime subsistat. *Mev. P. 3. Dec. 289.*

§. 3. Laudemium ab emphytevta Jure civili quidem etiam solvendum est, quoties in novum possessorem emphytevsis translata, sed erat saltem quinquagesima pars pretii, sive ut hodie loqui amant, 2. pro Cento. per *L. ult. C. de jur. Emphytev.* hodie vero in multis locis 5. pro 100. solvuntur, sicuti de Saxonia testatur *Carpzov.* L. *1. Respons.* 90. *n.* 2. Aliorum locorum consvetudines recenset. *Franzk. Tr. de Laudem. c.* 23. *n.* 13. Licet plerique Jus Saxonicum sequantur: in Principatu tamen Anhaltino adhuc hodie Jus Civile servari testatur *Knichen de Investit. pact. P. 2. c. 4. n. 189.* In tota tamen hac materia

lau-

laudemiorum ad consvetudines locorum respiciendum. *Carpzov. P. 2. c. 39. def. 29.*

§. 4. Ad mores quoque spectant pensiones illæ promobiles, quas vocant die Rutscher Zinße / quæ ita promittuntur, ut si statuto die canonem non solverit emphytevta, sequenti die solvat duplicatum, tertio triplicatum, quarto quadruplicatum &c. quas pensiones olim in Saxonia frequentissimas fuisse testatur *Carpzov. P. 2. const. 28. def. 25.* In Westphalia quoque eas obtinere dicit *Gosvvin. ab Eschbach. Not. ad Carpzov. 6. def. 25.* Confer. *Mevius ad Jus Lubecens. T. 8. L. 3. art. 3. n. 2.*

§. 5. Pariter quoque moribus præcipue introducta sunt bona censitica, quando quis in venditione rei suæ sibi certum censum quotannis ab emtore solvendum reservat, unde & census reservativus dicitur, Germanice: Zinß-Güter. vid. *Examen Jur. Feudal. Strykii. c. 2 Quæst. 23. seqq.* quæ in eo differunt ab emphytevticis, quod plenum dominium hic in alterum transferatur, unde censu non soluto res non amittitur, sed actione personali ex contractu isto resultante agendum ad solutionem census una cum interesse propter moram. *Carpzov. P. 2. const. 39. def. 2. add. Berlich. P. 2. Conclus. 47.*

Lib. VII. Tit. I.

De Vsufructu & quemadmodum quis utatur fruatur.

Jung. L. 3. Tit. 33. C. de Vsufruct.

De usufructu scrips. Francisc. Hotomannus, Gabriel de Bellis, Marc. Aurel. Galvanus, Elbertus Leoninus, Helfr. Ulric. Hunnius, Petrus Ricciardus, Joh. del Castillo, Henricus Hahnius, Johann. Rebhanius, Henricus à Sverin, Caspar Bitschius, Johann Strauchius, Michael Wirth. Casus Practici circa Vsumfructum Henric. Balthasar Roth. De servitutibus personalibus & usufructu Caspar Manzius. De usufructu, usu & habitatione Matthias Ludenius. De usufructu mulieri relicto Borgninus Cabalcanus. De usufructu quem Parentes consequuntur in bonis liberorum adventitiis Valentinus Forsterus. De usufructu paterno Wolffg. Adam Lauterbach. Ad L. si alii usus. ff. de Usufructu Domin. de Portu s. del Puerto. De Usufructu Manicipibus legato Franc. Ramos del Manzano. De usufructu statutario materno Ferdinand. Harpprecht.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Materia ususfructus & quæ in jure de ea disposita pariter usu fori comprobata, & hinc

hinc in casu obveniente secundum Jura Civilia pronunciandum. Et hoc non saltem obtinet in usufructu conventionali, sed etiam legali quem lex alicui in bonis alterius concedit. Unde Pater adhuc hodie in bonis liberorum adventitiis habet usum fructum circa quem tamen singularia quædam occurrunt.

§. 2. Jure communi pater usumfructum bonorum adventitiorum ad dies vitæ retinet per *L.* 1. *&* 2. *C. de bon. matern.* sed moribus Saxonicis usumfructum ulterius non retinet, si liberi separatam oeconomiam instituerunt: postea enim quia patria potestas censetur soluta, bona sua pleno jure possident. *Carpzov. P.* 2. *const.* 11. *def.* 5. *& def.* 7. *n.* 5. quod & in Marchia obtinere testatur. *Brunnemann. ad L.* 4. *in f.* C. *de bon. quæ liber.* Antea ergo pater retinet usumfructum quamvis filii non vivant de pane patris, Carpzov. d. const. 11. def. 7. aut filiæ patri præstent operas ancillares, *Carpzov. def.* 8. ubi quidem subjungit tali casu filiabus mercedem deberi, sed id magis ex æquitate quam stricto jure, cum filia operas debeat parentibus.

§. 3. Hoc certum dimidiam partem usus-fructus olim Patri in bonis filii emancipati relictam, *§.* 2. *Instit. per quas pers.* hodie ei-

dem

dem amplius non deberi, sed filius post institutam separatam oeconomiam plenissimum usumfructum recipit. *Kobl. de success. conjug. P.2.n.75.*

§. 4. An moribus hodiernis matri quoque ususfructus competat, dubitatur & volunt aliqui matrem, quae liberos alit usumfructum ex liberorum bonis de Jure Saxonico communi petere posse. *Richter Dec.* 18. *n.* 11. *seqq.* quod & in matre liberorum bona tanquam tutrix administrante asserit. *Wesenbec. in Paratitl. ff. Tit. de Tutor. n.* 5. sed negat hoc *Carpzov. P.* 2. *const.* 10. *def.* 3. quia nulla matris potestas in liberos, & sic nec jus percipiendi usumfructum. Quae sententia expresse confirmata in Electoratu Saxoniae per *Decis. 62. ibique Philippi Obs.* 1. Quod & in Marchia obtinere puto.

§. 5. Hoc pariter moribus obtinet, quod Patri possit inhiberi ususfructus ab illo, qui filio quid legavit, sicuti dispositum est *Novell.* 117. *cap.* 1. *vid. Carpzov. d. const.* 10. *def.* 10. Non tamen deneganda est patri talium bonorum administratio, nisi à testatore alius curator illis bonis datus sit. *Carpzov. d. constit.* 10 *def.* 11.

§. 6. Observandum denique, scrupulosam illam decisionem *L.* 15. *§. f. h. t.* quod proprietarius ne quidem consentiente usufructu-

fructuario possit servitutem imponere fundo, hodie non observari, sed potius contrarium, cum actus omnis consentientibus illis quorum interest, sit validus, conf. *Grœnvveg. ad d. L. 15. n. 3.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 7. §. 2. L. 8. L. 9. §. 2. §. 5. L. 10. L. 12. pr. §. 1. §. 2. L. 13. pr. §. 5. §. 6. L. 15. tot. L. 18. L. 19 L. 26. L. 27. §. 3. L. 29. L. 44. L. 56. L. 58. L. 61. L. 68. §. f. L. 69.

Libri VII. Tit. 2.

De Vsufructu adcrescendo.

De Jure adcrescendi scrips. Francisc. Duarenus, Joh. Anton. Bellonus, Emm. Cardoso, Masinius ab Innocentiis, Anton. Goveanus, Matth. Stephani, Emund. Merillius, Thadæus Piso, Johannes Stuckius, Johannes Svevus, Valentinus Riemerus, Thomas Papillonius, Cornelius Schwanenburg, Barthol. Romuleus. De Jure accrescendi inter verbis tantum conjunctos Job. Wolff. Textor. De conjunctionibus Antonius Fumæus. Ad L. unic. C. quando non petentium partes petentibus accrescant Joh. Gutierez. De erroribus testamentorum de jure accrescendi Scipio Gentilis.

Vsus

Vſus Tituli modernus.

Hic quoque Titulus in foro adhuc obtinet & jus accreſcendi generaliter receptum ita ut etiam in verbis conjunctis locum habeat. Berlich. P. 2. Dec. 28. n. 15.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. §. 1. §. 3. §. f. L. 3. L. 7. L. 10. L. 11.

Lib. VII. Tit. 3.

Quando dies uſufructus legati cedat.

Vſus Tituli modernus.

Nec hic quicquam ocurrit, quod moribus immutatum pariter enim uſusfructus legatus non ſtatim à tempore mortis, ſed à tempore aditæ hereditatis debetur.

Lib. VII. Tit. 4.

Quibus modis uſusfructus vel uſus amittatur.

De conſolidatione ſcrips. Erneſtus Frideric. Schröterus Joh. Joh. Georg. Kulpis.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Vſusfructus hodie pariter ac olim finitur, niſi quod in uſufructu paterno in bonis adventitiis liberorum hoc ſingulare ſit quod per emancipationem ſive oeconomiam ſepa-

separatam institutam à liberis tollatur, sicut dictum ad *Tit.* 1. §. 2. *huj. Libr.* Cum nec maxima capitis hodie deminutio libertatem adimat. Quod si vero & hodie jure civitatis privetur delinquens, sicuti de bannitis & fustigatis asserunt, nullus dubito, eundem quoque usufructu privandum esse.

§. 2. Circa fructus in casum finiti usfructus ad heredes transmittendos hoc Jure Saxonico singulare obtinet, ut non respiciatur ad perceptionem, sicut fit de Jure Civili per *L.* 13. *h. t.* sed solius curæ ratio habeatur, num scilicet ager satus & rastris subactus fuerit: sic enim pro labore mercedis loco fructus industriales lucratur, eosque mox ad heredem transmittit. *Carpzov. P.* 1. *cap.* 5. *def* 21. *n.* 4. Quod idem quoque in fructibus feudi obtinet in Saxonia *Carpzov. P.* 3. *const.* 32. *def.* 3. & 7. sicuti & tali casu maritus fructus prædii dotalis capit. *Carpzov. d. l. def.* 6.

§. 3. Sicuti autem usufructuarius non ipsum usumfructum quidem, bene tamen commoditatem alteri cedere potest, per *L.* 38. *ff. de usufr.* ita quoque hodie in dotalitio idem obtinet, cujus utilitatem vidua aliis cedere potest, *Habn. h. t. n.* 5. Quod attinet quoque in jure retentionis, quod viduæ in defuncti mariti bonis competit, *Carpzov. P.* 2. *const.* 25. *def.* 16.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. pr. §. f. L. 5. L. 8. L. 10. §. 1. §. 7. §. fin. L. 13. L. 16. L. 17. L. 23. L. 24. L. 25. L. 28.

Lib. VII. Tit. 5.

De Vsufructu earum rerum quæ usu consumuntur vel minuuntur.

De Quasi usufructu scrips Gregorius Biccius, Christoph. Philipp. Richter, **Avianus.**

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quasi usfructus hodie pariter constitui potest interveniente cautione de re simili in casum finiti usfructus restituenda. Et hoc non saltem per ultimam voluntatem, sed & inter vivos. vid. *Diss. Sam. Stryk. de Jure Sensuum. c.* 1. *n.* 24. *& seqq.* in specie vero si usfructus omnium bonorum alicui relictus, etiam in illis competit quæ usu consumuntur. *Brunnem. ad L.* 1. *in fin h. t.*

§. 2. Spectat huc contractus socidæ, moribus introductus, quando usfructus animalium pro levi quadam pensione conceditur, sed sub hac lege ut periculum in se recipiat, germanice dicitur Eisernes Vieh / vid. Tabor in speciali Tract. de contractu socidæ. Qui contractus in eo ab usufructu gregis differt, quod hic usufructuarius ex fœtu saltem in

in locum demortuarum omnium alias substituere teneatur per *L. 68. §. ultim.* & *L. 69. ff. de usufruct.* si vero foetus nullus adsit, aliunde oves comparare non obligatur. *Carpz. P.* 11. *Const.* 26. *def.* 9. sed in contractu socidæ etiamsi omnes oves perierint, aliunde tamen iterum comparandæ.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 7. L. 8. L. fin.

Lib. VII. Tit. 6.

Si usus fructus petatur vel ad alium pertinere negetur.

De actione confessoria scrips. Frideric. Geisler. De actione confessoria & negatoria Johann. Frideric. Knorr.

Usus Tituli modernus.

Actio confessoria & negatoria, quæ pro servitutibus & usufructu vindicandis in jure prodita est usu fori non solum pariter obtinet, sed & latius adhuc extensa, ita ut pro omnibus juribus qualiacunque sint illis actionibus utiliter agi possit, e. gr. in jurisdictione, jure Patronatus, jure percipiendi decimas, jure braxandi, opificium exercendi, vid. *Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exerc.* 13. *th.* 52. Quo tamen accurate hæ Actiones di-

stin-

ſtinguantur, obſervanda eſt ſequens Regula: Quoties cunque quis ſe fundat in ſpeciali Jure vel Privilegio, toties habet confesſoriam, quoties vero ſe fundat in Jure generali ſeu libertate naturali, toties habet negatoriam actionem, qua alteri jus prohibendi negatur. *Oldendorp. de Action. claſſ. 3. Quæſt. 3. Action 4.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. pr. §. f. L. 5. pr. §. 4. §. f. L. fin.

Lib. VII. Tit. 7.

De operis ſervorum.

Vſus Tituli modernus.

Servos quidem hodie non habemus amplius, unde præſens Titulus inutilis videtur. Nullum tamen dubium eſt, quin in propriis hominibus idem obtinere poſſit, horum enim operæ pariter cedi poſſunt, unde & uſusfructus operarum aliis legari poteſt, modo ipſius hominis proprii conditio ita non fiat deterior. *Huſan. de hominib. propr. c. 6. n. 4. Joh. Hermann. Stamm de ſervit. perſon. L. 3 c. 21. n. 2.* Idem etiam puto in ruſticis qui non ſunt homines proprii, obtinere, ita tamen ut his ſalvum maneat jus recedendi à prædio, & ſic quoad hos rectius dicitur: legatus eſt mihi uſusfructus duorum

præ-

prædiorum rusticorum, zweyer Baurengüter/ quam duorum rusticorum, quia hi prædio non præcise adscripti. *Lex. notabilis. h. t. est L. 1.*

Lib. VII. Tit. 8.

De Usu & habitatione.

Jung. L. 3. Tit. 33. C. de Usufr. & habitatione.

De usufructu, usu & habitatione scr. Martin. Ludenius, Caspar Manzius, Fridericus Philippi. De habitatione Christ. Nicol. Lyncker.

Usus Tituli *modernus.*

Posse adhuc hodie nudum rei usum alicui concedi, ita ut alios fructus non capiat usuarius, extra dubium est, sicut & habitationis concessio hodie est utilis. Hoc tamen aliqui volunt usum pro parte hodie legari posse, quod prohibitum erat *L. 19. h. t.* Si enim rationem naturalem attendamus, nil vetat, quo minus pro parte alicui vitæ subsidia præstentur. *Brunnem. ad d. L. 19.*

Leges Notabiles h. t.

L. 2. §. f. L. 4. pr. & §. 1. L. 7. L. 8. L. 10. §. 3. & 4. L. 11. L. 12. §. 1. §. 2. §. 4. L. 14. L. 18. L. 19. L. 22. L. fin.

Lib. VII. Tit. 9.

Usufructuarius quemadmodum caveat.

De cautione usufructuaria scrip. Nicol. Christ. Lyncker. Albertus à Line.

Usus Tituli modernus.

Sicuti Jure Romano ita & hodie ad cautionem obligatus est usufructuarius, nec moribus licitum est, ut illa cautio possit à testatore remitti. *Carpzov. P. 3. const. 13. def.* 12. *Gail. Libr.* 2. *Obser.* 145. Quod ipsum tamen *Franzk in Comment. ff. h. t.* restringit ad cautionem de non abutendo, quod hæc remitti nequeat. Pater tamen nec hodie ob usumfructum in bonis liberorum competentem ad cautionem obligatus est. *Carpz. P.* 3. *const.* 13. *def.* 13.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. L. 2. L. 7. L. 9. §. 3. L. pen.

Lib. VIII. Tit. 1.

De Servitutibus.

Jung. L. 3. Tit. 34. C. de servitutibus & aqua.

De servitutibus scrips. Stephanus Forcatulus, Bernh. Gammarus, Anton de Leon, Julius Pacius, Barth. Cæpolla, Johann.

hann. Superior, Johann. Ferstegen, Caspar Manzius, Johann. Harpprecht, Johann. Corasius, Christoph. Andreas Blumbacher, Baspar Bitschius, Gerhard à Stökken, Gerhard. Longolius Francisc. Maria Pecchius. Commentar. ad L. 1. seqq. ff. h. t. Anton. de Padilla. De concessione facta per verba Juris, quatenus importet servitutem Andr. Kohl. Exercit. Jur. 8. & 9. De probatione servitutum Mundius Cons. 1. Vol. 1.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nullum dubium est materiam servitutum adhuc hodie esse utilem pariter ac necessariam, unde secundum LL. hujus libri propositas omnino judicandum in Praxi, nisi in una alterave servitutis specie contrarium receptum esse appareat de quo inferius suis locis monebitur.

§. 2. Hoc tamen dubium, an moribus hodiernis servitus pari modo ac jure Romano, juxta *L. 15. §. f. b. t.* in patiendo aut non faciendo consistere debeat? Hoc sane certum est, si quis pacto se obligaverit ad aliquid faciendum, eum hodie pariter obligari, ac si servitus constituta esset, cum ex pacto valida detur actio, quod Romano Jure secus erat; Servitus tamen proprie sic dicta non erit, licet illam obligationem vulgato loquendi more servitutem appellari non nega-

verim, unde ad servitutem hodie refertur, ut quis cogatur in meo molendino molere. Vid. *Brunnemann. in Comment. ff. h. t. ad L. 8. num. 7.*

§. 3. Quoad servitutum præscriptionem Jure Romano certum est, quod in genere longo tempore eæ acquirantur, per *L. f. C. de long. tempor. præscript.* ob rationem in *L. foramen. ff. de S. V. P.* A Doctoribus tamen antiquioribus recepta est distinctio inter servitutes continuas, sive urbanas & discontinuas sive rusticas, & illas longo, has immemoriali tempore præscribi asserunt. *Gail. Observ. 66. n. 7.* a qua sententia in praxi non facile recedendum esse monet. *Brunnemann. ad L. 14. h. t. n. 4.* sed dubito, utrum quis hoc passu in praxi sit obtenturus contra Jus Romanum: præsertim cum modernorum ICtorum opinio communis sit in contrarium, sicut & in foro Saxonico indistincte receptum, ut servitutes sive urbanæ sint sive rusticæ. 30. annis, anno & die præscribantur. *Carpz. P. 2. const. 4. def. 8.*

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 4. L. 6. L. 8. L. 9. L. 14. pr. & §. 2. L. 15. L. 19. L. ult.

Lib. VIII. Tit. 2.

De servitutibus urbanorum prædiorum.

De servitutibus urbanorum prædiorum Caspar Manzius. De jure Stillicidii Johann. Volckm. Bechmann, Christian. Thomasius. De servitute ne luminibus officiatur Gothofredus Straussius. De Jure luminum Georg. Adam Struvius. De jure fenestrarum Christian. Leonhard. Leucht.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Servitus per foramen aquas everrendi cum causam perpetuam haud habeat, ob defectum aquæ pluviæ, vera servitus esse negatur in *L. foramen.* 28. *h. t.* Verum hodie hanc scrupulosam subtilitatem de perpetuitate causæ non amplius attendi, sed tale jus ad instar servitutis censeri, recte monet. *Groenweg. de LL. abrog. add. L.* 28. quem sequitur *Brunnem. ad d. L.* 28. *n.* 5. *Manz. ad h. t. n.* 168.

§. 2. Quoad servitutem altius tollendi observandum adhuc hodie unicuivis etiam invito vicino pro lubitu ædes suas altius tollere licere. vid. *L. altius. C. de servitut.* neque huic facultati præscribi. *Mev. ad Jus Lubec.*

L. 13. *Tit.* 12. *art.* 8. *n.* 17. Statuto ergo opus est prohibente altius ædificare invito vicino, qui si pacto consentiat, servitutem altius tollendi debere dicitur, ut enim ipse vicinus altius tollat, uti vult *Carpzov. P.* 2. *const.* 41. *def.* 13. contra indolem servitutis & licet moribus *Carpz.* sententia admitti possit. vid. *supr. Tit.* 1. §. 2.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 4. L. 6. L. 11. L. 13. pr. L. 15. L. 17. pr. §. 2. L. 19. §. 1. §. f. L. 20. §. 2. §. 5. L. 23. L. 25. L. 26. L. 28. L. 33. L 38. L. pen.

Lib. VIII. Tit. 3.

De servitutibus prædiorum rusticorum.

De servitutibus prædiorum rusticorum scrips. Caspar Manzius. De aquæductibus Georg. Adam Struvius. De jure Compascui Ahasverus Fritschius. De Servitute in furno vicini suos panes coquendi Harpprecht Consil. 76. De servitute itineris Finsterwalder in Observ. Pract. L. 3. Observ. 40. seqq. An Dominus fundi in quo rusticis post Festum Michaelis jus pascendi competit, possit ante illud tempus præsertim post refectionem graminum in eodem fundo sua pecora pascere Berlich. Dec. 201.

Usus

Usus Tituli modernus.

Nihil hic occurrit quod usu fori aliter se habeat, nisi quod circa servitutem pascendi moribus inductum sit Jus Compascui die Koppel weide / quando duo pluresve precariam pecora pascendi facultatem concedunt, quod à Jure pascendi in eo differt, quod hoc sit perpetuum, illud vero in placito utriusque consistat, ut hinc altera pars pro lubitu resilire queat, est enim precarium reciprocum. *Köppen P. 1. Dec. 12. Carpzov. P. 2. const. 41. def. 9.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L 5 L. 11. L. 17. L. 18. L 23. L. 24. L. 27. L 33. L. 36. L. f.

Lib. VIII. Tit. 4.

Communia prædiorum tam urbanorum quam rusticorum.

De præscriptione servitutum scrips. Burchard. Bardili. De præscriptionibus jurium ex quasi possessione Johannes Mehlbaum.

Usus Tituli modernus.

Quæ in hoc titulo de modo acquirendi servitutem, ut & de qualitate & vicinitate prædiorum habentur, hodie pariter obtine-

re certum est, imo nudo etiam pacto hodie valide promittitur servitus.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 4. L. 6. pr. §. 1. L. 11. L. 12. L. 15. L. f.

Libri VIII. Tit. 5.

Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur.

De actione confessoria scrips. Frideric. Geisler. De actione confessoria & negatoria Johann. Frideric. Knorr. De actione confessoria in puncto juris pascendi, wegen strittiger Trifft-Gerechtigkeit Rosacorb. Observ. pract. c. 48. De actione confessoria & ejus requisitis Besold. Vol. 5. Cons. 246. De actione negatoria ratione insolitarum exactionum Dominorum contra subditos Rosacorb. Observ. pract. cap. 37.

Usus Tituli modernus.

Circa usum hujus Tituli vid. quæ dicta sunt ad Lib. VII. Tit. 6.

Leges notabiles h. t.

L. 2. pr. & §. 1. L. 4. §. 1. §. 3. L. 4. pr. §. 2. L. 8. §. 8. L. 10. L. 14. L. 19.

Lib. VIII. Tit. 6.

Quemadmodum ſervitutes amittantur.

Quæ hic de amiſſione ſervitutis per confuſionem, ceſſionem aut renunciationem & præſcriptionem habentur, pariter uſu fori obtinent, ut hinc quæ per 10. annos non eſt uſus ſervitute, eam amittat. *L. pen. C. de ſervitut.* niſi ſervitus alternis annis conſtituta, ubi duplicato tempore ſive 20. annis opus eſt. Ulterius vero tempus non augetur, etiamſi ternis vel quaternis annis uſus ſervitutis ſit conceſſus. Conf. *Struv. h. t. th. 65.* Licet contrarium velit *Donellus Lib. 11. cap. ult. Lit. C.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 7. L. 8. L. 11. §. 1. L. 14. L. 15. L. 18. pr. §. 1. L. 20. L. f.

Lib. IX. Tit. 1.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

De noxa animalium ſcrips. Johann. Thomæ. Jus Georgicum de incluſione animalium Gerhard. Feltmann. De Jure circa pecudes Bartholomæus Leonhard. Schwendendörfferus. De cane rabioſo Richter Dec. 5. n. 31.

n 31. part. 1. & Volum. 2. Conſ. 261. De jure pignorationis ob paſtum pecoris conſtituto Weſenbec. P. 3. Conſ. 113.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Hoc certum eſt adhuc hodie dari actionem læſis contra Dominum beſtiæ, de eo vero diſputatur: an Dominus hodie teneatur ſimpliciter ad damni refuſionem, an vero noxæ dedendo animal adhuc ſe poſſit liberare? Jure Saxonico expeditum eſt, quod noxæ deditio Dominum non liberet, ſimile tamen remedium ipſi conceſſum, ut ſtatim, poſtquam damnum datum eſſe reſcivit, animal dimittere queat, quo ipſo ab ulteriori actione liberatur. *Carpzov. in Prax. Criminal. Quæſt.* 131. *n.* 20. *ſeq. Thomæ de nox. animal. c.* 10. *n.* 32.

§. 2 Extra Saxoniam vero dubitatur: an non per Conſtitutionem criminalem huic Titulo derogatum ſit? Nam in *art.* 136. extraordinaria pœna dictatur domino beſtiæ damnun dantis: ſed ex contextu d. art. patet eum de fera beſtia non de manſveta loqui, ut hinc adhuc hodie ex h Tit. agi & Dominus beſtiam noxæ dedendo ſe liberare poſſit, cujus rei præjudicium habet *Hahn. h. t. n.* 3. *& n.* 6. quanquam id non negem, etiam in manſveta beſtia damnum dante hodie pœnæ arbitrariæ locum eſſe poſſe, ſi dominus

præ-

præmonitus beſtiam non cuſtodierit. arg. *d. art.* 136. *in f. Carpzov. d. Quæſt.* 131. *num.* 21.

§. 3. Porro & hoc obſervandum, non licuiſſe Jure Romano pecus alienum in agro deprehenſum ob damnum datum includere, ſed ita abigendum erat, ac ſi ſuum eſſet. *L.* 39. *ff. ad L. Aquil.* Verum hodie univerſali Germaniæ conſvetudine Jus pignorandi & includendi animal quod nocuit, receptum. *Carpzov. P.* 2. *conſt.* 27. *def.* 1. *Köppen. Dec.* 41. *n.* 11. quod ipſum tam diu retinetur donec damnum datum fuerit refuſum, & inſuper ſumtus in alimentationem impenſi reſtituti. *Carpz. d. l. def.* 2. *in f.* Imo & Jure Saxonico tenetur inſuper ad emendam ſolvendam (Ein Pfand-Schilling) quod ipſum & extra Saxoniam obſervatur. Conf. *Mev. ad Jus Lubecenſ. L.* 3. *Tit.* 11. *ad Rubr. n.* 11. Et demum ad pœnam pignoris contumaciter neglecti, e. g. pro ſingulis XXIV. horis ſolvendi 3. ſolidi vel quatuor groſſi. *Carpzov. d. l. def.* 5. ubi *defin. ſeqq.* ſubjicit quomodo res pignorata committatur, ſi ſcilicet pœna contumaciæ æſtimationem rei adæquet, ſemper tamen ubi pignorationes permiſſæ, beſtia pignorata non à privato retinenda, ſed judici loci tradenda eſt. *Carpzov. d. def.* 2.

Leges

Leges notabiles. b. t.

L. 1. tot. L. 2. L. 4.

Lib. IX. Tit. 2.

Ad Legem Aquiliam.

Jung. L. 3. Tit. 35. C. de Lege Aquilia, & L. 5. Tit. 36. x. de injur. & damno dato.

Ad Legem Aquiliam ſcripſ. Claud. Chifletius, Joan. Svarez de Mendoſa, Fr. Balduinus, Chriſtoph. Joachim Bucholz, Elias Schnegaſſius. De defenſione Fortunat. Garzia, Franciſc. Zoanellus. De defenſione ſui Joan. Franc de Cuenca. De defenſione contra vim illatam Barthol. Romuleus. De neceſſaria defenſione Chriſtian Kremberg, Georg. Obrecht, Johann. Rebhan, Henricus Binnius, Johan. Volſchovius, Frider. Gerſchow. De inculpata tutela Johann. Eichelius. De eo quod juſtum eſt circa vulnera Ern. Frider. Schröter. De vulnerum inſpectione Bernhard. Svevus. De Werigeldo Rudolf. Wilhelm. Krauſſ. De incendio caſuali Samuel Strykius, Polycarpus Heiland, Johann. Pomereſch, Enoch Glaſer. De cura & culpa publica æque ac privata circa ignem cuſtodiendum Balthaſar Speckhun. De caſibus fortuitis Nicol. Reuſnerus, Chriſtoph. Beſold, Sebaſtianus Medices, Burchard. Ede-

Edenus, Jacob. Benz. De casuum fortuitorum periculo ratione dominii & possessionis David Lindnerus. De pecunia doloris Mullerus.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quæ de servis vulneratis vel occisis hoc Titulo proponuntur, hodie penitus cessant, nec ulla domino propterea datur actio, sed servi tanquam liberi homines ob damnum perpessum ipsi experiuntur. Ob animalia tamen nostra occisa vel vulnerata, ut & ob alia damna nobis illata adhuc hodie ex Lege Aquilia agi posse extra controversiam est.

§. 2. Id vero haud pauci volunt, hodie damnum datum non amplius retro æstimari, quanti intra annum vel 30. dies proximas plurimi fuit, sed æstimationem tempore damni dati inspici. *Groenweg de LL. abrog. ad* §. 15. *Inst. h. t. Anton. Matth. de Crimin. ad L.* 47. *ff. tit.* 3. *c* 3. *n.* 4. *Struv. h. t. th.* 35. *Schneidevv. ad* §. 13. *Inst. h. t.* Hac observantia præsupposita nulla hodie supererit differentia inter primum & tertium caput L. Aquiliæ, nec amplius pœnalis hæc actio erit, sed rei persecutoria cum nihil consequar, nisi quod mihi abest, quod & asserit *Groenvveg. d. l.*

§. 3. Si libero homini illatum damnum per vulnera, adhuc hodie solent æstimari operæ, quibus caruit aut quibus cariturus est, & in quantum inutilior factus juxta §. 1. *Inst. de obligat. ex quas. delict.* Sed hoc insuper moribus receptum ut certa pecunia vulnerata in compensationem doloris solvatur, German. Schmertz-Geld / quod quamvis neget & ab indoctis rabulis forensibus id peti solere asserat *Besold in Thes. pract. sub voce* Abtrag / & *Scheinemann in Disp. de inspectione oculari th.* 33. communis tamen observantia testatur, hoc nomine aliquid vulnerato pro Judicis arbitrio adjudicari solere.

§. 4. Pro libero homine occiso Jure Romano certa multa scilicet 50. aureorum dictata *L.* 1. §. 5. *ff. de his qui effud.* sed hodie hæc pœna arbitraria est, pro qualitate culpæ admissæ determinanda, quam ad fustigationem extendi posse, si culpa lata commissum sit homicidium, dubio caret. Vid. *Carpzov. Prax. Criminal. Qu.* 27. *n* 33.

§. 5. Apud Saxones hæc duo specialia adhuc occurrunt. 1.) Si damnum alicui datum, potest ipse actor damnum injurato æstimare, & petere ut Reus vel summam expressam solvat, vel cum juramento suo diminuat, scilicet damnum tanti non esse, quod vocatur juramentum minorationis. Germ.

der

der Verminderungs Eyd. *Carpzov. Prax. Crim. Qu.* 95. *n.* 19. 2.) Jure Saxonico in homicidio culposo, eo casu, ubi pœna corporis afflictiva locum non habet, solvitur agnatis occisi certa pecunia quæ Germanis dicitur das Wehrgeld. vid. *Carpzov. Prax. Crim. Quæst.* 34 *n.* 11. *seqq.*

Leges Notabiles h. t.

L. 2. §. 2. L. 4. L. 5. pr. §. 12. §. f. L. 6. L. 7. §. 6. L. 8. § 1. L. 11. pr. §. 2. §. 3. §. 5. L. 13. L. 21. L. 23. §. 6. §. 10. L. 25, §. f. L. 28. L. 29. §. 1. §. 3. §. 4. L. 31. L. 32. L. 33. L. 39. L. 39. L. 40. L. 44. L. 45. L. 47. L. 49. L. 41. pr. §. f. L. 52. §. 1.

Lib. IX. Tit. 3.

De his qui effuderint vel dejecerint.

De quasi delictis scrips. Johann. Henr. Bergerus.

Usus Tituli modernus.

De eo nullum est dubium adhuc actionem dari illi, qui ex dejecto vel effuso læsus est, contra ipsum inhabitatorem quamvis ipse non dejecerit, non tamen in duplum, sed in simplum eam dari volunt *Groenweg. h. t. Struv. ad h. t. thes. fin.* Sed hæc sententia ex eo principio fluit, quod omnes actiones

 in

in duplum hodie sint abrogata; quod tamen non præsumendum. vid. *Brunnemann. ad L. 1. n. 5. h. t.* quid Juris sit in libero homine occiso vel vulnerato, dixi ad *Tit. præc. §. 3. &* §. 4.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. pr. §. 1. §. 2. §. 4. §. 9. § f. L. 2. L. 3. L. 5. pr. §. 2. §. 4. §. 5. §. 6. §. 11. §. 12. L. fin.

Lib. IX. Tit. 4.

De noxalibus actionibus.

Jung. L. 3. Tit. 41. C. de noxal. action.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Noxalium actionum hodie usus superest nullus ob abolita servitutum jura. Hinc ob facta modernorum servorum non amplius conveniuntur domini, sed servi ipsi tanquam liberi homines. Communiter tamen volunt ratione mercedis residuæ adhuc hodie dominum conveniri posse. vid. *Struv. ad h. t. th. fin.* sed hoc non aliter admitto, quam ut mediante Judice arrestum residuæ mercedi imponatur, quo postea exinde à domino damnum passo satisfieri possit. Domini enim persona nulla actione pulsari potest, quia hujus nullum præcessit factum.

§. 2.

§. 2. Adhuc hodie tamen tenetur ex facto servi dominus 1.) si circa officium sibi admissum deliquerit. Dominus enim tali officio illum proponendo ad factum ejus se obligasse præsumitur. *Gail. Lib. 2. Obs. 21. n. 6.* & tali casu non tantum quoad mercedem residuam, seu debitum eum obligatum puto, uti quidem existimat *Carpzov. P. 4. c. 43. def. 7.* (quamvis hujus sententia ad forum Saxonicum restringi possit) sed potius in solidum conveniri potest. Conf. *Mascard. de Probation. Concl.* 892. 2.) Si jussu vel mandato Domini damnum dederit. *Struv. h. t. th. fin.* sic enim ex mandato dominus in solidum obligatur. Quousque vero ipsos servos mandatum domini excuset, de eo vid. *Joh. Herm. Stam. Tr. de servitut. personal. L. 2. c. 19.*

Lib. X. Tit. 1.

Finium regundorum.

Jung. L. 3. Tit. 39. C. finium regundor.

De finibus regundis scrips. Luchinus de Curte. De finibus & modo decidendi quæstiones confinium territoriorum Paris de Puteo. Finium regundorum seu de quinque pedum præscriptione Andreas Alciatus. De quinque pedum præscriptione Joh. Jac. Wis-

 senba-

ſenbachius, Chriſt. Weſelovius. De finibus regundis Civitatum, caſtrorum prædiorum Hieronym. de Monte Brixiano. Finium regundorum Frideric. Kuhlwein. De Juribus finium Henricus Linck, Joh. Ludov. Nicolai. De Judicio finium regundorum, Anton. Lopez Leitam. De jure & controverſiis limitum & finibus regundis Joh. Oettingerus. De Jure Limitum Chriſtian. Klengel, Johann. Brunnemannus. Gloſſæ agrimenſoriæ & Notæ ad varios Auctores finium cum obſerv. Nicolai Rigaltii. De termino moto Diſp. Galois. De Lapide terminali Myler Metrolog. cap. 14. De finibus earumque inſpectione in controverſiis Stryk. de Jure ſenſuum. Diſſert. 1. cap. 2. n. 10 ſeqq.

Uſus Tituli modernus.

Circa Judicium finium regundorum nihil occurrit, quod moribus immutatum dici poſſit, cum pari modo ac Jure Romano præſcriptum eſt, hodie controverſiæ finium expediantur: moribus tamen varia genera ſignorum adinventa, quibus diſtingui fines ſolent. Dantur enim lapides publici & privati, Marckſteine / Mahlſteine / Bannſteine / Gräntz-Graben / Gräntz-Hügel / Gräntz-Bäumer. Solent quoque lapidibus finalibus adjici lapilli qui vocantur ova lapidum, vel teſtes, quæ omnia ut & modus ſignandi lapides

pides & dijudicandi antiquitatem finium peti poterunt ex *Rutgero Rulando de Commiss. P. 2. Lib. 2. Lib. 6. c. 3. & seqq.* ubi integrum processum de finibus præscribit. *L. 6. c. 11, n. 1, seqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 4. §. 1. §. 2. §. 6. § 9. §. 10. §. f. L. 8. L. 10. L. 11. L. fin.

Lib. X. Tit. 2.

Familiæ erciscundæ.

Jung. L. 3. Tit. 36. C. familiæ ercifcundæ, & Tit. 38. C. comm. utriusque judicii.

De judicio familiæ erciscundæ fcrips. Quirinus Schacher. De familia erciscunda Joann. Voët. De Partitionibus Alvarus Valafcus. De divifione facta cum opinato herede Phil. Albert. Wefener. De Partitionibus communibus inter virum, uxorem & heredes eorum Anton. Ayerve. De difpofitionibus parentum inter liberos Henric. Hahn. De divifione paterna Amad. Eckolt. De Quota & rata, feu de congrua in jure rerum partitione Joh Bapt. Cofta. De eo quod juftum eft, quando major minorem ad divifionem provocat, Johannes Schleufing.

Usus Tituli modernus.

§. 1. In hereditatis divisione vix quicquam moribus immutatum deprehenditur: hinc ex jure Romano petenda est decisio, hoc tamen moribus præcipue ad scribendum, quod major dividere hereditatem, minor vero eligere soleat; cum enim major optimam rerum hereditariarum notitiam habere præsumatur, ipse æquales portiones constituere facilius potest, minori vero tali divisione ne læsio inferatur, ipsi primam portionem eligere concessum est, quæ ratio dividendi Juri Romano incognita, ubi in dubio sors adhibetur per *L.* 3. *C. comm. delegat.* In Jure Canonico tamen fundamentum habet *cap. 1. x. de Paroch.* & præcipue in Saxonia, imo alibi etiam in plerisque locis recepta. *Gail. L.* 2. *obs.* 116. *n.* 14. *Mynsing. Cent.* 4. *obs.* 37. *n.* 14. quamvis in Marchia hæc praxis vix recepta.

§. 2. Obtinet vero hic dividendi modus saltem inter duos, non inter plures, quia sic tertius lædi posset; hinc tali casu, pariter ac Jure Romano officio Judicis aut per sortem divisio facienda. *Carpzov. P.* 3. *const.* 15. *def.* 11. Similiter obtinet saltem inter duos ejusdem sexus. Nam si filius & filia concurrant, indifferender masculus eligit, & fœmina dividit, quod favore familiæ receptum, *Carpzov.*

zov d. const. 15. *def.* 5. Sicuti & pater jus optionis cui voluerit legare potest *Carpzov. d. l. def.* 1. Quodsi una res adsit quæ commodam divisionem non recipiat minori electio competit, an rem an æstimationem habere malit. *Carpzov. d. l. def.* 9. Simile quid Jure Lubecensi occurrit, ubi ad divisionem provocans rem æstimat & alteri optionem relinquit an pretium an rem recipere velit. *Mev. Part.* 2. *Dec.* 21.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. L. 2. §. 3. §. 4. §. f. L. 3. L. 5. L. 12. §. 2. L. 16. §. 4 L. 20. §. 1. §. 4. L. 25. §. 9. L. 20. L. 21. L. 27. L. 36. L. 37. L. 43. L. 44. §. 3. & §. 5. L. 48. L. 50. L. 55. L. fin.

Lib. X. Tit. 3.
Communi dividundo.

Jung. L. 3. Tit. 37. C. communi dividundo & Tit. 38. C. comm. utriusqu. jud.

De rerum communione scrips. Petrus Schul'. De jure communionis Joh. Michael Melchior. De condominio Joh. Andr. Fromman. De divisione bonorum communium Sanz Morquechus. De divisionibus seu partitionibus communibus inter Virum & Uxorem Ant. Ayora. Locos communes de communione bonorum Johann Heeser.

Usus Tituli modernus.

Idem quod de præcedenti Titulo dictum hic repetendum est, scilicet in Praxi rem communem ex præscriptio Juris Romani esse dividendam, adeo ut divisio illa Saxonica in dividenda re communi, quæ hereditaria non est, locum non inveniat. *Carpzov. P.* 3. *const.* 15. *def.* 22. quamvis autem Jure Romano si hereditas divisa, sed aliqua res indivisa relicta, non amplius familiæ herciscundæ sed communi dividundo agendum sit per *L.* 20. §. 4. *ff. famil. hercisc.* attamen in hac re quia adhuc hereditaria est divisio illa Saxonica obtinebit. *Carpzov. d. l. def.* 23.

Leges notabiles h. t.

L. 2. pr. §. 1. L. 4. §. 2. §. 3. L. 6. §. 1. §. 2. §. 11 L. 7. pr. §. 6. §. f. L. 8. p. L. 11. L. 14. pr. §. 1. & §. 2. L. 18.

Lib. X. Tit. 4.

Ad exhibendum.

Jung. L. 3. Tit. 42. C. ad exhibendum.

Usus Tituli modernus.

Actionem ad exhibendum hodie quoque pari effectu ac Jure Romano institui posse, dubitandum non est, promtius tamen remedium hodie competit, ut mandatum compul-

pulsoriale à superiori petatur, quo injungitur rem meam detinenti ut eandem exhibeat *Struv. th* 38. *Exerc.* 15. quando vero talia mandata cum vel sine clausula esse debeant, tradit. *Blum. in Process. Cam. Tit.* 34. *n.* 68. *Gail. Lib* 1. *Observ.* 13. Confer. *Mev. P.* 3. *Dec.* 126. *n.* 4.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. pr. §. 2. §. 3. §. 4. §. 7. §. 9. §. 11. §. f. L. 4. L. 6. L. 7. pr. §. 4. §. 5. L. 9. §. 1. L. 11. §. 1. L. 12. §. 2. §. 3. §. 5. §. 8. §. f. L. 13. L. 17. L. 19.

Lib. XI. Tit. I.

De interrogationibus in jure faciendis & interrogatoriis actionibus.

De interrogationibus & Positionibus scrips. Franc. Curtius. De Positionibus Michalorius. De interrogatoriis Pöckelius. De interrogatoriis ineptis Sam. Stryk. De Articulis elisivis Berger. De mendacio Alberic. Gentilis, Balthas. Conrad Zahn, Joh. Joachim Richshoffer.

Usus Tituli modernus.

Interrogatorias actiones jam olim in desvetudinem abiisse testatur ICtus in *L.* 1. §. 1. *h. t.* Judici tamen adhuc hodie interrogandi licentiam competere, quoties hoc ipsi

 æquum

æquum videtur extra dubium eſt. Conf. *L. pen. h. t.* moribus noſtris frequentior eſt poſitionum uſus, quæ originem habent ex Jure Canonico *cap. un. x. De litis conteſtat. cap. 2. x. de confeſſis*, & adhibentur tunc quando Actor ex confeſſione rei veritatem ſuæ actionis elicere cupit, accedente ab utraque parte Juramento: Actor enim ſub juramento dandorum poſitiones offert, reus ſub juramento reſpondendorum reſpondet, & quidem in factis propriis per verba: Sage wahr / in factis alienis: Glaube wahr. vid. *Receſſ. Imp. de Anno* 1654 §. zu welchem Ende. *Brunnemann. Proceſſ. Civil. c.* 17. *n.* 19.

§. 2. Ab his vero poſitionibus differunt articuli, ſi enim quasdam poſitiones negaverit reus, ex illis formantur articuli, & deſuper examinantur teſtes, unde articuli probatorii dicuntur, qui nullo partium juramento confirmantur ſed ex teſtium jurata depoſitione fides eorum dependet. Vid. *Brunnemann. Proc. Civ. cap.* 17 *n.* 2. ad hos articulos iterum formantur interrogatoria à Reo, quæ continent circumſtantias facti ad defenſionem rei ſpectantes, ſuper quibus teſtes pariter examinantur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. L. 2. L. 4. §. 1. L. 9. §. 5. §. 6. L. 11. §. 3. §. 4. §. 8. L. 13. pr. L. 21.

Lib.

Lib. XI. Tit. 2.

De quibus rebus ad eundem judicem eatur.

De continentia causarum scrips. Petrus Friderus Mindan. Conrad. Blaufelderus, Joh. Frideric. Wibel. De continentia causæ petitorii & possessorii dividenda Michael. Respons. 15.

Usus Tituli modernus.

Continentia causarum quæ efficit ut plures personæ ad eundem Judicem trahantur quæ alias sub diversis Judicibus constitutæ sunt, adhuc hodie quam maxime in foro attenditur, ut hinc si de ea excipiatur, litigantes ad unum judicium, ubi causa principalis pendet, remittendi. vid. *Petr. Frider Mindan. in tr. de contin. caus.* qui habetur in *L.* 3. *de Process. Gail.* 1. *Observ.* 32.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2.

Lib. XI. Tit 3.

De servo corrupto.

Jung. L. 6. Tit. 2. C. de furtis & servo corrupto.

De delicto servi alteriusve hominis corrupti scrips. Joh. Brunnemann. De servo cor-

corrupto Joh. Herm. Stamm de servitute personali Lib. 1. Tit. 4. cap. 2. p. tot.

Usus Tituli modernus.

Actio hæc directa hodie sine dubio cessat, cum servos habeamus nullos: utiliter tamen ex hoc titulo agi potest ob uxorem, liberos, aliosque qui in familia nostra sunt, corruptos, quorsum spectant die Kuppler. vid. *Constit. Crim. art.* 123. imo & Principi datur ob corruptos Ministros, duci ob corruptos milites, domino ob corruptos subditos, & quidem ad interesse, quanti agentis interest talem corruptionem non fuisse factam, quæ ad usum modernum optime & prolixe applicata sunt ab Illustri Domino de *Scheverni in Disp. de servo corrupto A.* 1665. *publice habita.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 4. L. 10. L. 13. L. 14. §. 4. L. fin.

Lib. XI. Tit. 4.

De Fugitivis.

Jung. L. 6. Tit. 1. de serv. fugitiv.

De fugæ justitia & injustitia scrips. Joh. Andreas Frommann. De fugitivis Raphael Villosa. Repet. in LL. Cod. de servis fugitivis & in authent. sed novo jure C. eod. Barthol. Cæpolla. De fuga Petrus Mullerus.

Usus

Usus Tituli modernus.

Quæ in hoc titulo de servo fugitivo proponuntur, quatenus ad servos pertinent, extra usum modernum sunt, applicari tamen possunt ad proprios homines fugitivos in quibus persequendis & inquirendis Magistratus promtam præstare operam & captos diligenter custodire debet arg. *L.* 1. *§.* 4. *h. t. Mev. P.* 3. *Dec.* 147. ubi contra eum, cujus culpa rusticus elapsus est, actionem dandam esse dicit, & hos etiam in alieno territorio alienisque ædibus inquirere licere, modo id fiat implorato judicis auxilio, testatur idem *Mevius in Tract.* Vom Zustand und Abforderung der Bauren. *Qu.* 4. *n.* 16. ubi in sequentibus integrum processum persecutionis & vindicationis rusticorum fugitivorum describit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 2. §. 4. L. 3.

Lib. XI. Tit. 5.

De Aleatoribus.

Jung. L. 3. Tit. 43. C. de aleatorib. & aleatorum lusu.

De ludo aleæ scrips. Henricus Knaustinus. De Alea Paul. Francisc. Romanus. Johann. Wein-

Weinreich. De aleæ emtæ justitia Leonhard. Baudisius. De Alea, Sortibus, Taxillis & Chartis Joh. à Munster. De ludo Taxillorum Troylus Malvetius. De vetito alearum ludo, Angel. Rocha. De alea veterum Andreas Senfftleben. De aleatoribus, seu de ludorum universa antiquitate Petrus Pantoja de Ajala. De aleatoribus Joh. Thomæ. De conviviis, pictura & ludis veterum Julius Cæsar Bulenger. Frideric Lindenbrog. Henric. Knauping. De ludis veterum Græcorum Johann. Meursius. Agonistica de re athletica & ludis gymnicis. De ludo Joh. de Salas, Paris de Puteo, Johann. Baptista Caccialupus, Stephan. Costa. De ludo Schachorum Thomas Actius. De Latrunculorum ludo Alphons. Ceron. Isagoge in Schachiam ludum. Luc. Wielius. De fortuna Joh. Helvic. Sinold cognom. Schüz. De olla fortunæ Sigismundus Svevus, Joh. Schlüsselburger. De sponsionibus & assecurationibus Petrus Santerna, Beneventura Stracha. Do Sponsionibus Andreas Schollius, Ernest. Frider. Schröter, Quirinus Schacherus. De sponsione Romanorum Caudina Christian Thomasius. De sponsione Romanorum Nomantina Christ. Thomas. De spe Joh. Brunnemannus, Georg. Adam Struv. Adr. Bejer. De emtione spei Georg Henric. Weidmann.

Usus

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Cum hodie ludo nihil frequentius ſit, plerique volunt præſentem Titulum moribus eſſe immutatum, ſed cum mores hi deperditi ſint non ſine cauſa dubitare licet, an corruptis ejusmodi moribus LL. pro ſalute Reipubl. latæ abrogare potuerint, & an non ſi caſus in Judicio occurrat ſecundum LL. ſit pronunciandum? Hoc tamen negari nequit, ſi perſonæ ludentes liberam bonorum adminiſtrationem habeant, & fraus omnis abſit, moraliter ludum illicitum non eſſe. vid. *Molin. de J. & J. Tr. 2. Diſp.* 510, *n. 3. Confer. Diſp. Sam. Stryk. de Saccular. c. 3. n. 5. ſeqq.*

§. 2. Præſuppoſita autem praxi jam adducta, ſequitur hodie illud quo ludo perditum condici amplius non poſſe, quod & te foro Saxonico teſtatur *Carpzov.* L. 6. *Reſp. 96. n. 16.* Id vero tunc ſaltem procedit, ſi nulla fraus adhibita, & alter ad ludendum non compulſus, nec quis tantum perdiderit, ut hoc in grave Familiæ detrimentum tendat. vid. *Brunnem. ad L. 1. h. t. n. 10.* Hinc & liberis ſi pater tantum chartis luſoriis perdidit, ut legitimam ſalvam non habeant, pariter ac ſi pater inofficioſe donaſſet, condicere ludo perdita licebit. vid. *Brunnemann. ad L. ult. C. h. t.*

§. 3. Quamvis autem hodie quod ludo perditum regulariter repeti nequeat; inde tamen non sequitur quod etiam actio detur ad petendum illud, quod ludo perditum sed nondum solutum; facilius enim retentio quam actio datur, quod Jure Saxonico ita speciatim decisum. *Carpzov. d. Resp. n.* 12. adeo ut nec fidejussor pro eo quod ludo perditum spondens valide obligetur, ut apparet ex præjudicio quod habet *Carpzov. Prax. Crim. Qu.* 134. *n.* 26. ubi tamen *n* 27. illi qui collusor non fuit & pecuniam ad ludendum credidit, actionem concedit. Hoc certum etiam illum qui in ludo falsam monetam scienter ac fraudulenter exponit, relegatione puniri posse *Carpzov. Prax. Crimin. Qu.* 42. *n.* 115.

§. 4. Cæterum quod in *L* 1. §. 3. *h. t.* habetur, si tempore lusus injuria, furtum, damnum hospiti ludum patienti illatum, non dari ea propter actionem, id hodie tanquam absurdum mutatum esse volunt. Vid. *Brunnem. ad d. L.* 1. §. 3. *num.* 2. sed hoc ita explicari potest, non quod tempore ludi peccare impune liceat, sed quod hospiti in pœnam ludi admissi actio denegetur: Magistratus vero ex officio tam hospitem quam furem punire possit. vid. d. *Disp. de Saccular. Sam. Stryk. c.* 3. *n.* 18.

§. 5.

§. 5. Demum quid hodie juris sit circa usum ollæ fortunæ, & quousque hæc res licita. vid. *Molin. de J. & J. Tr. 2. Disput.* 509 *Klock. de Aerario L. 2. cap.* 118. De sponsionibus licitis vid. *Struv. h. t. th.* 58. & *Marquard. de Jure Mercatur. L. 2. c. 8. n.* 24. De contractu sortium, alias dicto Contractu Cotariæ, ubi certa pecunia à pluribus æqualiter collata res emitur, & cujus postea ea esse debeat, sorte dirimitur, vid. *Pufendorf. de Jur. Nat. & Gent. L. 5. cap. 9. §. 6, ubi n. seqq.* etiam de olla fortunæ agit.

Leges notabiles h. t.

L. 1, L. 2, L. 3. L. 4.

Lib. XI. Tit. 6.

Si mensor falsum modum dixerit.

De mensuratione camporum scrips. Girobanus Catarus, Martin. Grosbaur. Metrologiam s. de Jure Mensurarum Nicol. Mylerus, ab Ehrenbach. De mensuris Joh. Capellus, Andreas Alciatus, Daniel Angelo orator Georg Adam Struve. De mensuris Roman Cælius Secundus Curio. De antiquis mensuris Hebræorum, Ægyptiorum, Arabum, Syrorum, Persarum, Græcorum & Romanorum Casp Waserus. De Agrimensoribus Otterus de Officialibus cap. 21. per tot. De

L men-

mensuris & mensoribus Hermosilla ad Lopezium in Indic. & fol. 543.

Vsus Tituli modernus.

In hoc Titulo nihil occurrit quod moribus aliter se habeat, pariter enim contra mensores falsum modum renunciantes actione in factum hodie experimur ad interesse præstandum ob id quod falsum modum renunciaverit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. L. 2. L. 3. §. 1. §. 3. §. 5. L. 4. L. 5. §. f. L. 7. § 2. & §. f.

Lib. XI. Tit. 7.

De Religiosis & sumtibus funerum, & ut funus ducere liceat.

Jung. L. 3. Tit. 44. C. de religios. & sumt. funer. & L. 3. Tit. 28. x. de sepultur.

De rebus religiosis scrips. Carolus Fapia. De Jure Sepulturæ Sigismund. Finckelthaus. Joh. Strauchius, Henr. Balthas. Roth. De hominis mortui sepultura prohibita Henr. Balthas. Roth. De Jure Sepulchrorum Heidenreichus. De sumtibus funerum Frideric. Philippi. De actione funeraria Carol. Christoph. Palms, Georg. Heinzius, Joh. Adam Adam Kurrer, De sumtibus Pietatis Joh. Hen-

Henric. Bötticherus. De Transportatione defunctorum per territorium alienum August. Bened. Carzov. De Luctu Johannes Jacobi. De Anno Luctus Bernhard. Ludov. Mollenbecius. Jus sepulturæ an pertineat ad Jus Patronatus Treutler. Consil. 57.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quomodo hodie fiat locus religiosus, de eo diximus supra *L.* 1. *Tit.* 8. Cum ergo exinde constet quod in loco privato sepultura non sit permissa amplius, rarior ex hoc Titulo actio est de cadavere in locum alienum non inferendo. Cum tamen hodie in Cœmiteriis sepulchra quædam hereditaria dentur cd certam familiam spectantia, si quis alius in tale sepulchrum intulerit mortuum, utiliter ex hoc Titulo agi posset, ut aut mortuum tollat aut loci præstet æstimationem. *Hahn. ad h. t. n.* 4. Conf. *Carpzov. Jurispr. Ecclesiast. Lib.* 2. *def.* 393. *n.* 1. sunt enim talia sepulchra in proprietate illius familiæ, & sic sicuti eadem penitus vendere, ita quoque pro certo cadavere illato pretium loci exigere potest. *Carpzov. P.* 3. *def.* 289. quamvis ille *n.* 18. non proprietatem sed usum vendi posse dicat. Illa tamen pœna 100. aureorum quæ in *L.* 2. *§.* 2. *b. t.* dictatur illi qui in monumentum alienum mortuum infert, vix hodie obtinebit, sed pœna erit arbitraria.

 §. 2.

§. 2. Impensæ funeris adhuc hodie pari privilegio gaudent quo jure Romano. vid. *L.* 14. §. 5. & *L.* 37. *h. t.* referuntur vero hodie ad impensas funeris etiam impensæ pro vestibus erogatæ *Carpzov. P.* 1. *const.* 28. *def.* 41. De impensis convivii funebris dubitatur; & quidem de Jure has non huc spectare certum est, arg. *d.* 37. *h. t.* Moribus tamen aliud esse volunt. vid. *Berlich. P.* 1. *concl.* 64. *n.* 90. quod admitto si honeste intermitti non possunt, sed dignitas personæ hoc exigat, insuperque defunctus non sit obæratus; in talibus enim expensis semper facultatum defuncti ratio habenda. *Carpzov. d. const.* 28. *def.* 42. Impensæ quoque in ultimum defuncti morbum factæ huc solent referri. *Carpz. d. l. def.* 45.

Leges notabiles h. t.

L. 2 §. 4. §. 5. § 6. L 5. L 8. pr. L. 14. §. 6. §. 7. §. 8. §. 10. §. 12 § f. L 16. L. 22. L. 28. L. 35. L. 39. L. 41. L 44. L. 55.

Lib. XI. Tit. 8.

De mortuo inferendo & de sepulchro ædificando.

Scriptores de hac materia vid. ad Tit. præcedent. add. Ziegler de eo quod justum est circa mortuos.

§. I.

§. 1. Hic titulus hodie utilis est, quoties quis impeditur mortuum inferre in sepulchrum ad familiam suam pertinens, sive in quo mortuum inferendi jus habet, qualis causa celeris est expeditionis: Hinc nec hodie appellationes in causa sepulturæ admitti solent. Carpzov. Jurispr. Ecclesiast. Lib. 2. def. 395. quod intelligo si adsit cadaver aliquod inferendum, alias enim ubi nullum in mora periculum est, etiam super jure sepulturæ admittenda esset appellatio. Imo & tali casu interdictum hoc utile esse posset, si quis impediatur cœmiterio ad sepulturam uti vid. Struv. h. t. th. 96. Schulz in Synops. Institut. ad § 1. Inst. de Interdict.

§. 2. Quod in L. 2. h. t. habetur, fœminam gravidam non esse sepeliendam antequam partus ei excidatur, id quidem hodie rarius fit, sed male, cum ex ejus omissione sæpius partui, qui alias vivus servari potuisset, moriendum sit, ob quam causam Magistratuum negligentiam hac in parte accusat. Brunnemann. ad d. L. 2. h. t.

Lib. XII. Tit. 1.

De Rebus creditis, si certum petatur, & de conditione.

Jung. L. 4. Tit. 2. C. si certum petatur, L. 4. Tit. 30. C. de non numerata, & tit. J. de liter. obligat.

De Rebus creditis scrips. Philipp. Matthæi, Johann. Goeddeus, Johann. Borcholt, Johann. Kizzelius. De Credito, Johann. Domin. Gaitus. De contractu mutui Thomas Lindemann, Valentinus, Riemerus, Christoph. Besold, Frider. Albert. Maulius, Nicolaus Reusnerus, Nicolaus Mozzius, Benedict. Carpzovius, Johann. Kannengiesser. De mutuo non esse alienationem Claudius Salmasius. De Mutuo contro Salmasium Cyprian. Regnerus De mutuo esse alienationem Joh. Jacob Wissenbach. De mutui alienatione Wilhelm Gœsius, Ernest Frider. Schrœter. De mutuo Universitatum Henricus Hahnius. Ad L. Civitas. ff. de Rebus Creditis Wolffg. Adam Lauterbach. De mutuo publico Johann. Martin d' Autel. De mutatione monetæ quod solutionem Andreas Dinnerus. De Chirographo Martinus Schele. De contractu chirographario

phario Enoch Glæser, Anton. Affelmann. De Literarum obligatione Henr. Bocerus, Johann. Harpprecht, Frider. Alb. Maulius, An nomina, chirographa salva Lege Anastasiana minori pretio cedi & vendi possint? Caspar Manzius. De Apochis Caspar Ziegleru, Joh. Jacob Reusnerus. De Anargaria, seu non numeratæ pecuniæ exceptione Georg Frider. Faber, Philipp. Martin Fabricius. De Anargaria Joh. Thomæ, Bernhardus Schulze. De querela non numeratæ pecuniæ contra Apocham Frideric. Philippi. De mutuo, literarum obligatione & querela non numeratæ pecuniæ. Wolffg. Adam Lauterbach. Ad L. si ex cautione. C. de non numerata pecunia, scil. adversus defendentem se hac exceptione probandam actori numeratam pecuniam, Eman. à Costa.

Usus Tituli modernus.

§ 1. Materiam hanc in praxi esse frequentissimam, in vulgus notum est; occurrunt tamen quædam quæ moribus aliter se habent ac Jure Romano dispositum. Sic Jure Civili ex promisso mutuo nemo obligatur, cum sit contractus realis, ad cujus perfectionem consensus non sufficit. Hodie, cum ita pactum de mutuo dando concurrat, obligationem exinde nasci puto & alterum ad mutuum dandum vi pacti obligari.

§ 2. Attamen nec hodie licita est conventio, ut plus reddatur quam mutuo datum, sicuti id etiam prohibitum erat Jure Romano, ut 10. mutuo danti 11. promittantur, per L. Rogasti 11. §. 1. ff. h. t quamvis enim omne pactum hodie per se ad agendum efficax sit, illud tamen ita intelligendum, nisi pactum super re LL. prohibita ineatur: saperet vero præsens pactum usurariam pravitatem. Quatenus ergo id quod promittitur usuras legitimas non excedit, eatenus pactum erit licitum. vid. L. 9. C. de non numer. pecun. Confer. Brunnemann. ad L. 2 h. t. num. 8.

§. 3. Circa mutatam monetæ bonitatem intrinsecam vel extrinsecam, praxis non est uniformis, cum vix Provincia detur, quæ non speciale statutum de hac materia receperit. In Saxonia mutata bonitate extrinseca solutio fit secundum valorem tempore contractus, quod idem in bonitate intrinseca observatur. vid. Const. Saxon. p. 2. const. 28. & ibi Carpzov.

§ 4. In Marchia extat edictum monetale de Anno 1623. ubi distinguitur: aut aliquid expresse conventum in obligatione; aut nihil conventum: priori casu hoc solvendum quod conventum est, quia sine dubio ita expendit, vel se ab ære alieno liberavit: posteriori

riori casu pro 5. Thl. unus est restituendus (quo ipso respicitur ad monetam depravatam qua Anno 1621. utebantur) ex quo haud obscure colligitur: mutato valore in Marchia non tempus contractus, sed tempus solutionis esse respiciendum, nam tempore solutionis 5. thaleri pro uno tantum poterant expendi. Confer. Brunnem. Exerc. 17. ad Institut. th. 15. pag. m. 148. Ego breviter ita sentio: Si nummi restitui possunt, quales mutuo dati, accipere eos debet creditor qualicunque in bonitate mutati: Si non possunt restitui, tot alii nummi solvendi, quod expendi possent pecunia mutuo data, si ad manus esset. Sic enim nulla utrinque læsio, & Creditor recipit, quod dedit, si non in natura, parili tamen in effectu seu valore.

§. 5. Quæ ulterius in LL h. t. habentur, scilicet quod stipulatio non valeat ut mutuum alii reddatur, L. 9. §. 4. ff. h. t. hæc aliter se hodie habent, cum moribus ob generalem pactorum validitatem alteri per alterum acquiri obligatio possit, & sic quoque alteri potest pacisci & stipulari. Mevius P. 4. Dec. 112. n. 4.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. §. 1. §. 3. §. 4. L. 3. L. 5. L. 6. L. 9. pr. §. 8. *f.* f. L. 11. pr. §. 1. L. 12. L. 14. L. 15. L. 18. L. 22. L. 25. L. 27. L. 30. L. 32. L. 34. L. 40.

Lib. XII. Tit. 2.

De Jurejurando sive voluntario sive necessario, sive judiciali.

Jung. L. 4. Tit. 1. C. de rebus Creditis & Jurejurando. Et L. 2. Tit. 59. C. de jurejurando propter calumniam dando. L. 2. Tit 23. x. de jurejurando. & Tit. 7. de juramento calumniæ.

De juramentis scrips. Thomas del Bene, Franciscus Duarenus, Anton. Corsettus Johann. Borcholt. Cato Sacchus. Caspar Valascus, Guil. Barilajus, Hugo Donellus, Johannes de Selva, Jacobus Petrus de Ptolemæis, Vincent. Mancinus, Georg. Blacevellus, Ludolph. Schraderus, Joachim à Beust, Christoph. Besoldus, Jeremias Setser, Hardewic. Dasselius. Wolffg. Adam Lauterbach, Bernhard. Schulze, Gothofred. Fibigius. De genio Principis & veteri per hunc jurandi more Bernhard. Ludov. Mollenbecius. De juramento Clericorum Michael Bay. De promissionibus in vim juramenti factis David Raw. De jurejurando in alterius animam Justus Oldekop, Georg. Feltmann. De juramento confirmatorio Johann. Gutierez. De vi & efficacia juramenti promissorii & confirmatorii Polycarpus Michael Rechtenbach.

bach. De juramenti promissorii obligatione Robert. Sanderson. De jurejurando civium Luder. Menckenius. De homagio Hieronym. Frobenius, Thomas Maulius, Georg Ritterus, Joh. Eisenhart. Uffelmann, Bruning. De juramento fidelitatis subditorum Leiser. De Religione obsequii Nicol. Christoph Lyncker. De Privilegiis juramentorum Seraph. de Seraphinis & ad eum additiones Martin. Beneckendorff. De juramento credulitatis Wolffg. Adam Lauterbach. De juramento calumniæ Georg Obrecht Francisc. Curtius, Christoph. Besold, Petrus Theodoricus. De conditione jurisjurandi Petrus Schulzius. De juramento litis decisorio Johann. Rebhan, Vincent. Caroccius. De juramenti judicialis affectionibus Christoph. Philipp. Richterus. De juramento judiciali Jacob Bornius, Frideric. Philippi. De juramento litis decisorio Daniel Neubronnerus. De juramento Suppletorio Quirinus Schacherus. De juramento perhorrescentiæ Gerhard. Feltmannus, Wolffg. Adam Lauterbach. De juramento manifestationis Joh. Dav. Seipp. De juramento minorationis Joh. Henric. Mylius. De juramento minutionis Johann. Philipp. Richter. De Relatione juramenti Wolffg. Adam Lauterbach. De juramento appellationis Wilhelm

helm Gabriel Pachelbel à Gehag. De Relaxatione à juramento Johann. Sibrandus, Nicol. Michaelis. De Perjurio Anton. Cossettus, Ernest. Frider. Schröterus, Engelbert de Burg.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Circa usum modernum materiæ juramentorum hoc præcipue observandum, quod in praxi semper ad illam Juris Can nici Regulam recurramus: Quodcunque Juramentum sine dispendio salutis servari potest illud validum est. cap. Quamvis. de pact. in 6to. ut hinc ex omni juramento modo nihil turpitudinis contineat valida detur actio, quod secus erat Jure Romano. Vid. Wesenbac. ad h. t. th. 39. Ex quo apparet plerasque illas limitationes, quando negatur actum aliquem esse validum nisi accesserit juramentum, intelligendas esse secundum praxin modernum ex dispositione Juris Canonici. Nam Jure Civili, si actus lege prohibitus est, juramentum nihil operabitur, L. non dubium 5. C. de LL.

§. 2. Hodie omne juramentum esse judiciale, nullum vero voluntarium sive extrajudiciale, vult Groenweg. de LL. abrogatis ad Rubr. h. t. sed nullus dubito, etiam hodie juramentum extrajudiciale seu voluntarium ab altera parte relatum esse efficax,

cax, & vim transactionis inter partes habere, ita ut inde vel actio vel exceptio detur. Vid. *Zanger. de exception part.* 3. *cap.* 16. *num.* 17.

§. 3. Deferri posse juramentum in causa famosa Jure Civili certum est *L* 9. §. 2. *ff. b. t.* sed receptam esse sententiam contrariam in praxi vult *Carpzov. P.* 1. *const.* 12. *def.* 31. *n.* 4. quod forte in Saxonia obtinebit. Vid. *Struv. b. t. tb.* 40. Alias hæc praxis dubia est, hinc ipse *Carpzov. P.* 3. *Dec.* 231. etiam in causis criminalibus & famosis modo non ad pœnam corporis infligendam agatur, admittit.

§. 4. Hoc Jure Saxonico singulare est, quod quamvis Jure communi in quavis litis sive processus parte possit deferri juramentum judiciale *L. generaliter* 12. *inf. pr. C. de R. C.* Sicuti & idem in Marchia observatur ibi tamen ante L. C. tantum & præstitam Guarandam deferri possit, postea vero non admittatur. *Carpzov in Process. Tit.* 11. *art.* 1. *n.* 99. Nisi ante L. C. sibi facultatem deferendi reservaverit. *Berlicb. P.* 1. *Concl.* 18 *n.* 34. & nisi post L. C. causa emergat nova, super qua juramentum deferendum. *Carpzov. d. l. num.* 111. vel Reus super exceptione sua juramentum deferre velit *Carpzov. d. l. num.* 113. modo si non prius

ad

ad reprobationem obtulerit. *Carpzov. d. l. num.* 118.

§. 5. Porro moribus solennia quædam Juramentorum inducta, quamvis illa solennitas, quod jurans tangere debeat Evangelium, jam tum Jure Civili & Canonico fuerit inducta. vid. *L.* 14. §. 1. *C. de Judic. Novell.* 74. *c.* 5. *Can. Hortano.* 20. *caus.* 3. *qu.* 9. Quæ ceremonia adhuc hodie apud Pontificios frequentatur, & in specie digiti imponuntur Evangelio S. Johannis; Episcopi vero jurantes non tangunt Evangelium, sed manum pectori imponunt. vid. *A. B. Tit.* 2. *pr.* Posse vero Augustanæ Religioni addictos salva conscientia tactis Evangeliis jurare probat *Limnæ de Jur. Publ. L.* 2. *c.* 3. *n.* 4. Id vero apud nos frequentius est, quod mares elevatio prioribus digitis, fœminæ vero sinistræ digitis pectori impositis jurent. vid. *Diss. Sam. Stryk.* 7. *de Jur. sensuum. cap.* 1. *n.* 39. *Carpzov. in Proc. Tit.* 11. *art. n.* 104. *seqq.*

§. 6. Jure Civili juramentum calumniæ præcise necessitatis erat, adeo si semel exactum, postea necessario præstandum, nec voluntate partium poterat remitti, *L.* 2. §. 4. *C. de Jurejur. propt. calumn. Gail. L.* 1. *Observ.* 84. sex hodie in arbitrio Judicis situm esse, quando hoc juramentum calumniæ præstandum sit vel non, vult *Mev. P.* 2. *Dec.* 224.

§. 7.

§. 7. Perjurium Jure Romano impunitum esse volunt multi ob *L. 2. C. de R. C.* quod tamen ex illo textu non poterit evinci, Conf. *Mastert. de Justit. LL. Roman. Lib. 2. Dub.* 25. Hodie vero perjurium sine dubio à Magistratu punitur, quæ pœna pro qualitate causæ in qua pejeratur variat: Hinc pro arbitrio Judicis pœna erit pecuniaria, vel carceris, vel relegationis, vel fustigationis, digitorum amputationis. vid. *Carpz. Prax. Crimin. qu. 46. n. 43. & seqq. Lauterbach. Diss. de Different. Jur. Civil. & Saxon. thes. ult.*

Leges Notabiles h. t.

L. 3. pr. §. 1. L. 5. pr. §. 2. & 3. L. 6. L. 9. §. 1. §. 2. §. f. L. 15. L. 16. L. 17. pr. §. 1. §. f. L. 26. pr. L. 28. §. 1. L. 31. L. 33. L. 34. §. 2. §. 4. §. 6. §. 7. §. f. L. 38.

Lib. XII. Tit. 3.

De in litem jurando.

Jung. L. 5. Tit. 53. C. de in litem jurando.

De in litem jurando scrips. Hugo Donellus ad h. t. Joh. Baptista de Plotis, Phanuccius de Phanucciis, Joh. Borcholt, Philippus Lochmann, Zacharias Pruesschenok, Johaon. Otto Tabor, Wolffg. Adam Lauterbach. De Sacramento Zenoniano Balthasar

ſar Steudner. De Æſtimatione Helv. Ulric. Hunnius, Henricus Hahnius, Ericus Mauricius. De æſtimatione rei debitæ ineunda Theodor. Dieterich, Wilhelm Maſius, Marcus Lyclama à Nyeholt. Antinomiæ de rei debitæ peremtæ præſtatione & ejusdem ineunda æſtimatione David Lindtner.

Vſus Tituli modernus.

Hic Titulus in Praxi adhuc utilis eſt, nec enim in Germania juramentum in litem ſublatum, uti de Gallia & Belgio ſuo aſſerit Groenweg. de LL. abrog. ad h. t. unde adhuc hodie actori ſi reus per contumaciam rem petitam aut reſtituere nolit, aut non poſſit, permittitur ut jurato rem æſtimet. Circa hoc tamen in praxi nihil intereſſe putat *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 23. *def.* 19. an juramentum veritatis an affectionis præſtandum ſit; ſed integrum hoc hodie ex judicis arbitrio dependere, quale juramentum ſit præſtandum, quod & in actionibus ſtricti juris admittendum putat; ſed de hac Praxi dubito, tutius enim limites à Jure Romano præſcriptos in hoc juramento obſervat Judex.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. pr. §. 1. L. 5. §. 1. usque ad §. f. L. 7. L. 8. L. 11.

Lib. XII. Tit. 4.

De Condictione causa data causa non secuta.

Jung. L. 4. Tit. 6. C. de condiction. ob caus. datorum.

De condictionibus scrips. Johann. Kizelius, Georgius Wernerus, Johann. Gravius. De condictione causa data causa non secutâ Julius Pacius, Andreas Cludius, Wolffg. Adam Lauterbach, Frideric. Wieger, Straussius. De condictionibus cum apposito Christoph. Hermann. Bremerus. De pœnitentia dantis Struv. Decis. Sabbath, cap. 25. Decis. 1. seqq.

Usus Tituli modernus.

Quæ in hoc Titulo proponuntur, in viridi adhuc sunt observantia, hoc saltem excepto, quod is qui dedit, non amplius ex pœnitentia condicere possit rem datam, sicuti licuit Jure Romano, *L. 5. pr. &* §. 1. *h. t.* sed ad implendum agere debeat, ob pactum, quod tali casu concurrit, & ita validum obligationis nexum inducit. Unde & Jure Canonico tali casu pœnitentiæ locum non esse asserunt Dd. allegati à *Brunnemann. ad d. L.* 5. *n.* 8. *ff. h. t.* & ob idem pacti vinculum *L. fin. h. t.* hodie non attenditur.

M Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. §. 3. L. 4. L. 5. pr §. 3. in f. L. 15. L. fin.

Lib. XII. Tit. 5.

De condictione ob turpem vel injustam causam.

Jung. L. 4. Tit. 7. C. de condictione ob turpem causam, & Tit. 9. C. de condictione ex injusta causa.

De obligatione civili ex conventione turpi scrips. Joh. Philipp. Slevogtius. De Quæstu meretricio Simon Christoph. Ursinus. De Argentangina Judiciali Petrus Schulze.

Usus Tituli modernus.

Hodie pariter ac Jure Romano attenditur an dantis, an accipientis, an vero utriusque turpitudo adsit, & tunc saltem si adsit turpitudo solius accipientis, conceditur repetitio. Hinc in praxi secundum hunc Titul. pronunciandum. Illud vero quod in *L. 4. §. 3. ff. h. t.* habetur, meretricem pro stapro non turpiter pecuniam accipere, sine dubio falsum est, res turpis enim turpior fit accedente pecunia.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. pr. §. f. L. 4. tot. L. 8.

Lib.

Lib. XII. Tit. 6.
De Condictione indebiti.

Jung. L. 5. t. 5. C. de condiction. indebiti.

De condictione indebiti scrips. Andreas Cludius, Christian. Schürer, Wolffg. Adam Lauterbach. Bernhard Schulze, Johann. Christoph Lipold, Georg. Bruning. Ad L. frater à fratre ff. de condict. indebiti Johann. Mercerus, Julius Pacius.

Usus Tituli modernus.

Materia condictionis indebiti hodie in Judiciis est frequentissima, nec quicquam occurrit quod moribus immutatum, hinc nec hodie quod errore Juris solutum, per condictionem indebiti repeti potest. *Carpz. P. 2. const. 28. def.* 20. modo naturalis aliqua obligatio concurrat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 5. L. 7. L. 10. L. 13. L. 14. L. 15. L. 16. L. 18. L. 19. §. 1. L. 26. pr. §. 1. §. 3. §. 12. L. 27. L. 28. L. 29. L. 32. pr. §. 2. L. 33. L. 38. L. 40. pr. L. 41. L. 44. L. 49. L. 50. L. 51. L. 54. L. 65. §. 1. §. 5. §. 6. §. f. L. 66.

Lib. XII. Tit. 7.

De condictione sine causa.

Jung. L. 4. Tit. 9. C. de condict. ex Leg. & sine causa.

De condictione sine causa scrips. Wolffg. Adam Lauterbach.

Usus Tituli modernus.

In hoc titulo pariter nihil occurrit quod moribus receperit mutationem, ita ut potius quodlibet indebitum condictione sine causa hodienum repeti posse confirmet *Lyncker. Respons. 77. n. 42.*

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. L. 4.

Lib. XIII. Tit. I.

De condictione furtiva.

Jung. L. 4. Tit. 8. C. de condict. furtiva.

De condictione furtiva scrips. Marcus Lyklama à Nyeholt, Antonius Mercator, Andreas Cludius, Polycarpus Wirth, Johannes Strauchius, Wolffg. Adam Lauterbach.

Usus Tituli modernus.

Condictionem furtivam hodie pariter utilem

utilem esse nemo dubitat: in eo tamen moribus à Jure Romano recessum esse putat *Groenvv. ad L. 1. b. p.* quod cum hodie non exprimatur quo genere actionis quis experiri velit non amplius ad certas personas hæc condictio furtiva possit restringi, sicuti fit Jure Romano per *L. 1. & 12. pr. & §. f. ff. b. t.* Sed omnibus eam dari vult, quorum interest. Verum de consequentia ista non immerito dubitamus: nam nec Jure Romano expressio nominis actionis necessaria fuit, *vid. supr. Tit. de Edendo* Et quicquid tandem sit, de Jure Civili tamen certum est, hodie ita esse proponendam actionem, ut ex ejus narratis Judici tantum non expresso nomine constare possit, quo genere actionis experiri velit. Judex vero ex requisitis cujusvis actionis judicabit an aliqua actio subsit, ne alias sine actione reum actor condemnet.

Lib. XIII, Tit. 2.

De condictione ex Lege.

Jung. L. 4. Tit. 9. C. de condictione ex Lege.

De condictione ex Lege scrips. Hugo Donellus, Ludolphus Schrader, Erasmus Ungebauer. De condictione ex moribus August. Benedict. Carpzov.

Vsus Tituli modernus.

Præsens Titulus ad novas illas actiones moribus aut constitutionibus Principum inductas commode poterit applicari; sic actio ex pacto dicenda erit condictio ex moribus, quia ex moribus pactis vis agendi concessa. Pariter conjux superstes in Marchia dimidiam bonorum partem sive portionem statutariam petens habet condictionem ex statuto, quia hoc ipsi ex statuto Marchico concessum est. Idem obtinet in Saxonia in filia vel cognata Geradam petente.

Leges notabiles h. t.

L. un.

Lib. XIII. Tit. 3.

De condictione triticiaria.

De condictione triticiaria scrips. Johannes Strauchius, Samuel Stryckius.

Vsus Tituli modernus.

Originetenus quidem Triticiaria condictio propterea introducta, quia in mutuum tantum veniebat pecunia numerata, non aliæ res fungibiles, quæsi mutuo datæ, hac actione repetebantur. Eatenus ergo hic Titulus est hodie inutilis, cum omnes res fungibiles hodie mutuo dentur, & sic condictione

one certi repeti poſſint. Quatenus tamen rerum fungibilium æſtimatio non vero ipſa res, quam poſt mortem forte recipere damnoſum eſſet, repetitur, ad hunc titulum recurritur, & inde cujus temporis æſtimatio præſtanda ſit inquiritur.

Leges notabiles h t.

L. 2. L. 3. (conf. L. 22 ff. de R. C.)

Lib. XIII. Tit. 4.

De eo quod certo loco dari oportet.

Jung. L. 3. Tit. 18. C. ubi conveniatur qui certo loco dare promiſit.

De eo quod certo loco dari opportet Wolffg. Adam Lauterbach. Johannes Strauchius.

Uſus Tituli modernus.

Hic Titulus hodie omnino utilis eſt, ſi enim alio loco quis debitum petat quam in quem deſtinata eſt ſolutio exprimere hunc locum debet, quo poſtea arbitrari poſſit Judex quanti alterutrius interſit rem ſuo loco non peti, vel ſuo loco non ſolvi.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. pr. §. 4. §. 5. L. 7. L. 8. L. fin.

Lib. XIII. Tit. 5.

De conſtituta pecunia.

Jung. L. 4. Tit. 8. C. de conſtitut. pecun.

De conſtituta pecunia ſcrips. Paul. Graſeccius, Auguſtus Beckſtein, Wolffg. Adam Lauterbach Synopt. Tr. ad h. t. De conſtituto obligatorio Erneſt. Frider. Schröterus, Andreas Mylius.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Qui conſtituit ſe pro alio ſoluturum, hodie eo magis obligatur, quo certius eſt, ex nudo pacto dari actionem, & hinc conſtituens à fidejuſſore parum differt. vid. *Francus de fidejuſſor. cap. 1. n. 2. ſeqq.* Olim enim conſtitutum fiebat per nudum pactum, fidejuſſio per ſtipulationem. Hodie pacti & ſtipulationis eadem vis eſt: hinc & beneficia fidejuſſoribus competentia e. gr. excuſſionis & diviſionis, ſine dubio conſtituentibus applicanda, arg. *L. fin. C. h. t. & Novell. 4. cap. 1. Carpzov. P. 2. conſt. 18. def. 2.*

§ 2. Hæc autem comparatio fidejuſſoris & conſtituentis ita obtinet ſi quis pro alio ſe ſoluturum conſtituat. Si vero quis pro ſe ipſo conſtituat, fidejuſſor dici nequit, cum omnis fidejuſſor intercedat pro alio, vid. *Hering. de fidejuſſ. c. 18. n. 5.* ſed hoc caſu hodie

die constituti nullum superesse usum puto, cum iterato sive geminato pacto hodie amplius ad producendam obligationem opus non sit, sed una & simplex promissio sufficiat.

§. 3. Quæ itaque de illo qui pro alio constituit h. t. dispofita, omnia usu quoque obtinent, nisi quod circa constitutum alternativum aliquid mutatum videatur: Si enim quis promittat: Tibi aut Titio solvam: Jure Romano Titio nulla competit actio *L.* 7. §. 1. *ff. h. t.* quod hodie aliter se habet, cum alteri per alterum obligatio acquiri possit.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. pr. §. 3. §. 5. §. 7. L. 3. §. 1. L. 5. §. 2. L. 11. L. 14. pr. §. fin. L. 16. §. 1. §. fin. L. 19. pr. L. 21. tot. L. 27. L. 28.

Lib. XIII. Tit. 6.

Commodati vel contra.

Jung. L. 4. Tit. 23. C. de commodato. L. 3. Tit. 15. x. de commodat.

De commodato scrips. Frider. Albert. Mavilus, Paulus Grafeccius, Christoph. Philipp. Richter, Bartholomæus Leonhard. Schwendendörffer. De diligentia Ernest. Frider. Schröterus. De supplenda negligentia

Prælati Anton. Corsettus. De curiositate Samuel Stryck. De damnis præcipue vero de illis quæ ex dolo culpa aut casu proveniunt eorumque correctionibus & præstationibus Georg Adam Struvius, Henricus Coccejus. De damno rebus alienis licite illato Samuel Stryck. De dolo malo Julius Pacius, Celsus Bargalius, Valentinus Riemerus, Georg. Wernerus. De culpa Johann Otto Tabor, Georg. Engelbrecht, Justus Mejer, Philippus Daumb. Quirinus Schacherus, Amadeus Eckolt, Guilielmus Nisetus. De cura & culpa publica & privata circa ignem custodiendum Balthasar Speckhun. De damnorum culpa, casuque factorum itemque infectorum præstatione Burcard. Edemus. De gradibus culpæ in contractibus Christophor. Wächtlerus. De lata & levi culpa Petrus. Barbosa. De periculis & culpis in Contractibus Nicolaus de Burgundiis. De Casibus fortuitis Sebastianus Medices, Christoph. Besoldus, Nicolaus Reusnerus, David Lindnerus, Thomas Micke. De casu ejusque natura in contractibus Henricus Bertram. De casuum fortuitorum periculo ratione dominii & possessionis David Lindner. De incendio casuali Samuel Stryckius. De edaci locustarum pernicie Joachim Hoppius. De muribus eorumque damnis Georg Adam

Stru-

Struvius. De insolito Johannes Brunnemannus. Ad L. contractus 23. de R. Juris ubi agitur de dolo, culpa & casu fortuito Nicolaus Rittershusius, Joh. Vela, Henricus Bocer, Jacobus Gothofredi, Hubertus Giphanius, Marcus Del-Rio.

Usus Tituli modernus.

Materia commodati sine dubio praxi quotidiana comprobata est, nec quicquam occurrit, quod hodie se aliter habeat. Jure tamen Saxonico singulariter statutum, quod res commodata, postea oppignotata vel deposita non possit à tertio possessore vindicari, sed contra illum saltem agendum erit, cui res commodata est. vid. Land=Recht *T. 2. art. 60.* quod idem quoque Jure Lubeccensi obtinet, ubi certa regula, Hand muß Hand währen/ de qua vid. *Mev. ad Jus Lubecens. L. 3. Tit. 3. art. 1. n.* 22. *seqq.* Sed irrationale hoc casu Jus Saxonicum esse, & hinc in praxi secundum Jus Civile pronunciari dicit *Carpzov. P. 2. const. 26. def.* 5. ubi *def.* 6 subjicit nec Jure Saxonico commodatarium de periculo teneri, nisi culpa casum praecesserit. vid. *d. const. 26. def. 7.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. L. 3. pr. §. 1. §. 2. §. fin. L. 5. §. 3. §. 4. §. 8. §. 9. §. 10. §. f. L. 8. L. 9. L. 10.

L. 10. L. 13. L. 15. L. 17. pr. §. 23. §. fin. L. 18. pr. §. 2. §. 3. §. f. L. 22. L. fin.

Lib. XIII. Tit. 7.

De pignoratitia actione vel contra.

Jung. L. 4. Tit. 24. C. de pignoratitia actione & L. 8. Tit. 35. C. de pactis pignorum & de Lege commissoria in pignoribus rescindenda. L. 3. Tit. 21. x. de pignoribus & aliis cautionibus.

De Contractu Pignoratitio scrips. Conradus Meckbach. Plures qui de pignoribus & hypothecis scripserunt. vid. ad Exercit. 26. Tit. 1. L. 21. De Antichresi Georg. David Locamerus, Gregorius Biccius, Henric. Leimgart, Tobias Mœbius, David Slüter. De Jure Antichreseos Wolffg. Adam Lauterbach. De pacto Antichreseos Michael Frider. Ledererus. De Antichresi tacita Joh. Jodoc. Felwingerus. De pignoratitia actione directa ejusque præscriptione Lacornus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Titulus hic in Praxi famosus est, & LL. in eo comprehensæ in viridi sunt observantia. De eo quidem controverti solet inter Dd. an actioni pignoratitiæ sive juri luendi pignoris nunquam præscribi possit? Sed sen-

ten-

tentia negans uti juri conformior, scilicet eam non soluto debito nunquam præscribi, cum ante solutionem hæc actio non sit nata, ita eadem praxi universali præsertim in Camera Imperiali approbata. *Gail. L.* 2. *Obs.* 18. *conf. Brunnemann. ad L.* 9. *ff. h. t. n.* 8.

§. 2. Circa id tamen in Praxi cautus quis esse debet, ne contractus pigneratitus cum pacto retrovenditionis confundatur: nam inter hos contractus quoad effectum multum interest: in pigneratitio enim contractu possessor tenetur ad rationes reddendas de fructibus perceptis & percipiendis, ob *L.* 3. *C. h. t.* Et in quantum fructus usuras excedunt, tantum sorti singulis annis detrahi debet. In retrovenditione vero possessor omnes fructus suos facit, quanticunque etiam sint. *Carpzov. P.* 2. *const.* 1. *def* 1. *n.* 4. & 5. Regulariter autem respicere solent, an contractus à mutuo inceperit, 2.) an pretium sit modicum, 3.) an concurrat consvetudo fœnerandi, tali casu enim quamvis contractus sub nomine retrovenditionis sit initus, tamen præsumitur pignoratitius. *Carpzov. d. l. def.* 2. *Berlich. P.* 2. *Concl.* 1. *n.* 6. & *seqq.*

§. 3. Hoc adhuc observandum est, quamvis actio pigneratitia ex contractu sit, & ita non contra tertium possessorem sed tantum contra

contra creditorem detur. Jure Canonico tamen soluto debito actio ad repetendum pignus etiam contra tertium detur per *cap. 6. x. de pignor.* quod ob æquitatem, ne debitori reddatur difficilis rei suæ persecutio, in praxi receptum. *Mev. P. 5. Dec.* 343. *n* 9. Quæ quidem actio vel imploratio officii Judicis vel condictio ex illo capite dicenda.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. pr. & §. fin. L. 3. L. 4. L. 8. pr. §. 4. §. f. L. 9. pr. §. 3. §. 4. §. f. L. 11. §. 2. §. 3. L. 13. L. 16. §. 1. L. 20. tot. L. 22. pr. §. 2. L. 25. L. 26. §. 1. L. 33. L. 34. L. 36. §. 1. L. 41. L. 42.

Lib. XIV. Tit. 1.

De exercitoria actione.

Jung. L. 4. Tit. 25. C. de exercitoria actione. it. L. 3. tit. 29. per quas person. nob. obligat. acquir. & L. 4. tit. 27. C. per quas person. cuique acquiratur.

De Jure navium Samuel Stryckius, Kramerus. De navium varietate Johannes Schefer. De Jure Portuum Johannes Frideric. Rhetius. De Re Nautica Gregor. Gyraldus. De Legibus nauticis Anton. Augustinus. De Mercatura & nautarum rebus Rotæ Genuensis Decisiones. De Mercatura nautica Bernhardus Ludovicus Mollenbecius. De Jure & re

re navali & de rei navalis & belli aquatici præceptis Julius Ferretus. De Commerciis & Rebus nauticis Beneventura Stracha. De re nautica Arnoldus Vinnius. Extat libellus Italico Idiomate conſcriptus & venetiis excuſus ſub Titulo: Conſolato del mare, in quo relatæ Conſtitutiones Imperatorum Græciæ, Alemanniæ, Regum Francorum, Hiſpaniæ, Syriæ, Cypri, Balearium, Venetorum, Genuenſium. De Re & Jure Aquatili Sigismundus Buchnerus. De Jure maritimo & nautico Franciſc. Stypmann. De Jure maritimo & navali Johannes Loccenius. De Naviculariis & Ratiariis. Von Schiff- und Floß-Leuten Schmidii Commendar. ad Jus Bavaric. Tit. 32. art. 4. Tom. 3. De Re nautica Petrus Peckius.

Uſus Tituli modernus.

Etiam hodie exercitor ſi navi præpoſuerit magiſtrum ex hujus facto obligatus, quatenus cum ſcil. navi præpoſuit. vid. *Mev. ad Jus Lubec. P. 2. Tit. 3. art. 6. n. 21.* De eo vero in praxi diſputare ſolent, an ob factum magiſtri obligetur dominus mercium der Frachter / an vero Exercitor der Rheder? Et puto ſecundum Jus Civile hoc decidendum, ſcil. illum obligari qui magiſtrum præpoſuit. Nam & hodie præpoſitio dat Legem contractui; quando ergo Dd. dicunt; Dominum

merci-

mercium ob culpam teneri magiſtri, hoc in ſpecie ad culpam non profeſſi vectigalis reſtringendum, ubi damnum domino mercium imminet. vid. *Marquard. de Jure merc. L.* 1. *cap.* 8. *n.* 31. *Mev. d. l. n.* 20. Quod ſi tamen magiſter ab Exercitore ad telonium exſolvendum præpoſitus, omnino exercitor à Domino mercium poſſet conveniri, ex quo patet adhuc hodie ſecundum h. titul. eſſe pronunciandum.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. §. 2. §. 5. §. 7. §. 9. §. 12. §. 13 §. 15. §. 16. §. 17. §. 18. L. 2. L. 3. L. 4. pr. §. 1. §. f. L. fin.

Lib. XIV. Tit. 2.
De Lege Rhodia de jactu.

De Lege Rhodia de Jactu ſcrips. Jacob. Gothofredi, Jacobus Andreas Cruſius. De contributione jactus Joh Schulzius. De contributione propter jactum Georg. Werner. De Jactu Erneſt. Frider. Schröterus. De Avariis Quint. Weitſen cum obſervat. Simon. à Leuwen & Matth. de Vico. De Avaria Theodorus Schröderus, Richterus. De Imperio maris & jure maufragii colligendi Jacob. Gothofredi. De maufragiorum compendio Gottfr. Nicol, Schleenſtein. De Jure appulſus

ſus Joachim. Kampter, Kettlerus. De Jure naufragii colligendi Johann. Scheele. De furto earum rerum quæ navis levandæ cauſa ejiciuntur Amadæus Eckolt. De jurisdictione litorali Joachim Schulzius. De æquitate & extenſione Legis Rhodiæ Wolffg. Adam Lauterbach. De requiſitis Legis Rhodiæ in caſibus quibus æquitas & mens illius per extenſivam interpretationem obtinere adſtruitur Harpprecht Conſ. Tubing. 23. num. 116. ſeqq.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Apud Rhodienſes olim controverſiæ navales decidebantur, ad quod ſpeciali Jure utebantur nautico, cujus fragmenta exhibet *Marquard. de jur. Mercat. L. 3. c. 3. n. 5. ſeqq.* Poſtea vero cum illa inſula à Turcis occupata eſſet, translatum eſt Jus Nauticum ad civitatem quandam inſulæ Gottlandiæ Wißby dictam, unde denominationem accepit das Wißbysche See-Recht / quod pariter exhibet *Marquardus de Jur. Mercat. P. 2. pag. m. 674.* Demum ad Civitatem Lubecenſem hoc Jus translatum, ubi hodie regulariter cauſæ maritimæ præſertim Hanſeaticarum civitatum deciduntur.

§. 2. Cæterum nullum eſt dubium, hodie ſi ab aliquo in gratiam aliorum, quo horum res ſerventur, merces ejectæ, reliquos ſe-

cundum dispositionem *h. tit.* ad contributionem obligari, quæ contributio hodie recepto nomine Avaria sive Haverey / quod à Germanorum Haven sive portu ita dictum videtur: cum hi contribuere teneantur, quorum merces ob jactum salvæ in portum pervenere. vid. *Marquard. de Jure Mercat. L.* 3. *c.* 4. *num* 4. *seqq.*

§. 3. Præcipue autem ad hunc Titulum seu potius ejus rationem recurritur, quando certi homines in gratiam aliorum quo hi suas res indemnes servent, rebus suis privantur: tunc enim illi quorum res servatæ, damnum passis tenentur ad restitutionem, ob rationem quæ habetur in *L.* 2. *inf. pr. h. t.* quod æquissimum sit, commune detrimentum fieri eorum, qui propter amissas res aliorum consequuti sunt, ut suas salvas haberent e. g. si ædes destruantur, ne ædes vicinorum pereant incendio, si suburbia destruantur, quo civitas fortalitio cingi possit, si hosti pecunia ab uno data avertendi incendii gratia ab integrâ civitate, german. Brandschatzung / si tamen una pars provinciæ sine hoc respectu, ut reliquæ partes liberentur, damnum ab hostibus accepit, hoc resarciendum non est, sed casui fortuito ad scribendum est. vid. *Stryck. de Jur. Sens. Diss.* 9. *c.* 5. *num.* 31.

Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. pr. §. 2. §. 4. §. fin. L. 4. §. 2. L. 6. L. 7. L. 8. L. 9.

Lib. XIV. Tit. 3.

De Institoria actione.

Jung. L. 4. Tit. 25. C. de institor. action.

De constitutione & juribus factorum seu institorum Hulderic. Eybenius. De institoriis commerciis von Factori oder Commissions Handlungen Henric. Balthas. Rhotius. De institoria actione Amadæus Eckolt. De mercatura Christoph. Haffner. De Jure mercatorum Joh. Georg. Simon. De mercatorum contractibus Engelbert Wippermann, Johannes Nider. De Jure in curia mercatorum usitato Wolffg. Adam Lauterbach. Quæ uxor mercatrix Johannes Rebhan. De fœmina mercatrice Petrus Schulzius. De institoribus Adolphus. De jure mercatorio Kochus. De Libris mercatorum Rosner. De probatione quæ fit per Libros mercatorum Kleinius.

Usus Tituli modernus.

Nihil hodie occurrit quod circa hunc Titulum mutatum reperiatur; nam & hodie principalis ex facto institoris conveniri potest, imo & ipse institor durante officio, non

vero eo finito, nisi proprio nomine contraxerit. *Carpzov. P. 2. const. 20. def. ult.* Dicuntur vero hodie institores receptiori vocabulo. Factores, de quibus. vid. *Marquard. de Jur. Mercator. L. 1. cap. 8. n. 14. Speidel. in specul. Juris sub vocab. Factor*, oder Laden-Diener.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. L. 5. pr. §. 8. §. 11. §. 12. §. f. L. 7. §. fin. L. 8. L. 9. L. 10. L. 13. pr. §. fin. L. 15. L. 17. §. 2. L. fin.

Lib. XIV. Tit. 4.

De Tributoria actione.

De Tributoria actione scrips. Synopt. tract. Wolffg. Adam Lauterbach.

Usus Tituli modernus.

Hujus Tituli rarior est usus, quoad servos enim penitus exolevit, quoad filios vero rarius ipsis à parentibus concedi solet peculium, nisi simul separatam oeconomiam instituerint, qua ipsa tamen instituta, patria potestate liberantur. Quod si tamen pater in convictu retineret filium, & ipsi peculium concederet, sed idem postea male inter creditores distribuerit, ad hanc actionem recurrendum foret.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. §. f. L. 5. §. 11. §. 15. §. 17. §. 18. L. 7. §. 2.

Lib. XIV. Tit. 5.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur.

Jung. L. 4. Tit. 29. C. quod cum eo qui in alien. pot.

Usus Tituli modernus.

Idem juris hodie in filiofamilias obtinet quod Jure Romano dispositum: nam & hodie ex omni contractu quidem obligatur filiusfamilias excepto mutuo, sed executio differtur, donec sui juris factus fuerit: cum Pater nec hodie ex debito filii in patris utilitatem non contracto obligetur; quodsi vero in utilitatem Patris contraxerit, sed post emancipationem patris heres non fuerit, non tenetur nisi in quantum facere potest, *L. 1. ff. h. t.*

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. L. 4. pr. §. 1. §. 2. §. 4. L. 5. pr.

Lib. XIV. Tit. 6.

De senatus consulto Macedoniano.

Jung. L. 4. Tit. 28. C. de SCto Macedoniano.

De senatus Consulto Macedoniano scrips. Gothofredus de Jena, Wolffg. Adam Lauterbach, Johannes Andreas Frommannus, Caspar Zieglerus, Johannes Ernestus Noricus, Johannes Ludovicus Janus. Utrum omni obligatione filiusfamilias solvat senatus consultum Macedonianum Gothofredus Strauff. De filiofamilias mutuante Marcus Rhodius. De SC. Macedoniani cessatione Johann. Georg. Simon. De Renunciatione SCti Macedoniani Hermosilla, voce Renunciatio.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nec hic Titulus in praxi aliter se habet, cum & hodie, si filiofamilias pecunia mutuo data, & illa non in necessariam causam impensa, creditori exceptio SCti Macedoniani obstet. Imo usus hujus Tituli hodie adhuc latius patere videtur. Jure Romano enim in causa numeratae pecuniae tantum obtinebat, non vero si alia res fungibilis data per *L. 7. §. 2. h. t* nisi forte res alia hoc fine data, ut filius eam venderet, & pecunia uteretur *L. 3. §. 3. h. t*, sed hodie omnibus illis

 Credi-

Creditoribus opponi solet, qui luxus subsidia filiisfamilias suppeditant, ut cauponibus, cenopolis &c. vid. *Struv. Exerc.* 20, *th.* 53. *Lauterb. ad h. t.* §. 1. §. 5.

§. 2. Hoc hodie quoque certum est, quod filius, qui nuptias contraxit sive separatam oeconomiam instituit, si mutuam sumserit pecuniam, hac exceptione amplius uti non possit. Cum enim de filio in potestate constituto tantum loquatur SCtum, talis vero pro emancipato habeatur, SCtum cesset necessum est. *Brunnemann. ad L.* 1. *num.* 6. *ff. h. t.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. f. L. 3. pr. §. 2. §. 3. L. 7. §. 3. §. 6. §. 11. §. 12 §. 13. §. f. L. 9. pr. §. 2. §. 3. L. 11. L. 12. L. 15. L. 16. L. 19.

Lib. XV. Tit. 1.

De Peculio.

De peculio adventitio, castrensi, & profectitio Emanuel Mendoza. De peculio adventitio irregulari Wolffg. Adam Lauterbach. De peculio Christianus Taubmannus, Amadeus Eckolt. De jure Peculiorum filiorum familias Michael Fridericus Ledererus. De subsidio paterno Henr. Linck. De peculiis filiarumfamilias Romanus. De peculio

mulierum Prange. De usufructu in liberorum peculio adventitio Mezgerus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Quia hodie per separatam negotiationem & oeconomiam filius tacite emancipatus, rarius hodie actio de peculio locum invenit, sed ipse filius conveniendus. Non enim hic de omni peculio, sed illo tantum quod pater concessit, agitur, cum per concessionem illam eousque peculium se extendit, quod si pater autem in convictu retinuerit filium, & eidem peculium ad specialem negotiationem concesserit, hic Titulus obtinere potest.

§. 2. Peculium adventitium quod concernit, de quo hodie frequentior quæstio est, & in specie quidem de bonis maternis pater de peculio convenitur, sed non actione de peculio, sed ordinaria actione ex illo contracta resultante, ex quo debitum petitur, quam actionem pater tanquam legitimus hujus peculii administrator suscipere tenetur. *L. 1. C. de bon. matern.*

Leges notabiles. h. t.

L. 3. §. 5. §. 7. §. 9. §. 11. §. 12. §. f. L. 5. §. 2. §. f. L. 9. §. 2. L. 21. pr. L. 25. L. 30. §. 4. §. 6. §. f. L. 44. L. 46.

Lib. XV. Tit. 2.

Quando de peculio actio annalis est.

Usus Tituli modernus.

Actio de peculio alias quidem perpetua est, L. 2. h. t. extincto tamen peculio per mortem vel emancipationem annus tantum datur creditoribus, hac actione experiundi; idem annale spatium etiam obtinebit in peculio castrensi si filius familias intestatus moriatur *L. 17. ff. de pecul. castr.* nam hoc pater tali casu jure potestatis patriæ occupabat. Verum hodie cum pater per *Nov.* 118. tanquam heres in tale peculium succedat, perpetua actio contra patrem dabitur.

Lex notabilis est L. 2. h. t.

Lib. XV. Tit. 3.

De in rem verso.

Jung. L. 4. Tit. 26. C. dn in rem verso.

De probanda versione Crediti Samuel Stryck. De versione in rem civitatis ad L. civitas ff. de R. C. Wolffg Adam Lauterbach. De exceptione non factæ versionis Carpzov. Lib. 2. Resp. 106.

Vſus Tituli *modernus.*

Hic Titulus in praxi frequentiſſimus eſt. Quotiescunque enim in rem patris quid verſum eſt, ut ea fieret melior non deterior juxta *L. 3. §. 7. h. t.* toties hac actione contra patrem agimus. Et quamvis utilitas poſtea caſu quodam fatali extincta fuerit, hæc tamen actio quæ ex verſione ſemel nata locum invenit. *L.* 3. *§. 7. h. t. Maſcard. de probat. Concluſ.* 1166. *n.* 36. *ſeqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. 2. §. 4. §. 6. §. 7. §. 9. L. 5. L. 16. L. pen.

Lib. XV. Tit. 4.

Quod juſſu.

Vſus Tituli modernus.

Et hæc actio moribus hodiernis obtinet & prioribus actionibus utilior eſt. Quoties enim juſſus patris probari poteſt, non attenditur quantitas peculii aut verſio in rem patris, ſed pater ſimpliciter ad reſtitutionem obligatur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 2. §. 3. §. 4. §. 7. L. 4.

Lib. XVI. Tit. 1.

Ad SCtum Vellejanum.

Jung. L. 4. Tit. 29. C. ad SCtum Vellejan.

De senatus consulto Vellejano scrips. Andreas Laubmayer. Gregorius Biccius, Paullus Francisc. Romanus, Amadeus Eckolt, Joh. Christoph. Falcknerus. De SCti Vellejani certioratione Philipp. Hausmannus. Ad L. ult. C. de SCto Vellejano Johannes Caspar Mookel. De muliere intercedente ejusque beneficio Josua Fürstenbergerus. De contractibus mulierum Joachimus Wibelius. De juribus fœminarum singularibus Benedictus Carpzov. De obligatione mulierum ex Statuto Lubecensi Eduard. Ludovic. Kundenreich. Dissertationes Tripartitæ de SCto Vellejano Arnoldi Rath.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Tituli hujus usus ex praxi quotidiana notissimus, nam & hodie mulieri intercedenti ad hoc SCtum datur recursus, ubi tamen necessario attendendum, an revera intercesserit mulier. Multum enim interest, an mulier alterius causa contraxerit vel promiserit, an vero alienam obligationem in se receperit, vel ad eam accesserit; posteriori casu locus est huic SCto, non vero priori.

ori, quia illud nuspiam fœminæ eſt interdictum. *Mev. P.* 4. *Dec.* 298.

§. 2. Circa renunciationem hujus ſenatus conſulti non eadem ubique locorum praxis eſt. Diſtingui autem ſolet an mulier interceſſerit, pro extraneo, an pro marito Si pro extraneo, Jure Romano valida eſt renunciatio, etiam extrajudicialis & injurata, *L. fin.* §. *pen. h. t.* modo præceſſerit certioratio *Gail.* 2. *Obſ* 77. *n.* 3. *Carpzov. P.* 2. *conſt.* 16. *def.* 19. ſed ſi jurata eſt renunciatio, non opus eſſe in praxi certioratione, vult *Gail. d. Obſ.* 77. *num.* 10. quod ex validitate juramenti quam ex Jure Canonico habet, dependet. Conf. *Struv. Exerc.* 21. *th.* 10. *inf.* In Saxonia vero hoc ſpecialiter receptum, quod renunciatio pro extraneo in judicio fieri debeat *Carpzov. d. Conſt.* 16. *def.* 17. adeo ut ne quidem in domo judicis facta ſufficiat, niſi forte mulier, impedita in Judicium venire, Judicem & ſcabinos ad ſe vocaverit. *Carpz. d. l. def.* 18. In Marchia vero hoc caſu non opus eſt ut renunciatio fiat in Judicio.

§. 3. Pro marito Jure Romano noviſſimo ſi interceſſerit uxor, regulariter huic beneficio renunciare non poteſt, nec ea valet licet ſæpius fuerit repetita, *Nov.* 134. *cap.* 8. *Auth. Si qua mulier. C. h. t.* Per praxin tamen univerſalem receptum ut ſi huic Auth. in

ſpecie

specie renunciaverit uxor (quamvis ut Authentica specialiter mentio fiat, alii non præcise necessarium putent) subsistat intercessio, modo renunciatio fuerit jurata. *Carpzov. P. 2. const. 16. def. 1. Zanger de Except. p. 3. cap. 11. n. 73.* nec sufficit renunciatio facta: an Eydes statt / nisi subjecta clausula: So wahr mir GOtt helffe. *Carpzov. d. l. def. 6.* & nisi hæc ultima verba fuerint adjecta, non sufficit, etiamsi intercesserit bey dem Wort der ewigen Wahrheit. per *Decis. novis. Saxon.* 25. Conf. *Philippi ad d. Decis.* 25. *Obs.* 2. Restringitur tamen hoc ad bona dotalia & donationem propter nuptias in Saxonia, ut quoad hæc non aliter obligentur pro marito, nisi modo prædicta observaverint & præstiterint: quoad paraphernalia vero valeat intercessio non jurata, modo fuerit judicialis. *Carpzov. d. const. 16. def. 10. Philippi d. l. Observ.* 3.

§. 4. In Marchia pariter jurata renunciatio necessaria est, si pro marito intercedere velit, & requiritur insuper, ut vel in Judicio (quod idem in Saxonia obtinet *Philippi d. l. Obs.* 1. *n.* 3.) vel coram Notario & testibus renunciatio fiat, nec hic distinguitur inter bona dotalia & paraphernalia; nam eadem renunciatio in omnibus requiritur, quamvis si tantum jure hypothecæ renunciare velit

uxor,

uxor, hoc facere etiam possit sine juramento ad ductum Juris Civilis *L.* 11. & *L.* 21. *C. h. t.* Sic tamen necessum est, ut ex aliis mariti bonis satisfieri possit uxori, quod in casu intercessionis legitime factæ, aliter se habet, ubi indistincte uxor obligatur *Carpzov. d. Const.* 16. *def.* 12.

§. 5. Hoc quoque generali praxi receptum est, quod uxor communem cum marito negotiationem exercens, si pro marito etiam sine renunciatione se obligaverit, beneficio SCti Vellejani non gaudeat, *Mev. P.* 2. *Dec.* 206. & *ad Jus Lubec. P.* 1. *Tit.* 10. *art.* 2. *n.* 74. non tamen communis mercatura ex eo colligenda, quod uxor in taberna merces vendere soleat: operas enim suo marito præstare obligata est; sed si pecunias suas simul in negotiationem impenderit, & de parte lucri pacta sit. *Brunnemann. ad L. fin. h. t.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 2. L. 2. § 2. §. 3. §. 4. § f. L. 6. L. 10. L. 11. L. 13. L. 17. §. f. L. 18. L. 24. pr. L. 27. pr. §. f. L. 29. §. f. L. 32. pr.

Lib. XVI. Tit. 2.

De compensationibus.

Jung. L. 4. Tit. 41. C. de compensation.

De compensationibus scrips. Petrus Bellogus,

logus, Sebaſtianus Medices, Scipio Gentilis, Jacobus Meſtertius, Johannes Borcholt, Leonhardus Coppelius, Georg. David Locamerus, Polycarpus Wirth, Georg Obrecht, Henricus Hahnius, Henricus Schröderus, Zacharias Conrad. Uffenbach, N. Tyndarus. De compenſatione delictorum Otto Johannes Eraſmi. De compenſatione fructuum cum expenſis Joachimus Hoppius. De compenſatione debitorum publicorum Harpprecht. De compenſatione fructuum Gallus de fructib. Diſput. 13. p. tot. De compenſatione collectarum Balmaſeda de collectis Quæſt. 110. De compenſatione Decimarum Gregor. Tholoſan. L. 2. Syntagm. Jur. Unic. cap. 24. n. 3. De compenſatione expenſarum Carpzov. Proceſſ. Tit. 24. art. 1. n. 37. & art. 3. n. 36. De retentione & reconventione Joh. Petr. Molignatus. De jure retentionis Johann Althuſius, Bernhard Schulz, Pyrrhus Maurus, Bartholomæus Leonhardus Schwendörfferus, Johannes Breiger, Johann. Strauchius, Jeremias Richterus, Johannes Fridericus Rhetius, Georg. Adam Struvius, Chriſtoph. Philipp. Richterus. De retentione pignoris ob pecuniam chirographariam Wolffg. Henric. Drewer. De reconventione Joh. Petrus Molignatus, Eraſmus Ungebaur, Theophilus

Giſe-

Gisebertus, Wolffgang Werther Mulphort, Johann. Georg. Gülcher, Georg. Wernerus, Johann. Bueck, Johann. Christoph. Falcknerus.

Vsus Tituli modernus.

Circa materiam compensationis nihil in Praxi immutatum deprehendo, cum omnia illa quæ hoc Titulo comprehensa, in viridi sint observantia, illud vero, quod liquidum cum illiquido compensetur, si illiquidum in continenti liquidari possit, moribus hanc interpretationem recipit, quod in continenti sit intra terminum probatorium, & ita Jure Saxonico intra 6. Septimanas & dies *Carpz. P.* 1. *const.* 8. *def.* 13. ubi in præcedentibus & sequentibus multa de exceptione compensationis habet, quatenus illa in Judiciis Saxonicis contra instrumentum guarentigiatum locum inveniat. Illud etiam certum est, pacto effici posse, ut quoque illiquidum in compensationem veniat. *Mev. P.* 2. *Decis.* 328.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. L. 4. L. 6. L. 7. §. 1. L. 8. L. 10. pr. §. 1. §. 2. L. 11. L. 14. L. 16. §. 1. L. 18. §. 1. L. 23.

Lib.

Lib. XVI. Tit. 3.

Depositi vel contra.

Jung. L. 4. Tit. 34. C. depositi vel contra L. 5. Tit. 16. x. de deposito.

De contractu depositi scrips. Hippol. à Collibus. De Deposito Frider. Albert. Mau-lius, Nicolaus Mozzius, Henricus Hahnius, Joachim. Weccius, Erasmus Ungebaur, Johann. Michael Beutherus, Frideric. Ernest. Schröterus. De privilegiis depositi Nicolaus Christoph. Lynckerus. De Deposito irregulari Petrus Mascovius. De Deposito Juris Wolffg. Adam Lauterbach. De Deposito, Obligationibus & Sequestro Vincent. Caroccius. De Sequestris & Sequestrationis Johann. Baumann, Franciscus Curtius, Guilielmus Schmid. De Sequestrationibus Jacob de Arena, Georg. Adam Struvius Caspar Zieglerus, Joh. Carol. Nævius, Johann. Volckmann Bechmannus. De Jure Sequestrationis Andreas Cludius, Wolffg. Textor. De Sequestro Guido Fojanus. De Sequestratione possessionis & fructuum Johann. Gœddeus. De sequestratione possessionis Johann. de Suhagun. De Jure sequestrato Henric. Bocerus.

Vſus Tituli modernus.

Præſens Titulus pariter nil continet, quod contraria fori obſervatione mutationem acceperit; hinc nec hodie depoſito opponi compenſatio, aut illud ob delictum aliquod retineri poteſt; niſi hoc ſpeciatim conventum. *Mev. Part. 2. Dec. 55.* Pariter nec ſequeſtratio hodie regulariter admittenda, niſi previa cauſæ cognitione, & alio remedio deficiente. *Mev. P. 2. Dec. 246.* niſi forte inſtans periculum armorum, ut citius ad ſequeſtrationem deveniatur, exigat. *Mev. Part. 4. Dec. 234.* Cæterum quamvis pœnam dupli in caſu depoſiti miſerabilis hodie exoleviſſe velit *Groenweg. ad h. t.* in eo tamen fidem non meretur. vid. *Brunnem. ad L. 1. h. t. n. 3.* Quid Jure Lubecenſi circa depoſitum à tertio vindicandum juris ſit vid. *ſupr. Tit. commodati.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. §. 6. §. 8. §. 15. §. 24. §. 25. §. 34. §. 35. §. 36. §. 44. §. 45. §. pen. L. 7. pr. §. 2. L. 8. L. 12. §. fin. L. 16. L. 17. L. 22. L. 23. L. 24. L. 25. L. 26. pr. L. 31. L. 32.

Lib. XVII. Tit. 1.

Mandati vel contra.

Jung. L. 4. Tit. 35. C. Mandati vel contra.

De mandato ſcrips. David Lindenerus; Sigiſ-

Sigismundus Flachius, Franciſcus Romanus. De contractu mandati Henricus Caniſius. De mandato ſpeciali Petrus Schulzius. De officio mandatarii Fridericus Deckherrus. De mandato delinquendi Samuel Stryckius. De conſilio eorumque jure Wolffg. Adam Lauterbach, Magnus Saul. Ad L. conſilii non fraudulenti nulla obligatio 47. De Regulis juris Quirinus Schacherus. De commendatione Johann. Andreas Frommannus. De jure commendationis Petrus Schulzius. De obligatione ex literis commendatitiis Zimbertus Amſing.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Materia mandati uſu fori notiſſima eſt, & ſecundum jura civilia ſolet dijudicari, nec occurrit quicquam quod hodie mutatum dici poſſit: unde & mandata turpia hodie ſunt invalida, quamvis juramentum acceſſerit. *Carpzov. P.* 4. *conſt.* 6. *def.* 8. *num.* 2. & quamvis mandatum ſit contractus b. f. Jure Romano, in praxi vero mandatum dicatur ſtricti Juris; hæc tamen ſibi minime obſtant, cum ſtricti juris tantum dicatur ratio ne executionis, quod limites ejus excedere mandatarius non poſſit. *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 17. *def.* 41. *n.* 8. quod idem de jure civili verum eſt, per *L.* 5. *b. t.* alias enim tenetur ad reſtitutionem intereſſe, *Carpzov. P.* 2. *conſt.* it 20 *def.* 12.

§. 2. Cæterum quod alias monent Dd. consilium in certam personam directum pariter esse obligatorium ac mandatum, vid. *Zœs. ad ff. h. t. n. 4. inf.* Ex. gr. Si certum hominem de opulentia commendem, hoc vix in praxi obtinet vid. *Carpz. d. const. 20. def.* 10. nisi forte dolus commendantis accedat. Jure Lubecensi ex commendatione utique quis obligatur, vid. *Jus Lubecens. L. 3. Tit.* 20. *art. un* quod tamen temperat *Mev. ad d. art. n* 30. modo commendatio fuerit causa impulsiva & contractum præcesserit. Inter mercatores etiam ex commendatione oriri obligationem monet *Marquard. de Jure Mercator. Lib. 2. cap. 11. n. 69.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. §. f. L. 4. L. 5. L. 6. pr. §. 3. §. 5. L. 7. L. 8. §. 5. L. 9. L. 10. pr. §. 10. L. 12. § 11. §. 12. §. f. L. 18. L. 22. pr. & §. 2. L. 29. pr. & §. 4. L. 33. L. 38. L. 41. L. 45. §. 5. L. 46. L. 56. pr. §. 3. §. f. L. 60. §. 2.

Lib. XVII. Tit. 2.

Pro socio.

Jung. L. 4. Tit. 37. C. pro socio.

De societate deque Lucro & Quæstu scr. Hector Felicius, Frider. Albert. Maulius. De societate Justus Sebastianus Mejer, Johannes

hannes Kornmann, Paulus Francisc. Romanus, Jacob Brandmuller. De contractu, societatis Gottfrid. Fibigius Johannes Gryphiander. De eo quod inter socios justum est Henricus Meurer. Ad L. societas ff. pro socio Anton. Dandinus Alteserra Ad Tit. ff. pro socio Gabriel Mudæus. Ad L. societatem ff. pro socio Guilielm. de Tutalto. De connubiali bonorum societate Abraham à Wesel. De societate bonorum conjugali Wolffgang. Adam Lauterbach. De societate quæ est inter virum & uxorem respectu conjugalis acquæstus Johannes Jacob. Wiegerus. De duobus fratribus Petrus de Vbaldis. De sociorum obligatione quæ oritur ex conventione cum extraneis Wolffg. Adam Lauterbach. De divisione lucri & damni inter socios Romanus Teller.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Societatis contractus pariter hodie inter mercatores aliosque frequentissimus est, & sub voce Maßkopey exprimitur, vid. *Webner. Observ. pract. sub illa voce.* Cum autem societas sit facti, & hinc regulariter non præsumitur, nisi probetur, quod præsertim in omnium bonorum societate obtinet, *Carpz. P. 3. const. 15. def. 45. n. 3.* dantur tamen certi casus, ubi & tacite societas inita dicitur, quos casus vid. apud. *Mar-*

 quard.

quard. de Jure Mercator. L. 2. c. 11. n. 4. ubi tamen *n.* 7. bene monet, non confundendam esse in praxi societatem cum bonorum communione, posteriori enim casu revera socii non sunt (licet dicatur societas incidens) sed ad veram societatem opus est conventione vel expressa vel tacita, de re communiter habenda ad commune lucrum.

§. 2. Speciale societatis genus moribus receptum est in civitatibus maritimis, quod vocatur *societas admiralitatis*, quod diversi mercatores navalem societatem ita & hoc pacto contrahunt, ut naves ad peregrinas oras ablegatæ se mutuo defendant, & damnum quod sine culpa nautarum ab hostibus uni illatum, à reliquis rependatur, vid. *Marquard. d. Lib.* 2. c. 11. n. 35. seqq.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4 L. 5. §. 1. L. 14. L. 17. §. 1. §. f. L. 19. L. 20. L. 25. L. 29. §. f. L. 30. L. 35. L. 40. L. 51. L. 52. §. 3. §. 4. §. 9. §. f. L. 59. L. 63. pr. §. 5. §. 6. L. 65. §. 6. L. 68. L. 70. L. 76. L. 79. L. 82.

Lib. XVIII. Tit. 6.

De contrahenda emtione, & de pactis inter emtorem & venditorem compositis, & quæ venire non possint.

Jung. L. 4. Tit. 38. C. de contrahenda emtio-

emtione. Tit. 40. C. quæ res venire non possunt, & qui vendere vel emere vetantur. Tit. 41. quæ res exportari non debeant. Tit. 42. de Eunuchis. Tit. 43. de patribus qui filios suos distraxerunt. Tit. 50. si quis alteri vel sibi sub alter. nom. vel alien. pecun. quid. emer. Tit. 51. de rebus alien. non alien, Tit. 52. de commun. rer. alienat. Tit. 53. rem alienam ger. non interd. rerum suar. alienat. Tit. 54. de pact. inter emtor. & venditor. compos. Tit. 59. de monopol. Tit. 63. de commerc. & mercatur.

De emtione venditione scrips. Johannes Harprecht, Thomas Maulius, Christoph Wendenius, Didacus Millande Guinnones, Fabian de Monte S. Savini, Caspar Bitschius, Johann Gerhard Frauenburgerus, Paul Francisc. Romanus, Georg. Engelbrecht. De contrahenda emtione venditione Gabriel Mudæus. De contrahenda & dissolvenda emtione Didacus Pizorro, Arnoldus Rath. De emtione venditione necessaria Georg. Henr. Brückner, Petrus Schulze. Jus matris circa liberos sanguinolentos occasione L. 2. C. de patribus qui filios distraxerunt Ernestus Frider. Schröterus. De emtore cauto, Nicolaus Martini. De venditione facta ad corpus & ad mensuram Johannes Brunnemann. De venditione per aversionem ejusque opposito

sito

fito Eilardus Jencke. De emtione fpei Georg Henric. Weldmann. De connexis Magnus Fetzerus. De pertinentiis Georg Frideric. Mueg. De jure pertinentiarum Michael Henricus Kraut. De cenfu fundo cohærente ad tit. C. fine cenfu vel reliquis fundum comparari non poffe Joh. Frider. Rhetius. De eo quod juftum eft circa deftinationem Jacob. Bornius. An præfumatur fœnus, quando vendens rem venditam in emphytevfin capit Chriftoph. Caftellionæus. De alienatione Andreas Reuter, Johann Eichelius, Joh. Strauchius, Joh. Henric. Bötticher. De alienatione rerum civitatis Samuel Stryck. De alienatione bonorum avitorum prohibita, Joachim Volfchovius. De alienatione rerum furtivarum prohibita Jof. Fern. de Retes. De prohibitione alienationis facto per teftatorem Nicol. Everhard à Middelburg. De alienationis prohibitione in ultimis voluntatibus Chriftian. Schœne. De teftatorum præceptis extra familiam alienari ad nobilitatem confervandam prohibentibus Barth. Romulejus. De alienandis rebus fideicommiffo fubjectis, Pasqual Saulus. De alienatione multiplici prohibita tam à lege quam ab homine Robert. Maranta. De alienatione bonorum ecclefiafticorum Petrus Rebuff, Martin Navarrus, Ferdinand. Munoz,

noz, Bernhard Schulzius. De non alienandis rebus Ecclesiæ Guilielm. Redoanus, Stephanus Quaranta, Ægidius de Bella mera, Alexander Stiaticus, Fabian. de Monte. De rebus Ecclesiæ non rite alienatis recuperandis & in integrum restituendis Alphons Villaguti. De his quæ exportari non debent Joh Joachim Bockenhoferus. De mercibus illicitis Werner. Theodos. Martini. De rerum pretio Joachimus Deckherrus. De justo rerum pretio Andreas Dinnerus. De conventione in scriptis Johann. Andr. Frommann. De contractibus qui in scriptis fiunt Wilhelm Lyserus, Samuel Stryckius. De mercatura Benedictus Cotrugli, Paul. Francisc. Romanus, Beneventura Stracha. De interesse quod ex mercatura in Rempubl. redundat Nicol. Frider. Fleischbein. De abusu mercaturæ quætenus jure coercetur Engelbertus de Burg. De ratione negociandi seu contrahendi Laurent. Meder. De Jure mercatorum & commerciorum Joh. Marquardus. De privilegiis mercatorum Bartholomæus Leonhard. Schwendendörfferus. De commerciis & Cambiis Sigism. Scaccia. De jure commerciorum Caspar Zieglerus. De commerciis licitis & illicitis Joh. Bapt. Lupus. De jure commerciorum rusticis denegato Gothofred. Stösserus. De commer-

cio circa liberum hominem David. Scheinemann. De jure cerevisiario Joh. Otto Tabor. De jure braxandi August. Benedict. Carpzovius, Theodorus Schœpfer. De Arrha Wolffg. Adam Lauterbach. Guilielm. Persobecher. De Nummis bibalibus Frider. Jac. Wied. De venditione ad credentiam auf Borg oder Credit handeln. Gothofrid. Lehmann. De venditione imaginaria Harpprecht. De venditione fiduciaria Bernharh. Frisen.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Præsens quidem materia universim considerata in viridi est observantia: occurrunt tamen specialia quædam, quæ hodiernis moribus aliter se habere videntur, paucis recensebimus. Primo igitur loco occurrit, quod Præsides provinciarum emere à provincialibus nihil potuerint *L. 46. ff. h. t.* sed hodie hoc vix obtinebit, nisi manifesta concussio doceri poterit, quo casu ad superiorem dabitur recursus. Hoc tamen ejus exemplo adhuc observari volunt, quod Judex cujus autoritate bona subhastantur, ipse inter licitatores nomen profiteri non possit. *Brunnem. ad d. L 46. inf.* sed hoc tunc admitto, si alii Assessores non adsint, qui Judicis licitantis partes supplere possit.

§. 2.

§. 2. Porro Jure Civili cautum eſt, fructus futuros vendi poſſe per *L.* 8. *pr. h t.* ſed hoc per noviſſimus Leges Imperii recepit reſtrictionem aliquam, ut non aliter hæc venditio locum habeat, niſi pro eo pretio quod juſtum eſt tempore contractus, vel 14. dies poſt meſſem. vid. *Reform. Polit. de Anno* 1577. *Tit.* 19. §. *fin.* ubi contrahentes qui hæc non obſervaverint, puniuntur amiſſione pretii, & pœna arbitraria.

§. 3. Circa venditionem nominum ſolennis eſt diſpoſitio L. Anaſtaſianæ quod pro nomine emto vel ceſſo nihil amplius quis conſequi poſſit, quam ipſe dedit. *L. per diverſas.* 22. & *L. Ab Anaſtaſio.* 23. *C. mandati* ſed hoc Jus Jure Saxonico aliter ſe habere notabimus. *ad Tit.* 4 *ſeqq.*

§ 4. Arrharum reſtitutione perfecto contractu emtionis non liberari alterum de Jure certum eſt. vid. *Zœſ. h. t. n.* 37. ſed moribus hoc frequentiſſimum, quod in ſpecie arrhæ in caſum pœnitentiæ dari ſoleant, hoc fine, ut ſi alterum contractus pœnituerit, arrha amiſſa liberi diſcedere queat. vid. *Mev. ad Jus Lubec. L.* 3. *Tit.* 6 *art.* 18. *n.* 16. quod ipſum etiam in conductionibus operarum obſervari ſolet, ubi arrharum reſtitutione nihil frequentius eſt. Cum arrhis tamen non confundendi ſunt. Nummi bibales, Ger-

Germanice: der Weinkauff; hi enim perfecto contractu dantur, quo ex compotatione contractus eo facilius reminiscantur testes. vid. *Besold. Thesaur. Pract. voce: Weinkauff.* Quod si tamen insuper arrha pœnitentialis data, & quis ita resilire velit, præter arrhæ amissionem etiam nummos bibales integros restituit. *Gail. L. 2. Observ. 19. n. 9.*

§. 5. Materia retractus pariter in foro frequentissima est, & poterit in specie de jure retractus ex retrovenditione vid. *Carpzov. P. 2. const. 1. def. 8. seqq.* Et quamvis in specie retractus consanguinitatis Jure Romano sit sublatus, per *L. dudum 14 C. de contrah. emt.* Generali tamen consvetudine in plerisque locis Germaniæ ille retractus iterum receptus, sicuti testantur *Köppen. Dec. 52. n. 11. Gail L. 2. Obs. 19. n. 2.* sicut & hoc extra dubium, valere pactum quod res in familia manere, illa vero alienata, agnatis Jus retractus competere debeat: quamvis tale pactum etiam Jure communi sit validum. *Carpzov. P. 2. const. 32. def. 8.* Imo Jure Lubecensi speciale statutum adest, quod bona hereditaria vel immobilia vendi nequeant, nisi oblata prius fuerint agnatis. vid. *Jus Lubec. L. 3. Tit. 7. art. 1.*

§ 6. Tempus intra quod jus retractus exerceri debeat, pariter ex moribus est, & generali

nerali consvetudine annus eidem præfinitus, vid. *Carpz. P. 2. const, 32. def. 2. Mev. part. 5. Dec. 23.* Quod idem tempus Jure Feudali receptum 2. *Feud. 26. §. Titius.* vid. *Stryckii Exam. Jur. Feudal. c. 20. Qu. 6.* Existimat tamen *Mevius ad Jus Lubecense P. 3. Tit. 7. art. 1. n. 16.* hunc annum tunc competere, si agnatus nulla facta denunciatione prædium vendiderit, sed si prius denunciaverit, & agnatus deliberet an ipse emere velit, an non, tempus aliquod. Judicis arbitrio esse determinandum. Auctores qui de Retractu scripsere vid. infra Tit. 3. hujus. Lib.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. L. 7. §. 1. §. f. L. 8. L. 9. tot. L. 11. §. 1. L. 14. L. 15. L. 19. L. 21. L. 25. L. 26. L. 32. L. 34. §. 3. §. 5. L. 25. §. 1. L. 36. L. 43, §. fin. L. 50. L. 55. L. 57. tot. L. 64. L. 69. L. 71. L 72. L. 74. L. 78. §. 7. L. 80. §. fin. L. ult. §. f.

Lib. XVIII. Tit. 2.

De in diem addictione.

De in diem addictione scrips. Wolffg. Adam Lauterbach. De actu conditionato Antonius Affelmann. De conditionibus Oswald Hilliger. De actione voluntaria Werner Theodorus Martini. De auctionibus Georg. Wernerus.

Usus

Vsus Tituli modernus.

Moribus quoque hodiernis talia pacta venditioni adjici posse, ut alio emtore intra certum tempus meliorem conditionem offerente, res inemta sit, extra dubium est: hinc tali casu ad præsentis Tituli textus in praxi recurrendum erit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. L. 4. pr. §. 3. §. 4. §. 6. L. 6. L. 9. L. 16. L. fin.

Lib. XVIII. Tit. 3.

De Lege Commissoria.

De Lege commissoria scrips. Gothofredus de Jena, Wolffg. Adam Lauterbach, Georg. Adam Struvius, Jacob. Mæstertius. De jure Retractus Immanuel Sutorius, Martinus Pegius, Johannes Lotichius, Johannes Hermannus Runckel, Bonaventura Gauer, Christoph. Philipp. Richterus, Zacharias Pruefchenck, Bartholomæus Leonhardus Schwendendörfferus, Johann. Christoph. Falcknerus, Wolffg. Wilhelm Heberer. De Retractu Consanguinitate Theodorus Reinking, Johann. Helfricus Chuno. De Retractu Gentilitio, Johann Pomeresch, Christianus Widemann, Joh. Philipp. Stol.

De

De Jure Protimiseos Balthasar Benedellus, Johannes Carolus Frauenburg, Wilhelm Leyserus. De utroque Retractu, municipali & conventionali Andreas Tiraquell. De Retractu vicinitatis Johann. Christianus Eichlerus. De Jure Viciniæ Johann. Frider. Koch. De Jure Congrui Joh. Frider. Rhetius, Johann. Novellus, Frider. Gerdesius, Ahasverus Fritschius. De eo qui in emptione potior est Johann. Henric. Bötticherus. De pacto Retrovenditionis Henricus Hahnius, Johann. Otto Tabor. De pacto Retrovenditionis in emtione & venditione Francisc. Zoanettus. De jure ex pacto revendendi si vendatur Johann. Henric. Bergerus. De jure meliorationum competente emtori ex pacto revendendi Frideric. Baleman. De Monopoliis Johannes Thomæ, Gottfried Stösserus, Georg. Wernerus, Tobias Berneggerus, Michael Fridericus Ledererus, Johannes Avenarius, Nicolaus Thilenius, Ahasverus Fritschius.

Usus Tituli modernus.

Titulus hic quoque pariter ac de præcedenti dictum in praxi obtinet; imo uterque Titulus eo majorem vim in praxi habet, quo certius est ex omni pacto validam dari actionem, ut ea propter nihil intersit, an pactum addictionis in diem vel Legis commis-

soriæ

foriæ in continenti an ex intervallo contractui venditionis fit adjectum, in pignoribus nec hodie pactum commissorium licitum esse certum est.

Leges notabiles h t.

L. 1. L. 4. pr. §. 1. L. 5. L. 6. §. pen. L. pen. L. ult.

Lib. XVIII. Tit. 4.

De hereditate vel actione vendita.

Jung. L. 4. Tit. 39. C. de hered. vel action. vendita.

De Hereditate & actione vendita scrips. Wolffg. Adam Lauterbach De cessione actionum Jacobus de Arena, Adrianus Pulvæus, Rinquinus à Reschach, Franciscus Meinders, Henricus Langenbeck, Quirinus Schacherus, Joh. à Sande, Ægidius Adamus Zenck, Henning Rennemannus, Joh. Jacob Felwingerus. De cessione juris & actionum finienda Johann. de Crassus. De cessione juris & actionum Alphonsus de Olea. De cessione jurium sive actionum Henricus Binnius. De cessione actionum & versuris Johann. Brunnemann. De nominibus & actionibus cessis Christian. Lenzius. De cesso debitore Sfort, Oddo. De alienatione actionum

num in potentiores Andreas Staphorst. Ad Legem Anastasianam Casparus Manzius, Francisc. Henric. Höltich. De cessatione Legis Anastasianæ Johann. Joachim. Schöpferus. De cessione expensarum, Slevoigt Disp. de expensis fol. 31. De cessionario potiore Samuel Stryck.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Circa venditionem hereditatis nihil occurrit quod moribus immutatum. Circa venditionem vero nominum contra L. Anastasianam factum id hodie in Saxonia singulare est, quod valeat cessio nominis pro minori pretio, modo non hoc excedat dimidium & cessio fiat judicialiter, expressa quantitate, pro qua cessio facta, & in certa debendi causa. Quodsi vero hoc non observato fraudulenter cessio facta fuerit, debitum integrum ad fiscum devolvitur per *Dec. Saxon. Noviss.* 28.

§. 2. De eo quoque inter Dd. acriter controvertitur, cui si cessio contra L. Anastasianam facta, de jure communi residium assignandum, an creditori cedenti, an debitori cesso, an fisco? Et puto æquissimam esse sententiam ipsi debitori residuum relinquentem. Cum enim in hujus fraudem facta fuerit cessio, merito ipsi succurrendum erit: sicut & debitoribus succurrere vo-

luit L. Anastasiana, ne plus cessionariis compellerentur solvere, quam cedens accepit. vid. *Struv. h.t.th. 81. Brunnem. ad L. 3. C. mandat. in fin.* Et pro hac sententia in facultate Juridica Wittebergensi pronunciatum d. 24. Novembr. An. 1676. Dissentit *Mevius P. 3. Dec.* I. ubi fisco residuum assignandum putat, quæ sententia recepta est in Saxonia per *d. Decis. 28. Carpzov. Libr. 5. Respons. 33.* Confer. *Philippi ad d. Decision. Obs. 7.*

§. 3. Quinam alii sint casus, quibus Lex Anastasiana factæ cessioni opponi nequeat vid. apud *Brunnemann. ad d. L. 23. & in tr. de cessione action. Johann. à Sande & Christian Lenz in simil. Tractatib.* Hoc in genere observandum, quod quoties nulla debitorem vexandi suspicio subest, toties valeat cessio minori pretio. *Lenz. de cess. action. c. 25. pr. n. 4. Sande de cession. act. c. 11. n. 12.* Confer. *Mevius P. 3. Dec. 51.*

§. 4. Porro jure hodierno de Judæis observandum, quod venditiones actionum eis ut & cessiones sint inhibitæ; nec enim licitum est Christiano actionem contra alium Christianum habenti eam Judæo vendere, sicut nec Judæus actionem Christiano contra Christianum cedere potest per *Recess. Imper. de Anno 1551. §.* dieſem zu begegnen. Quodsi tamen cessio judicialiter fiat, & ita omnis suspi-

ſuſpicio fraudis excludatur, eandem licitam eſſe putat *Philippi d. l. Obſ. 6. n.* 27.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. pr. §. 1. §. 2. §. 4. §. 7. §. 18. §. 19. L. 4. L. 6. L. 8. L. 9. L. 23. pr. §. 1.

Lib. XVIII. Tit. 5.

De reſcindenda venditione & quando licet ab emtione diſcedere.

Jung. L. 4. Tit. 44. C. de reſcind. vendition. & Tit. 54. C. quando liceat ab emtione diſcedere.

De reſcindendis cotractibus nominatis ſcrips. Joh. Frider. Rhetius. De læſione ultra dimidium juſti pretii ejusque actione ex L. 2. C. de reſcindenda venditione Caſpar Zieglerus. De læſione ultra dimidium ejusque correctione ad L. 2. C. de reſcind. vendit. Henricus Hahnius. De læſione immodica ex L. 2. de reſcind. venditione Joh. Chriſtophorus Hilchen. Ad L. 2. C. de reſcind. vendit. Dominicus Arumæus, Arius Pinellus. De reſciſſione emtionis venditionis per ſubhaſtationem factæ ob læſionem ultra dimidium ex L. 2. C. de reſcind. vendit. Ludov. Mencke. De reſcindenda venditione Eines Kauffs ſo mit leichten Gelde geſchehen Beſold. Vol. 6. Conſ. 294.

Vsus Tituli modernus.

Titulus hic in viridi eſt obſervantia: nam nec hodie reſciſſio venditionis ultra dolum initæ locum invenit, niſi læſio ultra dimidium deprehendatur, juxta L. 2. C. de reſcind. vendit. ita tamen ut læſio ex tempore contractus & non quidem ex affectione, ſed rei veritate æſtimetur & per teſtes probetur. Carpz. P. 2. conſt. 34. def. 6.

Leges notabiles. h. t.

L. 5. L. 7. §. pen. L. pen.

Lib. XVIII. Tit. 6.

De periculo & commodo rei venditæ.

Jung. L. 4. Tit. 48. C. de pericul. & comm. rei vend.

De juſtitia Juris Romani, quod in contractu emtionis perfectæ periculum rei emtæ ante traditionem emtoris fiat ſcrips. Joachimus Nergerus. De periculo rei venditæ Fabian. de Monte Savini. De obligatione Patrisfamilias in cujus ædibus incendium ortum, ex Saxonica Nov. Deciſ. L. XXIX. Gothofredus Strauſſius. De periculo & commodo in emtione vini Henric. Balthaſar Rothius. De Augmento Joachimus Kämpffer.

Vſus

Vsus Tituli modernus.

Hic Titulus pariter quotidiana praxi frequentatur, & periculum mox post contractum perfectum est emtoris. Quia tamen in praxi frequentissimum est, quod venditor sibi dominium reservare soleat, donec pretium penitus solutum, dubitatur, an tali casu etiam periculum sit venditoris? Quod affirmat *Carpzov. L. 1. Respons. 108.* Sed hæc sententia dubia est; Dominium enim in sui favorem & securitatem reservavit venditor, ergo non debet in ejus odium detorqueri, arg. *L. 6. de LL.* Consultum tamen est, ut venditor hac cautela sibi provideat & dicat: Er wolle ihm biß zur gänzlichen Abtragung der Kauffgelder das dominum an dem Hause reservirt haben/ jedoch sine periculo.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 2. §. 3. L. 4. §. 1. L. 5. L. 8. tot. L. 9. L. 11. L. 14. L. 18. §. 1. L. fin.

Lib. XVIII. Tit. 7.

De servis exportandis, vel si ita mancipium veneat, ut manumittatur vel contra.

Jung. L. 4 Tit. 55. C. si servus exportand. veneat, Tit. 56. C. si mancipium ita venierit,

ne proſtitueretur. Tit. 57. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum, manumittatur vel contra.

Uſus Tituli modernus.

Sublata materia ſervitutis hujus Tituli nullus eſt uſus. In genere tamen ex hoc Titulo colligere ſolent, quod venditor ſi emtor pactum contractui adjectum non ſervaverit, ad intereſſe contra eum agere poſſit.

Leges notabiles h. t.

L. 3. L, 6. §. 1. L. 7.

Lib. XIX. Tit. I.

De actionibus emti & venditi.

Jung. L. 4. Tit. 49. C. de act. emt. & vendit. & Tit. 50. C. ſi quis alteri, vel ſub alterius nomine vel aliena pecunia emerit.

De actionibus emti venditi ſcrips. Hubert. Giphanius. De Implemento contractus ad L. 13. §. 8. de act. emt. & vendit. Eduardus Franciſcus Goclenius. De uſuris pretio tardius ſoluti Gabriel Schwederus. De fide habita Samuel Stryckius. De venditione ad Credentiam Gothofredus Lehmannus. De Reſignatione judiciali Henricus Balthaſar Rothius, Johannes Klein. De inveſtitura Saxoni-

Saxonica in rebus allodialibus immobilibus Andr. Meyer. De pœna conventionali Wolffgang Adam Lauterbach.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Titulus hic in viridi observantia est, & quamvis à Theoreticis prolixe disputetur an venditor præcise ad tradendum compelli possit, an vero liberetur præstando interesse; prior tamen sententia in praxi recepta est. *Carpzov. P. 2. Const. 1. def. 15. n. 2.* ut hinc venditori rem tradere nolenti manu militari eadem auferri possit, arg. *L. 68. pr. ff. de Rei Vind.*

§. 2. Hoc in Saxonia singulare est, quod nuda traditio rei venditæ non sufficiat ad translationem dominii, sed requiratur insuper in immobilibus resignatio judicialis die gerichtliche Auflassung / qua resignatione non facta, dominium in emtorem non transit. *Carpzov. P. 1. const. 28. def. 21. num. 4. & P. 2. const. 39. def. 35.* Licet dissentiat *Struv. h. t. th.* 109. qui hanc resignationem non nisi in bonis censiticis & emphyteuticis necessariam putat. Extra Saxoniam necessaria non est, nisi interdum cautelæ abundantis gratia adhibeatur. De vitiis rei venditæ dicemus infra ad Tit. de Aedilit. Edict.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 7. L. 11. §. 2. §. 4. §. fin. L. 13. pr. §. 3. §. 8. §. 10. §. 11. §. 12. §. 15. §. 20. §. 26. §. 27. §. pen. L. 21. pr. & §. 3 L. 28. L. 30. pr. & §. 1. L. 39. L. 48. L. 49. L. 51. pr.

Lib. XIX. Tit. 2.

Locati Conducti.

Jung. L. 4. Tit. 65. C. de locato & conducto, & L. 4. Tit. 18. x. de locat. conduction.

De locatione conductione scrips. Petrus Barbosa, Johann. Harpprecht, Nicolaus Mozzius, Valentinus Riemerus, Henricus Binnius, Erasmus Ungebaur, Andreas Brummerus, Aurelius de Vergeriis, Johannes Frideric. Deckherrus, Caspar. Bitschius, Zacharias Prueschenck, Tobias Heidenreich, Georg. Adam Struvius, Johann. Christophorus Falcknerus. De operarum locatione conductione Georg. Adam Struvius. De pecunia numerata in locationis conductionis contractu necessaria, Gothofretus Straussius. Tract. Locati & conducti, in quo de pensionibus, fructibus, caducitatibus & remissionibus &c. Vincent. Caroccius. De Rhedis Meritoriis Fridericus Philippi. De admodiatione Johann Otto Tabor, Georg. Adam Struvius. De locatione conductione rei

rei dominicæ Johann. Frideric. Amelunck. Ein rechtl. Bedencken über unterschiedl. Fragen / so in Sachen der Grundherren und Pensionarien, welche ex contractu locationis conductionis für gewiße jährl. pension Landgüter einhaben oder eingehabt / bey noch währenden betrübten Kriegs-Zeiten fast täglich entstehen und vorkommen David Mevius. De tacita relocatione Georg Frideric. Hartkamp. De relocatione & reconductione tacita Fridericus Philippi. De Jure Socidæ Johann. Otto Tabor, Burckhard Henric. Tilemannus. De Colono partiario Wolffg. Adam Lauterbach, Joachim. Kämpferus, Philippus Georg. Reinhold. Ad L. emtorem. 9. C. de locat. conduct. communem quidem legis interpretationem & hinc enatum illud vulgare: Kauff gehet vor Miethe refellens, Hermann Zoll. De Jure Colonario Georg. Adam Struvius, Justus Hahnius. De contractu & jure colonario provinciali Johann. Otto Tabor. De Salariis Burcardus Bardili, Jacobus Gothofredus. De Salariis præcipue vero Pastorum Johann. Christoph. Falcknerus. De Salariis Clericorum Franciscus Stypmannus. De Salariis familiarum Emm. Rodriquez de Silva. De Referendariorum, Advocatorum & Judicum officio, dignitate & salario Johann. Matienzus. De honorariis Advocato-

rum Johann Melchior Sachs. De Salario f. operariorum mercede Lanfran. Zachias. De remiſſionibus mercedis Joh. Henric. Wieland. De Locarii remiſſione ob ſterilitatem aliosque caſus fortuitos Johann. Chriſtoph. Falcknerus. De remiſſione penſionis ſeu mercedis in locatione & conductione Fridericus Gerdeſius. De Indemnitate conductori in rerum locatione præſtanda Henricus Linck. De conductoris expulſione ante tempus Gothofr. Nicolaus Ittigius. De conductore expellendo ante finitam lacationem ad L. 3. & L. 9. C. de locat. conduct. & c. 3. §. venum x. eod. Henricus Hahnius. De expulſione conductoris ſi penſionibus non paruerit Nicolaus Chriſtoph Lynckerus.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Circa præſentem materiam notandum, quod hodie pariter detur locatio expreſſa & tacita, ubi circa tacitam reconductionem gravis controverſia eſt, quamdiu ea cenſeatur facta in prædio urbano? Ubi plerique reſpondent, quod tam diu facta cenſeatur, quamdiu locator paritur conductorem in ædibus habitare per *L. 13. in fin. ff. h. t.* ſed ita nihil dubii in hoc textu decideretur: hinc potius in praxi dicendum puto ad tempus alias expreſſe locari ſolitum tacitam quoque factam cenſeri relocationem. Quic-

Quicquid enim ordinarie conveniri ſolet, illud tacite quoque præſumitur conventum donec appareat contrarium: ut hinc verba Legis: prout quisque habitaverit, ita interpretanda, prout quisque habitare vel conducere ſolitus fuerit. Conf. *Brunnemann in Exerc. ad Inſt. Tit. Locat. in pr.* Diff. *Carpz. P. 2. c. 37. def. 9. n. 7.*

§. 2. Hæc vero ſententia quam *Carpzov. c. l. num.* 9. ſubjicit, quod ſcilicet ſi locatio in ſcriptis contracta plane reconductioni locus non ſit, admittenda non videtur: ſcriptura enim quæ ab initio neceſſaria fuit, non poteſt eſſe impedimento conſenſui tacito, imo alias hoc abſurdum inde ſequeretur; ſi contractus in ſcriptis celebratus & locator patiatur conductorem finito tempore adhuc per aliquot menſes in ædibus ſubſiſtere, eum nil pro hac habitatione petere poſſe. Hinc ita dicendum puto, ſi in ſcriptis certum tempus expreſſum, in id cenſeri factam eſſe tacitam reconductionem. *d. L. 13. in fin ff. h. t. Franzk. Commentar. ff. h. t. n. 24.*

§. 3. Locationem ad heredes tranſire ex communibus Juris noſtri principiis notum eſt. *L. 13 C. de contr. Stipulat.* & quamvis olim de eo in Saxonia dubitatum fuerit, poſtea tamen ſpeciali conſtitutione hoc comprobatum eſt. vid. *Carpzov. P. 2. conſt. 37.*

def.

def. 1. Quamvis locatio operis ad heredes non transeat, præsertim si personæ industria electa fuerit.

§. 4. Hoc porro in Praxi singulare est, quod locatio ad longum tempus facta contra *L. 39. ff. h. t.* jus aliquod reale conductori tribuat, imo ut aliqui Dd. asserunt, quod per hanc locationem utile dominium transferatur. *Matth. Stephan. de Jurisdict. L. 3. p. 1. c. 17. n. 12.* De qua tamen assertione alii dubitant. vid. *Carpz. P. 2. const. 37. def. 12. n. 7.* Pro cautela tamen in Praxi observari solet, ne jus reale in conductorem transferatur, ut non nisi ad 9. annos fiat locatio, aut si ulterius extendatur, singulis novem annis contractus renovetur. Quomodo vero præsupposita hac opinione practica locatio ad longum tempus ab emphytevsi differat vid. *Brunnemann. ad L. ult. ff. si ager vectigal. num. 6.*

§. 5. Cæterum regula ista practica: Kauff gehet vor Miethe / etiam in Jure fundata est in L. si emtorem 9. C. locati, quas vero limitationes in praxi habeat vid. apud *Carpz. d. Const. 37. def.* 4. semper tamen locator rem locatam vendens conductori tenetur ad interesse, quod re conducta usque ad tempus conventum uti non potuerit, *Carpzov. d. l. def. 5.*

§. 6.

§. 6. De remiſſione penſionis ob ſterilitatem in praxi dubitatur, an ſufficiat quævis ſterilitas, an vero ea tanta eſſe debeat, ut ultra dimidium inde ſit læſus conductor? Et poſterius quidem videtur plerisque placere *Carpzov. d. l. def.* 11. verum æquius eſt, ut æſtimatio ſterilitatis boni viri committatur arbitrio. Cum enim penſio pro fructibus ſolvatur, iniquum foret, ut qui tertia parte fructuum per ſterilitatem privatur, integram penſionem ſolvat. vid. *Struv. th.* 16. *h. t.*

§. 7. Si quis ob ſpectra in ædibus locatis ſubſiſtere nequit, non remittendam ipſi penſionem ſecundum jus hodiernum tradit *Groenweg. ad L.* 27. *§. 1. h. t.* ſed cum ratio ipſius falſa ſit, dum ſpectra non agnoſcit, ſed Phantaſiæ ſive imaginationi humanæ adſcribit, merito hæc ſententia rejicitur, & ob ſpectra aliquem à contractu locati reſilire poſſe ſtatuitur. vid. *Gothofred. ad L.* 27. *§.* 1. *h. t.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 7. L. 9 §. 1. § 2. L. 11. pr L. 13. §. 7. §. 9. §. fin. L 15. §. 2. §. 3. §. 4. §. 6. §. 7. L. 19. §. 1. §. 4. L. 24. tota. L. 25. tota. L. 26. L. 27. §. 1. L. 30. pr. §. 3. §. fin. L. 31. L. 37. L. 38. §. 1. L. 39. L. 44. L. 54. pr. & §. 1. L. 61. pr.

Lib.

Lib. XIX. Tit. 3.

De æstimatoria actione.

De contractu æstimatorio scrips. Barthol. Leonhard. Schwendendörfferus. De contractibus innominatis Ægidius Coretus, David Locamerus, Paulus Hager, Christoph. Philipp. Richter, Gothofredus Svevus, Henricus Hahn, Gerhardus von Stökken, Wolffgang Adam Lauterbach, Daniel Clasen. De contractibus innominatis irregularibus Joh. Caspar. Griebnerus. De contractum innominatorum differentiis palmariis Joh Andr. Frommannus. De Proxeneticis vid. infr. Libr. 50. Tit. 15. De æstimatione in genere & in specie Muhlpford. De æstimatione Ericus Mauritius. De æstimatione rei debitæ an & quatenus ea sit ad tempus nascentis obligationis reducenda Andreas Kohl. Exercit. 10. per tot. De æstimatione ad tempus solutionis referenda id. Exercit. 11. De æstimatione ad tempus interitus referenda id. Exercit. 16.

Usus Tituli modernus.

Actionem hanc inutilem esse vult *Groenweg. ad h. t.* sed sine ratione. Quamvis enim hodie nomen actionis in libello exprimere necessum non sit, tamen Judici ex libello con-

constare debet, an actio aliqua competat, & quæ illa sit, quo ita juxta actionis indolem reum condemnare possit. Omnino ergo & præsens Titulus in praxi est necessarius, ut inde constet cujus sit periculum, si res perierit, & ad quid alter alteri obligetur.

Lex notabilis h. t. est L. 1.

Lib. XIX. Tit. 6.

De rerum permutatione.

Jung. L. 4. Tit. 64. C. de rerum permutatione. L. 3. Tit. 19. x. de rerum permut.

De rerum permutatione scrips. Petrus Andreas Gammari de Casali, Thomas Maulius, Ludovic. Gomez, Bartholomæus Leonhardus Schwendendörfferus. De permutatione beneficiorum Federic. de Senis, Petrus de Vbaldis, Petrus Andreas Gammarus, Ægydius Bellamera, Johann. à Chokier. De Saturnino permutationis beneficialis jure Boëtius Epo. De pœnitentia illustrata potissimum ex contractibus innominatis Gothofredus Schilterus.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Circa hanc materiam nihil in Praxi singulare occurrit, nisi quod ex pacto permutationis hodie detur actio, & generalitatem

tem obligationis ex pacto resultantis, unde merito dubito, an in praxi is, qui contractum ex sua parte implevit, deinde pœnitere & rem datam repetere possit, quod quidem Jure Romano licitum erat, quia solus consensus obligationem in permutatione non inducebat; sed hodie quia pactum licitum & validum subest contra fidem pacti vix pœnitentia admittenda.

§. 2. Cum vero ad permutationem Dd. communiter referant Cambium, quippe cum cambire nihil aliud sit quam permutare, & cambium idem est quod permutatio, 1. *Feud.* 21. *§. si quis.* Germanice Ein Wechsel. Hic vero contractus præcipue ex moribus dependet; ideo de ejus indole hic paucis agendum. Describunt vero Cambium (scilicet literarium; nam manuale sive permutatio pecuniæ grossæ & minutæ huc non spectat) quod sit contractus consensualis dandi & reddendi tantundem pecuniæ certo tempore in diverso loco re & pretio constans Vid. *Joh. Martin. Voigt de Cambiis*, *Raphael de Turri de Cambiis*, *Disput.* 1. *th.* 7. Alii quidem ad contractus innominatos referunt Cambium, vid. *Marquard. de Jure Mercat. L.* 2. *cap.* 12. *n.* 23. sed & pro nominato reputari potest, cum moribus nomen suum habeat specificum nulli alii contractui conveniens.

§. 3.

§. 3. Dicitur autem Cambium contractus consensualis; quia hic nullus pœnitentiæ locus: Res de qua contrahitur est pecunia alibi iterum exsolvenda, pretium quod intercedit, dicitur lagium sive symbola collybistica, das Wechselgeld / quod solvitur illi qui pecuniam alibi solvendam in se recipit, quod pretium pro distantia locorum in Civitatibus plerisque jam tum determinatum est.

§. 4. Personæ in contractu Cambii concurrentes sunt hæ:

1. *Remittens*, qui pecuniam transferendam exsolvit, der den Wechsel übermachen läst.

2. *Præsentator*, qui est ille cui facta est remissa, qui præsentat literas Cambii & pecuniam in loco destinato exigit, dem der Wechsel übermacht ist.

3. *Tractans* sive *Trassans* est mercator ille qui repromittit se in loco convento pecuniam exsoluturum, der Trassirer / oder Trassante, der den Wechsel trägt oder übermachet.

4. *Acceptans* est mercator ille in destinato loco constitutus, qui literas Cambii acceptare & pecuniam præsentatori ex solvere debet, alias dicitur mercator cui facta est tracta, der den Wechsel auszahlen soll. Vid. *Voigt. Th.* 5.

§. 5. Dat igitur Tractans literas Cambii

 ipsi

ipsi Remittenti, qui eas præsentari facit in loco destinatæ solutionis per præsentatorem, sive eum, cui facta est remissa, illi cui facta est tracta, sive qui cambium exsolvere debet. Hic vero eas vel simpliciter acceptat, & ita ex acceptatione obligatur præsentatori, vel acceptat eas cum protesto, si scilicet de fide trassantis dubitet, acceptat tamen pro honore literarum Cambii. Jhn bey Ehren und Credit zu erhalten: qua protestatione sibi contra ipsum scribentem literas Cambii actionem negotiorum gestorum quærit. Noluit enim simpliciter ex literis Cambii obligari, & ita non ex mandato sed ex libero arbitrio solutionem in se recipere. Vid. *Voigt. d. l. §. 7. p. m.* 187.

§. 6. Si literas Cambii acceptare nolit, tunc præsentans protestatur contra illum, cui facta est tracta, quod vocant Protestum elevare, postea Cambium ad remittentem remittitur, quo ille contra Trassantem via executiva ad summam in literis contentam cum interesse & expensis restituendum agat. *Voigt. d. th. 7. lit. G. seqq.* ubi simul observandum, quod si is, cui facta fuit trassa, solvere nolit, unumquemvis literas Cambii solvere & inde actionem negociorum gestorum contra Trassantem acquirere posse, quamvis ad ipsum non fuerint directæ. *Marquard. L. 2. c. 12.* §. 7.

§. 7. Porro ad Cambium accedunt literæ intimationis die Advis-Brieffe / quibus significatur illi cui facta est tracta, Cambium hoc esse exsolvendum, & simul media satisfactionis ipsi exponuntur, sine quibus literis avisoriis sive Adviso-Brieffen / nemo Cambium acceptare tenetur *Voigt. d. l. p.* 107. quamvis solæ hæ literæ sine literis Cambialibus acceptantem non obligent. *Marquard. d. cap.* 12. *num.* 47.

§. 8. Tempus, intra quod Cambium acceptatum solvendum, variat pro diversitate literarum Cambii, aut enim in iis tempus expressum à Trassante, e. g. ut visis literis solvat intra octiduum, 8. Tage nachsicht / & tunc hoc tempus acceptanti indulgendum, aut nullum tempus expressum, ubi pariter ex acceptatione literarum obligatur acceptans, quam alias in stipulatione is, qui pure promisit, nisi moribus illius loci certum tempus expressum, quod per vocem: Uso, exprimere solent mercatores. Tempus vero quo protestatio de non acceptato vel non soluto cambio interponenda, variat pro diversitate locorum. Francofurti ad Mœnum in Nundinis præter 14. dies, adhuc quatuor adduntur. Noribergæ præter 14. dies adhuc 6. *Voigt. de Camb. d. th. 7 lit. G. p.* 191. Hamburgi vero elapsa septimana solutionis tres

dies conceduntur. *Marquard. d. cap.* 12. *num.* 90.

§. 9. Si vel tractans vel acceptans bonis cedat, dubitatur, cujus sit periculum. Et quidem si transsans bonis cesserit ante acceptationem, periculum est remittentis, post acceptationem vero periculum est acceptantis, quia hic per acceptationem specialiter est obligatus. Si acceptans bonis cesserit ante acceptationem, trassans obligatur ad periculum, si post acceptationem, trassans liberatur, quia per acceptationem quasi novatio facta. *Stypmann. de Jur. maritim. P.* 4. *c.* 8. *n.* 80. *seqq.* quod intelligo si dolus Trassantis non concurrat, si scilicet ille nesciat, illum cui facta est trassa, non esse solvendo. Plura qui scire desiderat adeat Autores qui de hac materia scripserunt inter quos commendantur sequentes: *Heydigeri* Anleitung zum gründlichen Verstand des Wechsel-Rechts / *Ludovici* Einleitung zum Wechsel-Proceß; *Zipfel* von Wechsel-Briefen/ und deren *Usancen*; Königkens Anmerckungen zur Leipzl. Wechsel-Ordnung; *à Felde de Cambiis*, *Carpzovius de Cambiis*; *Bode de Cambiis*; *Strykius de acceptatione litterarum Cambialium*; Königken *de præsentatione literarum cambialium*; *Voigt de Cambiis*; *Turri de Cambiis*; *Ludovici de muliere cambiante*;

biante; Immig. Jus camb. harmon. summar. Scaccia de Commerciis & Cambiis; Sprengers Wechsel *Practica; Dondorf. de termino peremtorio solutionis & protestationis cambial. Beck ad Ordination. cambial. Noricam, aliiq; qui sequenti Titulo recensentur.*

Lib. XIX. Tit 5.

De præscriptis verbis & in factum actionibus.

Jung. L. 4. Tit. 64. C. de rerum permutat, & præscript. verbis.

De actionibus in factum scrips. Ægydius Agricola. De actionibus utilibus Joh. Christoph. Hartung. De suffragio Johann. Otto Tabor. De suffragio seu intercessione Aulici apud Principem Godofredus Straussius. De collectatione suffragiorum secreta Adam Schragius. De actione suffragii Berger. in disp. de usu actionum cap. 3. §. 7. De Cambiis Hieronymus Jovanninus de Capugnano, Martin. Azpilcueta, Domin Fabianus, Johann. de Medina, Seraphinus Ractius, Joh. Gualderus, Guil. Bontius, Joh. Henric. Brömelius, Jeremias Reusnerus, Joh. de Sala, Raphael de Turri, Thomas de Vito, Georg. Adam Struvius, August. Benedict. Carpzovius, Johann. Martin. Vogt cum Ad-

ditionibus Ahasveri Fritſchii, Everhardus Grave, Georg Michael Heberus. De Cambiis per literas Johann. Baptiſta Cavatius De Cambiis Marcharumque differentis pro Lugduno Hieornym, de Luca. De Cambio Nundinali Antonius Merenda. De Commerciis & Cambio Sigismundus Scaccia. Anleitung zum Wechſel-Recht Joh. Jacob. Heidiger. Continuatio de Cambiis Bernardi Giuſtiniano S. Juſtiniano Italice. Wechſel Practica Johannes Theodoricus. Der vollkommene Kauff- und Handelsmann Jacob. Savarius. De Teſſeris Collybiſticis Henricus Zipſelius. De Aſſecuratione ſelecti tractatus juris varii in materia Aſſecurationis & cautionis diverſorum Doctorum, Benevenut. Stracha, Alphonſ. Villagut, Joh. Adam Schragius, Matthias Mejerus, Michael Fridericus Ledererus. Diatribe de Aſſecurationibus extat in Jure maritimo Hanſeatico Reinold Kuricke. Amſterdamer Aſſecuranz-Ordnung. Erledigung einiger ſchweren Fragen in Aſſecurations-Sachen / Rutger Rulandus. De Aſſecurationibus & Sponſionibus Mercatorum Petrus Santerna. De contractibus ſimulatis Georg. Adam Struvius, Erneſtus Erlenkamp. De actibus & contractibus correſpectivis Georg. Adam Struvius. De ſimulatione Enoch. Glæſer, Anton. Henric. Mollenbecius, Conradus

radus Juncker. De Querela ſimulationis Joh. Chriſtoph. Rauſcher. De Coloribus Juris Joh Jacob. Gambs. De Coloribus Quæſitis Joh. Guldte.

Vſus Tituli modernus.

Titulus præſens hodie in foro frequentiſſimus eſt, præſertim quoad actiones in factum, nec ſingulare quicquam occurrit, quod in foro aliter ſe habeat, niſi quod ob validitatem pacti in omni contractu nominato intercedentis pœnitentia hodie non facile admittatur, *uti dictum in Titulo præcedenti* § 1. quod ita intelligo, ſi aliter rem præſtare paratus ſit, & actoris eam accipere non ſpeciatim interſit; probato enim intereſſe adhuc hodie condictio cauſa data, cauſa non ſecuta, locum habebit, non vero condictio ex nuda pœnitentia.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 5. L. 6 L. 14. L. 15. L. 19.

Lib. XX. Tit. 1.

De pignoribus & hypothecis.

Jung. L. 8. Tit. 14. C. de pignorib. & hypothecis. Tit. 22. C. de pignore Prætorio, & ut in act. debit. miſſ. prætor. pign proc. Tit. 23. C. ſi in cauſ. judic. pign. capt. & Tit. 25. C. de part. pignor. & omn. cauſ. Tit. 35. C. de pactis pign. & de lege commiſſoria in pignoribus reſcindenda, L. 3, Tit. 21. x. de pignor.

De pignoribus & hypothecis scrips. Francisc. Balduinus Wolffg. Grüningius, Georg. Henric. Bolfrasius, Paul. Valent. Holsatus, Gabriel Mudæus. Joh. Baptista Schwarzenthaler, Johann. Francisc. à Ripa, Anton. Negusantius, Mercurius Merlinus, Johannes Mercerius, Frideric. Albertus Maulius, Andreas Laubmejer, Marc. Anton. Peregrinus, Christophorus Wendinus, Melchior Junius, Georg. Locamerus, Johannes Deginck, Caspar Perbandt, Reinh. Bachovius, Julius Pacius, Ægydius Hortensius, Georg. Obrecht, Jacob Mæstertius, Petrus Bellojus, Joh. Hermann. Authæus, Johann. Halbritter, Henricus Hahnius, Ernestus Frideric. Schröterus, Conrad. Carpzov. August. Bened. Carpzov. Bartholom. Leonhard. Schwendendörfferus. De Instrumentis hypothecarum publicarum Hermannus Zoll. De Arrestis David Mevius, Benedictus Curtius, Johann. Svevus, Georg. Adam Struvius, Christian. Ernest. Reichenbach, Phil. Ludov. Authæus, Jacob. Monachus, Benedictus Curtius. De Arresto Saxonico, Joh. Carol. Nævius. De Arresto seu jure sistendi Paulus Grafeccius, Petrus Peckius. Enchiridion Arrestorum & Repressaliorum quæ à quovis Magistratu in gravioribus injuriarum, damnorum & justitiæ denegati-

onis

onis Casibus &c. Georg. Lorichius. De Arresto Forensis s. extranei Nicol. Christoph. Lyncker. De Arrestis Imperii Thomas Maulius. De Lege Commissoria à jure prohibita Luderus Menckenius. De Lege commissoria in pignoribus Jacob. Mæstertius, Theodosius Lehmannus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Quæ de pignoribus & hypothecis in hoc titulo & libro traduntur, fere omnia in viridi sunt observantia, & quamvis moribus hypothecam de re immobili, pignus vero de re mobili dici volint, id tamen magis vulgato loquendi mori quam praxi adscribendum, cùm & res mobilis in securitatem crediti tradita hodie recte pignus dici possit.

§ 2. Existimat quidem *Groenweg. de LL. abrogat. ad L. 4. h. t.* quod ad hypothecam hodie requiratur scriptura; verum id moribus nostris non convenit: quamvis enim vulgariter loquamur: Er hat mir sein Hauß verschrieben / hoc tamen à communiter contingentibus tantum ita profertur, quia melioris probationis gratia hypothecæ constitutio per scripturam exprimi solet. Hoc tamen non obstat quo minus pariter ac Jure Romano hypotheca nudo pacto sine scriptura constitui possit. Conf. *Carpzov. P. 2. const. 23. def. 34. n. 1.*

§. 3. Jure Saxonico tamen hoc singulare est, quod hypotheca in immobilibus non subsistat, nisi ea constituta sit in judicio. *Berlich. P. 2. Conclus. 29. n. 2.* quod procedit, etiamsi inter mercatores hypotheca constituatur. *Carpzov. P. 2. const. 23. def. 6.* & quidem constitui debet coram Judice immediate proximo, adeo ut Domini superioris consensus non valeat. *Carpzov. d. const. 23. def.* 20. Insuper ipse debitor consensum Judicis implorare debet, si enim solus Creditor impetraverit, nihil operatur. *Carpzov. d. l. def.* 23. quæ omnia pariter obtinent de Jure Lubecensi, vid. *Mevius ad Jus Lubecense L. 3. Tit. 4. art. 1. n. 2. & seqq.*

§. 4. Non tamen penitus in Saxonia hypotheca extrajudicialis in immobilibus sine effectu est, 1.) enim obligat heredes ipsius debitoris, quippe qui factum defuncti impugnare non possunt: nam quod hypotheca extrajudicialis in Saxonia sit nulla, hoc tantum in gratiam aliorum Creditorum inductum est, non vero heredum. *Carpzov. P. 2. const. 23. def.* 2.) Eatenus valet, ut talem hypothecam extrajudicialem habens, Chirographariis præferatur, quippe qui nullum penitus jus in re habent. *Berlich. P. 1. Concl. 66. n. 21.* 3.) Valet extrajudicialis hypotheca in re debitori antea judicialiter obligata *Carpz. d. l. def. 11.*

§. 5.

§. 5. An inter pignus Judiciale & prætorium hodie aliquid intersit, inde dubium redditur, quia hodie inter Prætorem & Judicem nulla est differentia; verum diversitas Juris hodie omnino adhuc superest. Nam qui rei servandæ causa vel ob contumaciam immittitur in bona debitoris, & ita pignus prætorium consequitur, adhuc hodie differt ab eo qui judiciale pignus habet, seu ob executionem rei judicatæ est immissus: ille enim nullam prioritatem consequitur, sed post eum immissus idem jus habet: secus in casu posteriori.

§. *6.* Illud quoque moribus adscribendum, quod qui Arrestum imposuit bonis debitoris, ea propter jus pignoris consequetur, adeo ut qui prior arrestum imposuit, potior sit eo qui postea vel hypothecam judicialem consecutus, vel pariter arrestum imposuit, quod in foro Saxonico expeditum. *Carpzov. P. 1. const. 28. def.* 110. *seqq.* Extra Saxoniam vero arrestum hujus efficaciæ non est, nisi speciatim idem receptum appareat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 6. L. 9. §. 1. L. 10 L. 11. L. 12. L. 13. pr. §. fin. L. 15. pr. §. 1. L. 16. pr. §. 1. §. 2. §. 3. §. fin. L. 17. L. 19. L. 29. pr. §. 2. L. 31. L. 32. L. 34. pr. L. fin.

Lib.

Lib. XX. Tit. 2.

In quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahitur.

Jung. L. 8. Tit. 15 C. in quib. caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah.

De pignore tacito scrips. Wolffg. Adam Lauterbach, Andreas Beger. De pignore Legali seu tacito Johann. Strauchius.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Hypotheca tacita si per Legem constituta, omnibus casibus illis, qui in Jure Romano sunt expressi, etiam hodie locum habent, ut hinc, si in praxi dubium circa hypothecas incidat, tuto recurramus ad Juris Romani dispositionem. Moribus tamen etiam aliæ hypothecæ tacitæ sunt introductæ, quæ juri nostro sunt incognitæ, de quibus in sequentibus paucis erit agendum.

§. 2 Bona feudalia Jure communi hypothecæ tacitæ obnoxia non esse certum est, vid. *Stryckii Exam. Jur. Feud. cap.* 21. *qu.* 20. Jure tamen Saxonico ut & aliorum locorum moribus uxor ob dotem illatam etiam in feudo tacitam habet hypothecam. *Carpz. P.* 2. *const.* 25. *def.* 2. sicut & ipsis filiabus pro educatione & elocatione hodie feuda tacite sunt

obli-

obligata. *Richter de privil Credit. cap. 4. sect. 1. n.* 165, imo in genere hodie juris est, quod ob quævis feudalia onera, quæ moribus scilicet pro talibus reputantur, etiam tacita hypotheca in feudo competat vid. *Struv. Syntagm. Jur. Feudal. c.* 14. *aph.* 27. *Berlich. P. 2. Concl.* 31.

§. 3. Porro quoque in Saxonia hodie hypotheca tacita competit Ecclesiis, Scholis, aliisque piis corporibus, si pecuniam mutuo dederint, nec de hypotheca sibi prospexerint. *Richter. de Privil. Creditor. cap. 4 sect. 1. n* 117. quod secus est in Civitate mutuum dante, cui tantum hypotheca competit in bonis administratorum *Carpz. P.* 1. *const.* 28. *def.* 116. In Marchia Ecclesia ex mutuo tacitam hypothecam non habet, sed tantum personale privilegium.

§. 4. Pariter adscribo moribus, quod viduæ ratione dotalitii competat hypotheca tacita. *Carpz. P.* 2. *const.* 24. *def.* 3. & quamvis etiam Jure communi uxori ratione donationis propter nuptias hypotheca tacita competat, per *L. Assiduis* 12. §. 2. *C. qui potior. in pign* Jure Saxonico tamen in illa donatione hypotheca nulla obtinet. *Carpz P.* 2. *c.* 24. *def.* 6. Et sic Jure Saxonico inter dotalitium & donationem propter nuptias maxima est differentia. De cætero qui casus in quibus

bus hypotheca tacita obtinet, ordine nosse desiderat, videre potest *Berlich. P.* 1. *Concl.* 67. cui subjungo casum singularem in Saxonia, quod ibi rustici habeant hypothecam in rebus venditis, etiamsi de ea non convenerit, *Richter de privil. Creditor. c.* 2. *membr.* 1. *num.* 40.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. L. 4. L. 7. pr. §. 1. L. 8. pen.

Lib. XX. Tit. 3.

Quæ res pignori vel hypothecæ dari non possint.

Jung. L. 8. Tit. 17. C. quæ res pignor. oblig. poss. Tit. 16. C. si res aliena pign. data sit. Tit. 21. si res communis pign. data sit. Tit. 24. C. De partu pignoris & omni causa. De oppignoratione Jurium scrips. Felix Spitz. De debitoris debitore & Creditoris creditore Henr. Balthas. Roth. De actione quæ creditori adversus debitorem debitoris competit Jacob Bornius.

Usus Tituli modernus.

Nihil in hoc titulo occurrit quod moribus immutatum dici possit, illa enim quæ lege prohibita sunt pignori dari, nec hodie obligari possunt. Sæpius tamen moribus no-

stris

ſtris per conventionem effici ſolet, ne bona certa hypothecæ loco obligentur, quod familiæ nobiles bona dividentes obſervare ſolent, ne alter ſuam partem hypothecis oneret, & hæc poſtea cum gravi incommodo ad agnatos revertatur. Formula conventionis hæc eſſe ſolet: Und haben ſich die Brüder mit einander verglichen / daß weder Sie noch ihre Nachkommen auf die Ihnen angefallene Güter einige Gelder aufnehmen / und dieſelben verpfänwollen / ſondern ſolche Verpfändung ſoll ipſo jure null und nichtig ſeyn / quod pactum id operatur, ne agnati poſtea, quando bona ad eos reverſa ſunt, ære alieno fiant obnoxii.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 2. L. 2, L. 3.

Lib. XX. Tit. 4.

Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorem creditorem locum ſuccedunt.

Jung. L. 8. Tit. 18. C. qui potiores in pign. hab. Tit. 19. C. de his qui in prior. Credit. loc. ſucced. Tit. 27. C. Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri poſſe.

De Jure & Privilegiis Creditorum ſcrips. Joh. Philipp. Richter. Petrus Vanderanus, Nonni-

Nonnius Salgads. De Creditorum Prælationibus Otto Henric. Mylius. De Jure Prælationis seu prioritatis in concursu Creditorum Joachim Wibelius. De præferentia Creditorum in Concursu eorundem que Privilegiis Georg Wernerus. De processu concursus & prælationis creditorum Henric. Petrus Haberkorn. De individuitate pignoris Francisc. Dolle. De jure Primi Samuel Strykius. De Jure Secundi Nicol. Christoph. Lyncker. De quasi Serviana Paulus Franciscus Romanus. De Retentione pignoris ob aliud debitum Luderus Mencke. De Reluitionibus Henricus Lynck. De Hyperocha, seu eo quod amplius est in pignore Christoph. Philipp. Richterus. De Concursu & privilegiis Creditorum in bona debitorum Arnat. Henric. Schwerheim. Rodriquez. De pignoribus & privilegiis Creditorum Paul. Valentini. De pignoribus, Hypothecis & Privilegiis Creditorum Hermannus Meyer. De possessione Creditoris in pignore Joh. Frideric. Deyker. De Jure Prælationis Lucas Melonius. De prioritate Creditorum Johann. Leib. De jure prælationis inter concurrentes Creditores Johannes Michael Beuther. De concurrentium Creditorum prærogativa Georg. Henric. Springsfeld. Labyrinthus Creditorum concurrentium Francisc.

cisc. de Costa. De concursu & graduatione Creditorum in foro Electorali concurrentium Wilhelmus Lyserus. De concursu hypothecarum ex publico & privato instrumento Joh. Wolffg. Textor. De jure offerendi Joh. Andreas Crusius, Ludovic. Marotius. De concursu creditorum in foro Civili formando Anton. à Mara, sive quod verum ipsi nomen est Elias Schnegas.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Singularia quæ circa hunc Titulum in praxi occurrunt sunt sequentia: Regula illa, qui prior tempore potior est jure, in pignore Prætorio Jure Communi non obtinet: sed ibi omnes immissi æquali jure gaudent *L. 12. pr. ff. de reb. aut. jud. possid.* sed in Praxi etiam hic prioritatem attendi vult. *Struv. ad h. t. th.* 29. De quo tamen merito dubito, nisi Praxin Saxonicam præsupponamus ubi arrestum prioritatem tribuit. vid. *supr. T. 1. t. b. Libr. 5. 5. & 6.*

§. 2. Circa impensas funebres moribus Saxoniæ singulare quod tantum illæ impensæ præferantur, quæ in ipsius debitoris sepulturam factæ, non etiam uxoris & liberorum, *Carpzov. P.* 1. *const.* 28. *def.* 40. quod Jure commůni aliter se habet per *L. quæsitum 17. de reb. aut. Jud. poss.* sicut & hoc moribus adscribendum quod impensis funerum etiam

R annu-

annumerentur illæ quæ in veſtes lugubres factæ. *Carpzov. d. l. def.* 41. *n.* 4. de ſumtibus Convivii funebris dubitatur; & illos huc ſpectare affirmat. *Berlich. P.* 2. *Concl.* 64. *n.* 90. *Richter de priv. Credit. cap.* 2. *membr.* 4. *n.* 12. ſed mores regionis & loci ubi quis deceſſit, attendendos puto, an non honeſte omitti potuerit convivium.

§. 3. Impenſis funeris Jure communi poſtponuntur mercedes famulorum, quod & in Marchia obſervatur, ſed in Saxonia mercedes Famulorum illis impenſis præferuntur. *Richter d. cap. membr.* 4. *n.* 10. *Carpzov. d. conſt.* 28. *def.* 39. Id quoque penitus Praxi Saxonicæ adſcribendum, quod illis tantum famulis privilegium prælationis tribuatur, qui mortis tempore in ædibus & convictu debitoris reperiuntur; quamvis enim *Carpzov. P.* 1. *Conſt.* 28. *def.* 25. *n.* 3. tam ex Jure Saxonico quam ex Jure Civili probare velit; attamen nec Jus Saxonicum hoc expreſſe requirit, nec Jus Civile hoc uſpiam exigit; inſuper ratio penitus deficit; quare enim melioris conditionis eſſe deberet ſervus, qui in præſenti in miniſterio debitoris eſt præ illo, qui antea miniſterium exhibuit, ſed mercedem debitam non recepit? Utrobique enim idem favor: imo pro his eo major, quod diutius ob moram debitoris mercede ſua privatus,

vatus. Hinc in Marchia hoc quoque non solet attendi. Hoc certum est, illis hoc privilegium non competere, qui neque in convictu sunt neque fuerunt. *Carpz. def.* 27. cujus rei exemplo esse possunt sutores, sartores &c.

§. 4. Circa collectas quoque & tributa Praxis variat: Jure Saxonico omnibus quidem hypothecariis præferuntur. *Carpzov. d. const.* 28. *def.* 47. imo etiam doti, postponuntur tamen expensis funebribus & mercedibus famulorum. *Richter de Privil. Credit. cap.* 2. *membr.* 5. *n.* 1. Jure Civili vero tantum tacita hypotheca gaudent, & inter hypothecaria credita collocanda veniunt. *Richter. De privil. Creditor. cap.* 2. *membr* 5. *num.* 35. sed in Marchia per *Recessum provinc. de A.* 1653. §. 29. ita dispositum: Die Contributions-Reste gehen allen andern Creditoribus, auch denen so ein Jus separationis haben/ vor. Unde ex praxi Marchiæ Tributa etiam expensis funeris & mercedibus famulorum præferuntur, quod idem obtinet in den Schößen/ quia & hæc debita publica esse constat.

§. 5. Jure Lubecensi in genere receptum est, Civitati ob quodvis Creditum competere jus prælationis, vid. *Jus Lubecens. art.* 12. *Tit.* 3. & ita non tantum in debito publico, sed etiam in debito ex contractu resul-

tante. Sed hoc Jure communi se ita non habet, ubi Fiscus ex contractu præfertur tantum Creditoribus posteriorem hypothecam habentibus. Vid. *Mev. ad Jus Lubecens. d. art.* 12. *n.* 4. *seqq.* ubi *num.* 15. hoc jus etiam in aliis Pomeraniæ locis obtinere testatur.

§. 6. Circa dotem Jure Communi verior est sententia, eam omnibus hypothecariis etiam expressam hypothecam habentibus præferendam esse ob generalitatem *L. Assiduis.* 12. *C. h. t.* Quod & Praxis Marchia ita observat. *Pruckmann. V.* 1. *Cons.* 42. *n.* 119. Verum in Saxonia hypothecam anteriorem expressam habentibus dos non præfertur. *Carpz. P.* 1. *const.* 28. *def.* 64. *seqq.* Cæterum quamvis *Carpz.* beneficium prælationis uxori adimat, si sciens viro obærato nupserit, *Carpzov. d. l. def.* 84. hæc tamen sententia rejecta fuit per *Decis. Saxon. noviss.* 6.

§. 7. Usuræ in concursu Creditorum pari jure prioritatis cum sorte gaudent, & simul cum sorte exsolvendæ. *Richter de Privil. Creditor. cap.* 7. *n.* 28. *Carpzov. d. const.* 28. *def.* 160. quod idem in Marchia observatur. *Pruckmann. Vol.* 2. *Cons.* 17. *n.* 44. *Köppen. Decis.* 28. *n.* 11. Verum in Saxonia usuræ in concursu non exsolvuntur, nisi omnibus Creditoribus etiam Chirographariis de sorte fuerit satisfactum. *Carpzov. d. l. def.* 161.

hoc

hoc tamen limittatur. 1.) in Ecclesiis, scholis, aliisque piis corporibus, quibus mox usuræ cum sorte exsolvendæ. Vid. *Decis. Saxon. 8. ibique Joh. Philippi. Observ. 8. 2.*) in debitis pupillaribus. vid. *Decis. Saxon. 9.* 3.) In debitis feudalibus consensu Domini & agnatorum munitis. *Decis. Saxon. 10.* alias limitationes Saxon. vid. ap. *Richterum d. c. 7. Carpzov. d. const. 28. def. 164. seqq.* In Marchia hoc ex *Recess. Provinc. de Anno 1653.* singulare quod moto concursu, mox cursus usurarum sistatur, quod alibi non obtinet.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. §. 2. L. 5. L. 7. L. 8. L. 9. L. 11. §. fin. L. 12. pr. & §. 1. L. 16. L. 18. L. 19.

Lib. XX. Tit. 5.

De distractione pignorum & hypothecarum.

Jung. L. 8. Tit. 28. C. de distract. pign. Tit. 29. C. debitorem venditionem pignoris impedire non posse. Tit. 29. C. si antiquior Creditor pignus vendiderit. Tit. 30. C. si vendito pignore agatur. Tit. 34. C. de jure dominii impetrandi.

De distractione pignorum Johann. Volck. Bechmann. De distrahendi pignoris jure Johann.

hann. Henric. Bergerus. De judicialis pignoris ſubhaſtatione Anton. Niger. De ſubhaſtationibus Jodocus Damhouderus, Joh. Ant. Mangilius, Ludov. Poſthius, Johann. Philippi, Arnoldus Schœne. De auctionibus Ant. Matthæi, Georg. Werner. De jure haſtæ Johann. Otto Tabor. De diſtractione rei alienæ Adrianus Pulvæus.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Circa diſtractionem pignorum, illa quæ de denunciatione debitori facienda ante venditionem in Jure noſtro diſpoſita, adhuc hodie quidem obtinent: id vero biennium quod Creditori poſt denunciationem expectandum erat, antequam jus dominii in pignore impetrare poſſet juxta *L. ult. C. de jur. domin. impetr.* hodie non obſervatur, cum plerumque pignora judicialiter vendantur. *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 28. *def.* 136. Quod ſi venditor nullus reperiatur, Creditori in ſolutum adjudicatur, modo præceſſerit ſubhaſtatio, quæ ſemper in diſtractione pignoris neceſſaria eſt. *Philippi tr. de ſubhaſtation. c.* 2. *com.* 10 *n.* 23. niſi tamen pignus expreſſo conſenſu debitoris vendatur, ſic enim nec hodie ſubhaſtatione opus erit. Unde & ſolennitati ſubhaſtationis renunciari poſſe à debitore certum eſt, *Philipp. d. c.* 2. *com.* 13.

§. 2.

§. 2. Formam ipſam ſubhaſtationis pignorum quod attinet, non ubivis eadem obſervatur, ſed in unoquoque loco certa ſolennia, circa ſubhaſtationem in genere recepta, quæ poſtmodum etiam in ſubhaſtatione pignorum obſervanda. Communiter tria attenduntur. 1.) Præſcriptio, quod in publico programmate res venum exponatur, quæ proſcriptio Italis aliisque Dd. vocari ſolet bannimentum. *Ludovic. Poſthius, Tr. de ſubhaſtat. Inſpect.* 29. *n.* 26. & hæc proſcriptio communiter tribus vicibus fieri ſolet. *Köppen. Dec.* 44. *n.* 20. Intervallum vero temporis Jure Romano in cauſis piis aut his ſimilibus eſt 20. dierum. *Auth. hoc jus porrect. C. de SS. Eccleſ. Poſthius Inſpect.* 30. *n.* 21. *& ſeqq.* Jure Saxonico vero ſubhaſtatio fit per tres quaterdenas *Carpzov. P.* 1. *conſt.* 32. *def.* 37. In Marchia vero tempus eſt arbitrarium, & regulariter 6. ſeptimanarum ſpatium, Eine Kammer-Gerichts Friſt / intercedere ſolet.

§. 3. In ipſa præſcriptione ſimul exprimi ſolet pretium in Marchia, ubi in ſpecie moris eſt, ut ſubhaſtationem petens ipſe ſe offerat ad certum pretium exſolvendum, quod tamen ex recepta praxi noſtra intra dimidium taxæ non eſſe debet, ſed paulisper dimidium excedat, neceſſe eſt. Econtrario in

 foro

foro Saxonico nullum pretium ab initio solet exprimi sed bona simpliciter venum exponuntur. *Berlich. P. 1. Concl. 81. n. 148. Carpzov. d. def. 37. n. 2.*

§. 4. Alterum in subhastatione observandum est ipsa auctio sive licitatio, post primam enim proscriptionem (si in ea non mox Creditor obtulerit certum pretium, uti antea de Marchiæ moribus dictum est) sequitur hæc licitatio sive oblatio certi pretii, ubi unusquisque, cui alias emendi facultas concessa, ad licitandum admittitur, & qui plus licitaverit, ille alteri præfertur, unde & licitatio alias auctio dicitur, postea denuo publice significatur; quantum sit oblatum pretium, ubi intra tempus in proclamate expressum, semper tertio plus offerre licet, & sic cum aucto pretio denuo subhastatur, donec tandem si nemo plus offerat, ultimo licitanti adjudicetur, & hæc adjudicatio tertium requisitum est, in qua quid observandum Vid. apud. *Philippi de subhastat. cap. 3. com. 13.*

Leges notabiles h. t.

L. 3. L. 7. §. fin.

Lib. XX. Tit. 6.

Quibus modis pignus vel hypotheca solvatur.

Jung. L. 8. Tit. 26. C. de remiſſione pignoris- & Tit. 31. C. de luitione pignoris.

De Reluitionibus ſcrips. Henric. Linck.

Uſus Tituli *modernus.*

Circa præſentem Titulum nihil occurrit quod in praxi ſe aliter habent, ſed omnia quæ hic proponuntur, uſu fori frequentantur.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. §. 1. L. 4. §. 1. §. fin. L. 5. §. 2. L. 7. pr. §. 7. §. 15. L. 12. pr. & §. 1.

Lib. XXI. Tit. 1.

De ædilitio edicto, & redhibitione & quanti minoris.

Jung. L. 4. Tit. 58. C. de ædilitiis actionibus.

De Edicto ædilitio ſcrips. Barthol. Cæpolla. Meditationes ædilitias de judicio equeſtri tum redhibitorio tum æſtimatorio ad tit. ff. de ædilitio edicto & Tit. C. de ædilitiis actionibus, Joh. Wilhelm Rövenſtrunck. De

Usuris, Fructibus, Ædilitio Edicto Hugo Donellus, Casparus Zieglerus. De Ædilitiis actionibus Hugo Donellus, Johann. Henricus Steiz, Caspar Caballinus de Cingulo. Johann. Strauchius. De actione redhibitoria & quanti minoris Guzmann in Tr. de Eviction. Quæstion. 61. per tot. Menoch. de arbitrariis Judic. Quæstion. Quæst. 22. n. 12. seqq. Aug Barbosa Collectan. in C. de Ædilitiis actionibus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Usus hujus Tituli in praxi superest maximus, licet aliqua occurrant in eo, quæ hodie vel non obtineant, vel aliter se habeant. In specie vero prima pars Edicti prætorii de vitio corporis servi latente hodie cessat nam cessante servitute, cessat servorum venditio. Non tam dubito ad propriorum hominum venditionem hoc commode extendi posse, quatenus enim eorum permissa venditio, eatenus quoque jura de homine vel servo vendito loquentia ad eos applicanda.

§. 2 In venditione animalium secundum jus hujus Tituli pronunciatur, nec tenetur venditor etiam hodie de vitio patente & visibili respondere etiamsi emtorem non admonuerit *Carpzov. P. 2. const. 34. def. 16.* De morbo vero interno & in sensus non incurren-

currente tenetur. *Carpzov. d. conſt. def.* 15. ubi de porco grandinoſo agit, quod redhiberi nequeat, cum de vitio ex inſpectione palati appareat; ſed hoc temperandum puto, quod procedat, quando porcus venditus eſt laniis, hujus rei peritiam habentibus, de quo Stryk. *in Tr. de Jure ſenſuum Diſſ. 1. cap. 3 num. 44.*

§. 3. In venditionibus equorum morbi certi excepti ſunt, ob quos tantum redhibitio admiſſa; Sic in foro Saxonico, venditor de his tribus vitiis tenetur. 1.) ſi ſit equus retrogradus, Wann es ſtettig / 2.) ſi cœcitate latente laboret. Wann es ſtaar blind iſt / 3.) ſi ſit ſcabioſus, Wann es Haar ſchlechtig iſt. Alibi locorum additur quoque. 4.) ſi ſcil. ſit pituiſoſus ſive mucoſus, Wann es rotzig iſt. vid. *Schepliz in Promtuar. Jur. T. 14. §. 10. n. 2.* Alii addunt ne ſit ſuſpirioſus ſeu aſthmaticus, daß es nicht engbrüſtig ſey. *Gilhauſ. in arbor. Judic. P. 6. cap.* 1. §. 223. *n n.* Verum ſi ſtatuta hac de re expreſſa non adſint, dicendum ob omne vitium internum, quod uſum equi impediat, redhibitioni locum eſſe, ut ita quod in aliis animalibus juris eſt, etiam in equis obtineat. *Rovenſtrunck Tr. de Jud. Equeſtr. L. 1. c. 4. n.* 15. Qui ipſe auctor *n. 23. ſeqq.* recenſet 35. vitia, ob quæ equus de jure communi poſſit redhiberi.

§. 4.

§. 4. Hoc facile credo, pœnam illam 200. solidorum, quæ ob hominem occisum dictabatur olim illi, qui nocivum animal in via publica habuisset, juxta *L. 40. & seqq. h. t.* hodie non obtinere. Pœnæ enim pecuniariæ Jure Romano expressæ regulariter hodie sunt arbitrariæ, & pro ratione circumstantiarum à judice determinationem recipiunt.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. §. 3. §. 6. §. pen. L. 6. §. fin. L. 14. pr. & §. fin. L. 17. §. 14. L. 18. L. 23. §. 2. L. 31. §. 16 §. 22. L. 34. L. 40. L. 43. pr. §. 6. L. 44. §. 1. L. 45. L. 48. §. fin. L. 49. L. 58. §. fin. L. 60. L. 61. L. 63.

Lib. XXI. Tit. 2.

De Evictionibus & duplæ stipulatione.

Jung. L. 8. Tit. 45. C. de evictionibus.

De Evictionibus scrips. Caspar Caballinus, Arnoldus Roth, Nicolaus Burgundus, Joh. Anton. Mangilius, Hugo Donellus, Alphonsus de Guzmann, Caspar. Bierling, Erasmus Ungebaur, Henricus Hahnius, Joachim Ernestus Resius, Michael Lederer, Georg Engelbrecht. De Evictionis præstatione Johann. Kornmann. De Principe evincente Samuel Stryck. De Auctoritate seu actione

quæ

quæ pro evictione competit Henricus Bodinus. De evictione rei in solutum datæ Stryck. Differt. de Controverf. fori miscellan. p. 11. De præstanda evictione ob onera à venditore non indicata Stryck. d. Diff. cap. 5. Besold Vol. 6. Conf. 266. Ad Papinianum de evictione & duplæ stipulatione Francisc. Balduinus. De Litis denunciatione & nominatione scrips. Johann. Euchelius De Denunciatione Litis Anton. Schott. De Laudatione Domini & auctoris Henric. Hahnius. De eo quod interest s. interesse scrips. Andreas Alciatus, Sebastian Sapia, Petrus Rebuff, Caspar Capallinus, Philipp. Bonetius, Anton. Famæus, Hugo Donellus, Francisc. Hottomannus, Dynus Mugellanus, Petrus de Bella pertica, Arnold. Baert, Gabriel Catianus, Carolus Molinæus, Rutger Rulandus, Caspar Manzius, Jeremias Reusnerus, Augustinus Strauchius, Henricus Wolmenskirch. De censu fundo cohærente ad Tit. sine censu vel reliquis fundum comparari non posse Joh. Frideric. Rhetius, Johann. Cestenius, Aemilius Ferettus, Georg. Adam Struvius, Anton. Bertram Selle, Henr. Rudolph. Redecker, Henricus Schlichtkrullius, Henric. Rosbecher, Georg Jacob Leickher, Johann. Philippi.

Vſus Tituli modernus.

Præſens Titulus nihil obſoleti continet, quippe omnia in Praxi in viridi ſunt obſervantia; & quamvis *Groenweg.* exiſtimat, ſtipulationes duplæ in uſu amplius non eſſe, nulla tamen ratione illud aſſeritur; quis enim, quæſo, crederet tale pactum hodie vitioſum eſſe: Si res mihi evicta fuerit, duplum reſtituas? Si enim in genere pactum hodie validum, nec hoc quia cum jure communi coincidit, invalidum pronunciandum erit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 6. L. 11. pr. L. 13. L. 17. L. 27. L. 35. L. 38. L. 41. §. 2. L. 51. pr. L. 53. L. 55. §. 6. L. 63. §. 1. §. fin. L. 65. L. 70.

Lib. XXI. Tit. 3.

De exceptione rei venditæ & traditæ.

Vſus Tituli modernus.

Agitur in hoc titulo de Regula illa, quod is, qui ad evictionem præſtandum obligatus eſt emtori, ipſe rem evincere aut ab emtore repetere nequeat per *L. vindicantem.* 17. *ff. de Eviction.* quæ Regula in praxi frequentiſſima eſt; cujus tamen limitationes videri poſſunt apud. *Brunnemann. in Comment. ad d. L.* 17.

Lex

Lex notabilis h.t. est L. 1.

Lib. XXII. Tit. 1.

De Usuris & fructibus, & causis, & accessionibus, & mora.

Jung. L. 4. Tit. 32. C. de Usur. L. 5. Tit. 19. x. de Usur.

De usuris scrips. Bartol. Velini, Anton. de Rosellis, Hugo Donellus, Johannes Borcholt, Petrus Binsfeld, Caspar Caballinus, Lælius Zecchius, Petrus à Vuell s. Well, Alphons. Villagut, Ambrosius de Vignate, Caspar Wilhelm Stock, Johann. de Salas, Josua Gibalinus, Henricus Ducherus, Philippus Cæsar, Martin. ab Azpilcueta, Conrad. Pauli, Claudius Salmasius, Joh. Otto Tabor, Polycarpus Wirth, Henricus Hahn, Joh. Henric. Bergerus, Daniel Kayser. De Judæis & usuris Marquard. de Susannis. De usuris pretii tardius soluti Gabriel Schwederus. De Usura & fœnore Anton. Thysius. De fœnore Trapezitico Claudius Salmasius. De Cambiis & Usuris Christoph. de Villabon, Thomas de Vio. De commerciis & Usuris Carol. Molinæus. De emtione, usuris & Cambiis, Joh. de Salas. De dominio rerum, contractibus, Usura &c. Johann. Medina. De Usuris & Censibus Henricus Camisius. De usuris

ris & contractibus illicitis ac usurariis Guido Papa. Joh. Baptista Lupus. De contractibus Usurariis Henricus Hahn. De Usuris & contractibus usurariis coercendis Honoratus Leotardus. De contractibus simulatis Georg. Adam Struvius. De modo Usurarum Claudius Salmasius. De usuris Centesimis, Triente, Semisse Ægidius Bretsburgius. De Usuris Centesimis Johann. Strauchius. De Usu Usurarum Christoph. ab Hagen. De Anatocismo Georg. Adam Struvius, Johann. Andreas Frommann, Henricus Linck, Daniel Buttnerus. Ad §. Indaganda Instr. Pac. Osnabrug. Henricus Hahnius. Patrocinium debitorum depauperatorum: Bellum Civile inter Creditores & Debitores: It: Zinßschar-mützel Caspar Manzius. Verum Pauperum Patrocinium: Ob ein Schuldner die verfallene Zinß und Interesse seinem Glaubiger jetzt oder ins künftig zu beßeren Zeiten zu bezahlen schuldig. Ivo Renatus Asylum generale debitorum, imprimis vero belli calamitate & casu fatali ad incitas redactorum, ab iniqua & rigorosa creditorum exactione pro observando inter utrosque æquilibrio Benedict. Carpzovius. Discussio Levaminum inopiæ debitorum David Mevius. De debitorum per calamitates bellicas ad incitas redactorum præsidiis Johann. Otto Tabor. Asylum afflictorum &

spoli-

ſpoliatorum debitorum Wolffg. Sigismund. à Vorburg. De Reſiduis Wolffg. Adam Lauterbach. De altero tanto uſurario Joh. Otto Tabor, Henricus Hahnius. De montibus Pietatis Nicolaus Colbrand, Elychnius Gottlieb, Thomas de Vio. De Montibus & illorum juſtitia Thomas Boninſignius. De Montibus Pietatis Romanenſibus Dorotheus Aſcianus. De Monte Impietatis Nicolaus Barianus de Placentia. Deciſio de Monte, quem de pietate appellant Franciſc. Papafava. De Uſura & Materia Montis Pietatis Laurent. de Rodulphis. De Reditibus Petrus Theodoricus. De Annuis Reditibus Paulus Buſſus, Felicianus de Solis, Jacob. Mæſtertius, Caſpar Rodericus, Benedict. Bonius, Theodor. Danckwerth. De Annuis Reditibus & quatenus illi vel juſti vel injuſti ſunt Henricus Hahnius. De Cenſibus & Reditibus ſub titulo Reemtionis an liciti ſint Henricus de Piro. De jure Cenſuum & annuorum redituum Frideric. Martini. De Cenſu conſtitutivo Jacob. Bornius. De uſuris & emtione redituum vitalium ac perpetuorum Guilh. Bontius. De reditu vitalitio Henricus Linck. De annuo relicto pro virginibus maritandis, pro infantibus expoſitis nutriendis, captivis redimendis Illephorus Perez de Lara. De Cenſibus Ludovicus Cen-

 cius,

cius, Hermann Latherus, Didacus Pizarro. De censu instituendo Ægidius Thomatus. De Usuris & Censibus Petrus de Gregorio. De Censibus & Pensionibus. De solutione debitoris Censuum Caspar Manzius. De contractu Censuali Guilielm. Kornacker. De Censibus seu Censuariis Contractibua Benedictus Bonius. Praxis Censualis s. de Censuariis Contractibus Petrus Follerius. De Censibus super Constitutionibus Pii V. Martini & Calisti Commentar. in Extravagant. Pii V. de Censibus Leonard. Duardi. Motus proprii Pii V. de Censibus Anton. Gomez. De censu constitutivo cum onere non redimendi, nisi in moneta argentea, utrum aliquando ærea possit redimi Johann. de Montemajor. De Resignatione sortis Burchard. Bardili. De Usurarum restitutione Francisc. de Platea. Annuorum redituum ac mutui fœneratitii usurarum natura Johann. Andreas Frommann. De usurarum prærogativa in concursu Creditorum Henric. Linck. De usuraria pravitate Kirchmajerus. De fructibus scrips. Petrus Barbosa, Andreas Corvinus, Rutger Rulandus, Marcus Mantuanus, Thomas Campegius, Joh. Jacob. Draco, Henricus Hahnius, Magnus Wedderkops, Henricus Bocerus, David Bestelius, Henricus Schlichtekrull, Dominicus Arumæus, Wilhelmus Schmu

Schmuckius, David Schmuck. Franciſcus Gallus. De fructibus ex fundo bona fide poſſeſſo acquirendis Joh. Georg. Roſenberg. De fructibus & eorum acquiſitione Jacob. Bumeſius. De fructuum cum impenſis compenſatione Joachim. Hoppe. De uſuris & fructibus Johann. Halbritter, Marcus Mantua. De fructuum reſervatione Thomas Campegius. De fructuum perſecutione in actionibus perſonalibus Joh. Nicol. Hertius. De fructibus ultimi anni Georg. Frider. Orth. De reſtitutione fructuum bona fide conſumtorum Lucas Franz. De fructibus cauſis & acceſſionibus Hugo Donellus. De acceſſionibus Johann. Copus. De acceſſionum quibusdam maxime controverſis ſpeciebus Eraſmus Ungebaur. De acceſſione continua naturali Ericus Graffius. De Mora Johannes Svevius, Taco à Glinz, Petrus Barboſa, Æmilius Ferrettus, Stephanus Forcarulus, M. Anton. Baverius, Franciſc. Hottomannus, Anton. Contius, Johann. Saporta, Dominicus Arumæus, Johann. Oeſtenius, Georg. Wernerus, Chriſtianus Carpzovius, Johann. Martin Köler. De Moræ generibus Polycarpus Wirth. De mora & ejus commiſſione Anton. Pichard. Vinulta. De mora ejusque effectu Bartholom. de Saliceto. De mora in obligationibus Bartholom. Romulæus. De

purgatione moræ Samuel Stryck, Johann. Christoph. Falcknerus. Magmarus Schœne. De mora commissa lapsu temporis obligatione comprohensi & æstimatione ad id ipsum referenda Andreas Kohl, Exerc. 12. per tot. De mora per interpellationem extrajudicialem inducta, & æstimatione ad tempus illius reducenda Andreas Kohl Exerc. 13 per tot. De moræ purgatione & ejus æstimatione post eam non ulterius attendenda Kohl Exercit. 15. per tot.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Singularia quæ circa præsentem materiam in Praxi occurrunt sunt præcipue hæc. 1.) quod in stricti juris judiciis e. g. in mutuo hodie usuræ debeantur pariter ac in bonæ fidei judiciis, per *Recess. Imper. de Anno* 1600. §. So viel nun 2c. Jure civili vero nisi per stipulationem promissæ, non debebantur, per *L. 1. C. de condict. indebit. & L. 3. C. h. t.* ubi simul noto, in promissione usurarum hodie amplius stipulatione opus non esse, sed nudum sufficere pactum.

§ 2. Deinde circa quantitatem usurarum hodie mores variant: Nobilibus & Illustribus Jus Romanum concedit usuras semissales, *d. L.* 26. sed per Leges Imperii quincunces tantum admittuntur per *Reformat. Polit. de Anno* 1577. *Tit.* Von wucherl. *Contracten.*

Quæ

Quæ quincunces etiam in Saxonia tantum permissæ. *Carpzov. P. 2. const. 30. def. 1.* In Marchia vero secundum Jus Civile semissales retentæ. Alicubi locorum regulariter quincunces obtinent, semissales tamen pacto promitti possunt ut in Ducatu Megapolitano & in Pomeranio obtinet. *Mev. P. 4. Dec. 205.*

§. 3. Quodsi majores quam LL. permissum usuræ sint solutæ, illæ etiam Jure Romano tanquam indebitæ condici vel in sortem imputari possunt per *L. 9. h. t.* quod idem in Marchia obtinet. In Saxonia olim puniebatur amissione quartæ partis sortis, quod per mandatum Electorale Saxonio de Anno 1645. extensum, ut integra summa mutuo data privari debeat usurarius. vid. *Philippi ad Decis. Saxonic. Noviss. 8. Observ. 3. n. 5.*

§. 4. In usuris rei judicatæ olim moris fuit, quod centesimæ solvi debuerint per *L. ult. C. de usur. rer. judicat.* sed hoc hodie non observari experientia testatur. *Brunnem. in Comment. C. ad L. 1. n. 4.* Ubivis enim post rem judicatam non majores solvuntur usuræ, quam quæ ordinarie in illa provincia receptæ.

§. 5. Circa usuras alterum tantum excedentes, Jus Romanum variat. Jure Codicis usuræ particulariter solutæ alterum tantum

excedere poterant per *L. usuræ*. 10. *C. h. t.* sed Jure Novellarum hoc mutatum & constitutum ut indistincte, alterum tantum excedere nequeant. *Nov.* 121. *cap.* 1. sed in Praxi *d. L.* 10. *C*, iterum recepta, ita ut usuræ particulariter solutæ sortem excedere possint: non vero usuræ restantes; à quibus tamen in Marchia excipiuntur piæ causæ, contractus retrovenditionis & annui reditus irredimibiles per *Recess. Marchiæ de Anno* 1653. § 33. ubi hæc verba habentur: Im übrigen soll so wol extra als in concursibus so viel derselben ad distributionem noch nicht gekommen / gleichwie gegen die einheimische und ausländische / in non solutis usuris, exceptis piis causis, widerkäufliche Contracten und unablößlichen Zinßen / keine Usuræ höher als biß sie sortem æquirt / erkannt werden. Quænam aliæ sint limitationes, ubi usuræ alterum tantum excedere possint vid. ap. *Carpzov. P.* 2. *const.* 30. *def.* 28. *seqq. Berlich. P.* 2. *Dec.* 268. *Tabor. Tr. de altero tanto P.* 4. *art.* 1. *& seqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. 3. L. 6. pr. & §. 1. L. 9. L. 13. pr. & §. 1. L. 16. pr. L. 17. § 5. L. 20. L. 24. pr. §. 2. L. 25 § fin. L. 26. L. 30. L. 32. pr. & §. 2. L. 34. L. 35. L. 44. L. 45. L. 46. & L. fin.

Lib.

Lib. XXII. Tit. 2.

De Nautico fœnore.

Jung. L. 4. C. Tit. 33. de Nautic. fœnor.

De Nautico fœnore vid. Marquard. Tract. de Jure Mercatorum L. 2. c. 8. n. 62. seqq. Stypmann de Jure maritimo P. 4. cap. 2. De Bodemeria scrips. Nicol. Christoph. Lyncker & Bodinus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Titulus hic in Civitatibus maritimis frequentissimus est, & varii insuper contractus ex decisione h. t. dependentes adinventi. Et quidem 1.) huc spectat contractus Assecurationis. Recipit enim per talem contractum mercator in se periculum rerum transportandarum, & ob receptum periculum usuras centesimas stipulatur, quanquam hoc periculi pretium juxta mores locorum variet cum præcipue periculi imminentis gravitas attendatur. In Belgio regulariter 7. pro 100. solvuntur, interdum etiam 14. vel 16. ut hinc partium arbitrio relictum, quantum pro periculi qualitate pacisci velint. De quo vid. *Marquard de Jure mercator. L. 2. cap. 13. n. 69.* sicut & præsentem assecurationis materiam speciatim illustrant. *Petrus Santerna & Bene v. Stracha.* Plures qui de Assecura-

tionibus scripserunt reperies supra *Lib. XIX. Tit. 5. allegatis, quo te B. L. remittimus.*

§. 2. Porro & huc referendus est Contractus Bodmeriæ, moribus introductus, quo certa pecunia Patrono navis exsolvitur hoc pacto, ut salva navi reversa, pecuniam cum fœnore refundat, relicta interim sibi hypothecæ loco, navis fundo. Vid. *Stypmann. de Jure Naut. P. 4. cap. 5.* Germanice dicitur; Er lehnet das Geld auf den Boden des Schiffs / oder er hat auf das Schiff Geld gebodnet. Creditor ergo sortis periculum in se recipit, ita ut navi peremta nihil exigere possit. Ob quam causam ipsi quoque centesimas usuras stipulari permissum est. *Loccen. de Jure maritimo L. 2. cap. 6. §. 9. Marquard. d. l. 2. cap. 8. num. 68.*

Lex notabilis hujus Tit. est L. 5.

Lib. XXII. Tit. 3.

De probationibus & præsumtionibus.

Jung. L. 4. Tit. 19. C. de probationibus. L. 2. Tit. 19. x. de probation. Tit. 23. x. de præsumtion.

De probationibus scrips. Anton. Perez, Johann. Cognacenus, Johann. de Pareja, Georg. Obrecht, Joseph. Mascardus, Johann. Olden-

Oldendorpius, Johann. Andreas Dornſpergerus, Franciſcus Niconitius, NIcolaus Rodriquez, Didacus Millan, Franciſc. de Sanabria & Feixo, Joachimi Mynſingerus, Hugo Donellus, Feder. Schenck, Conradus Carpzovius. De probationibus Teſtium & fide Inſtrumentorum Petrus Corveſius. De probationibus præſertim judicialibus Quirinus Schacherus. De probationibus per teſtes Antonius Aſſelmannus. De probatione per juramentum Petrus Barboſa. De probatione filiationis Johann. Baptiſta Aſinius. De probatione pertinentiarum Samuel Stryckius. De modo articulandi & probandi Marcellus Cola. De probanda negativa Franciſc. Herculanus, Martin. de Fano, Joh. Juſtus Fiſcher. De negatione Georg. Chriſtoph. Peisker. De ſemiplena probatione Samuel Stryckius, Nicol. Chriſtoph. Lynckerus. De probationibus in judicio appellationis recte inſtituendis Johann. Mauritius Gudenus. De Fama Eraſmus Ungebaur. Jacob. Typotius, Johannes Teſmarus. De fama publica Marquard. Freherus. De Notorio Anton. de Butrio, Johann. Thomas Everhard dictus Schwind, Henricus Hahnius. De fide oculata Joh. Georg. Simon. De manu oculata Johann. Schulzius. De oculari inſpectione David Scheinemann, Johann. Nicol. Her-

 tius.

tius. De Jure Sensuum Samuel Stryckius. De præsumptionibus scrips. Andreas Alciatus, Guid. Papa, Henricus Boich, Jacob. Menochius. Johann. Oldendorpius, Anton. Gabriel Dynus Mugellanus, Hyppolitus Bonacossa, Johann. Henricus Bötticherus. De malo semel, semper malo Caspar Henricus Hornius. An plus valeat quod est in veritate quam quod est in opinione Gothofred. Nicolaus Ittigius. De suspicione Samuel Stryckius. De fictionibus Juris Bartholm. Philippi, Anton. Dandin. Alteserra, Joh. Baptista Costa, Johann. Assisius, Sebastianus Beer, Joh. Ernestus Noricus, Johann. Nicol. Koch, Johann. Sibrandus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Ipsa materia probationis uti in judiciis frequentissima, ita parum in ea occurrit, quod immutatum dici possit, imo dicerem omnia quæ de probationibus ipsis in Jure disposita, in viridi esse observantia: circa modum tamen probandi pro diuersitate judiciorum diversa obtinent, quæ paucis hoc exhibebimus.

§. 2. Et primo quidem ipsum tempus probationi destinatum variat: Jure Romano terminus probatorius est arbitrarius; Jure Saxonico spatium 6. septimanarum & 3. dierum. Germanice: Eine sächsische Frist. *Carpz. in Proc.*

Proc. Tit. 13. *art.* 2. *n.* 9. in Marchia regulariter conceditur : Eine Kammer = Gerichts Frist / sive 6. septimanarum: alibi aliter restringitur vel ampliatur. Hoc tamen generali Praxi receptum quod terminus probatorius sit peremtorius, & eo lapso ad probandum quis amplius non admittatur, *Carpz. P. 1. const.* 16. *def.* 1. *Mev. P.* 1. *Dec.* 134. sufficit tamen modo intra hunc terminum articuli cum denominatione testium offerantur, licet testes jurato non examinentur. *Carpzov. in Proc. d. tit.* 13. *art. 1. n.* 23. Quod ita moribus receptum. Nam in puncto juris intra terminum probatio absolvenda. Quibus casibus vero actori post lapsum terminum probatorium succurri possit tradit, *Carpzov. d. l. n.* 172. *seqq.*

§. 3. Porro quoque in Praxi distinguii solet inter probationem & demonstrationem, Unter Beweiß und unter Bescheinung / quam demonstrationem Judex sepositis ordinariis probationibus in causis summariis exigere solet: & hanc admittunt etiam post lapsum terminum probatorium. *Carpzov. in Process. d. art.* 1. *num.* 137. Alii adhuc medium probandi genus inter duo superiora constituunt, quod vocatur Eine Beybringung quæ quidem intra terminum probatorium pariter expedienda est, levior tamen proba-

tio

tio admittitur, quam si actori injunctum. Daß er wie recht zu erweisen schuldig seye.

§. 4. Modus probandi per positiones Juri Romano incognitus est, Jure Canonico tamen & Ordinatione Camerali approbatus. Vid. *Brunnem. in Processf. cap. 17. n. 1.* Utitur vero positionibus Actor, quoties per confessionem rei, intentionem suam probare cupit: hinc factum in certas positiones sive quæstiones redigit, easdemque Juramento quod vocant dandorum, confirmat. Reus vero sub juramento respendendorum ad singulas positiones respondet, sicuti dictum superius *L.* 11. *Tit.* 1. Est autem hoc juramentum tantum credulitatis, uti communiter putant, dum speciem Juramenti calumniæ illud faciunt (quamvis ego illud in factis propriis veritatis esse omnino existimem; facta enim propria quis non credit, sed vel vera vel falsa esse, certo novit, nisi sine antiqua, vel alia oblivionis circumstantia concurrat) hinc super positionibus negatis, postea actori conceditur potestas vel judiciale juramentum deferendi, vel testes producendi.

§. 5. Circa dilationes probatoriales hoc adhuc observandum, quod Jure Romano tres dilationes indistincte fuerint concessæ, quarta vero demum cum solennitate legali, id est ut juret: se non malitiose eam petere, nec

nec se depositionem testium didicisse, per *Auth. qui semel C de probat.* sed per *Recess. Imper. de A.* 1654 §. den *punctum probatorium*; mox tertia vice tale juramentum præstandum est. *Brunnemann. in Process. cap.* 18. *n.* 13. Quamvis ille Recessus Imper. non de simplici dilatione, sed secunda vel tertia productione testium loquatur.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 5. pr. L. 10. L. 11. L. 12. L. 14. L. 16. L. 19. pr. L. 21. L. 22. L. 24. L. 25. pr. §. 1. §. 2. §. 3. L. 26. L. 28.

Lib. XXII. Tit. 4.

De fide instrumentorum ac amissione eorum.

Jung. L. 4. Tit. 21. C. de fide instrumentorum, & Tit. 22. C. plus valere qud agitur, quam quod simulate concipitur L. 2. Tit. 22. x. de fide instrumentorum.

De Instrumentis literariis scripsit Jacobus Bornitius Instrumentis Georg. Radovius, Julius Donduletus. De Instrumentis communibus Petrus Schulz. De literarum documentis, Carl. Samuel Henning, Joh. Hartm. Kornm. Practicam Instrumentorum Ludov. à Valle, De Instrumentorum fide & pro-

productione Lanfrancus ad Ariadno. De fide instrumentorum Andreas Barbatia, Nicolaus Everhardi, Nicolaus Honthemius, Joachim. Mynsingerus, Caspar Tillmann. Wesenerus. De instrumentorum effectione Lallus de Tuscia. De Instrumento publico Bartholom. Leonhard. Schwendendörfferus. De Instrumentis publicarum hypothecarum Hermann. Zoll. De Instrumentis mutui præcipuis clausulis instructis Henricus Coccejus. De scriptura publica Rochus de Guerta. De scriptura privata Nicol. de Passeribus, Jacob. Stirnius. De ordine scripturæ Samuel Stryckius. De Attestatis von Kundschafften / Petrus Schulzius. De Instrumentorum formulis Petrus Dominic. de Mussis. Tractat. Clausularum Instrumentorum Barthol. Bertazzolinus. De præsentatione Instrumentorum Martinus Freccia. De Instrumentorum Recassumtione, Confectione & Extensione Paris de Puteo. De Editione Instrumentorum Gabriel de Pareja, Christianus Klengel. speculum artis Notariæ Leo Speluncanus, Matth. Hertel. Thesaurus Notariorum Joh. Rudolph. Sattler. Artis Notariatus Liber Elementaris Henric. Knaustinus. Stella Notariorum Ludov. Hörnigk. Manuale Notarii Didacus Bravo. Formulare Instrumentorum & Artem Notariatus Joh. Knobloch. De Jure

Proto-

Protocolli Samuel Stryckius, Auguft. Benedict. Carpzovius. De actibus judicialibus juratis Johann. Gutierez. De actibus judicialibus Joh. Strauchius. De editione actorum publicorum Joh. Chriftianus Schrœterus. De Actuario Gothofr. Strauffius. De Secretariis Joh. Schilter. De concellatione ejusque in jure effectibus Wolffg. Adam Lauterbach. De Rafura Samuel Stryckius. De Rafura Documentorum Francifc. Daniel Paftorius. De Inftrumentali poffeffione Samuel Stryckius. Da Sacra fcriptura differtatio juridica Johann. Fulvii. De fcripturæ poteftate & ufu in negociis civilibus Georg. Wernerus. De acceptatione literarum Joh. Samuel Schœpfer. De Comparatione literarum Georg. Paul. Dreherus, Johann. Laurentius Zubrod. Sigism. Frid. Scheid. De Charta blanca Joh. Ulricus Zellnerus, Henricus Mejer, Erneftus Frideric. Schröterus. De charta fignata, vom Stempel Papier / Frideric. Jacob. Bartoldus Syllogen variarum literarum Fridericus Geisler. De literis mutui compaffus Wilhelm. Hartm. Kranz, Joh. Henric. Rofchied. De literis natalitiis Henricus Linck. De literis pereuntibus Martinus Simeon. De infpectione alienarum literarum Thomas Siegfrid. Ring. De literis compulforiis f. compulforialibus Guido Papa. De literis

literis Reverſalibus Ahaſverus Fritſchius. De literis gratiæ Joh. Nicol. Gimon, Ludovic. Gamez. De Reſcriptis gratia Henricus Kinſchott, Johann. Staphilæus. De literis commeatus vulgo Poſtporten / Joh. Wolffg. Textor. De obligatione ex literis commendatitiis Zimbertus Amſing. De literis informatoriis Johann. Frideric. Rhetius. De epiſtola Wolffg. Adam Lauterbach. De Lectionibus & epiſtolis juris Alberic. Gentilis. Epiſtolicas Quæſtiones Johann. Coraſius. De manu propria Henric. Linck. De atramento Joh Joachim Schœpferus. De ſubſcriptione Burchardus Bardili, Joachim. Albert. Locher. De jure Sigillorum Johann. Henricus Böttícherus, Johann. Jacob. Avianus, Theodorus Höppingk, Claudius Salmaſius. De Characteribus Henric. Balthaſar Roth, Georg. Adam Struvius. De Siglis & notis literarum Joh. Ericus Mezger. De apochis Caſpar Zieglerus, Johann. Jacob. Reuſnerus. De Ratiociniis Henricus Hahnius. De Rationibus & Rationariis Philipp. David à Kirchhein. De Rationibus Georg. Wernerus. De rationibus reddendis earum que reviſione Jacob. Heeſer. De ratiociniis & computationibus adminiſtratorum Franciſcus Munoz de Eſcobar. De Rationariis Præfecturarum Simon Chriſtoph. Urſinus. De libris Merca-

Mercatorum Andreas Mylius, Nicolaus Festus, Andreas Christoph. Rösenerus. De ratione constituendi libros mercatorios Pasquerius Gæsen. De notis mercatorum Johann. à Som. De jure Catastri Joh. Frideric. Rhetius, Nicol. Christoph. Lyncker. De Tabulis Censualibus Johann. Hermann. à Sode. De Æstimis Joh. Volckm. Bechmann. De bacillis fissis von Kerbhöltzern Samuel Stryckius. De Exemplis vulgo Copiis dictis Johann. Nicolaus Förster. De Archivo publico Frideric. Rudolff, Ahasverus Fritschius, Franciscus Michael Neve, Balthasar Bonifacius. De Chirographo, apocha &c. vid. supr. De amissis Instrumentis.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Præsens quoque Titulus in viridi est observantia, & parum occurrit quod hodie aliter se habeat. Statutum quidem est in *Recess. Imper. de A.* 1512. *Tit.* von *Notarien.* Instrumenta publica in pergameno esse scribenda, sed universali praxi huic novo Juri iterum est derogatum, dum instrumenta promiscue vel in charta vel in membrana conscribuntur.

§. 2. Hoc quoque hodie non obtinet, quod in *Novell.* 90. *c.* 2. habetur, scilicet solutionem contra instrumentum publicum 5. testibus probandam esse: certum enim est

 quod

quod hodie solutio contra quodvis instrumentum duobus testibus probari possit. *Job. à Sande in Decis. Frisicis L.* 1. *Tit.* 10. *def.* 1. *Rittershusius ad Novell. p.* 9. *c.* 22. *n.* 15.

§. 3. Circa productionem instrumentorum in Judicio praxis à jure variat. Nam Jure Romano & Canonico per *cap. cum. dilectus.* 9 *x. hoc titulo.* usque ad conclusionem in causa produci possunt, quod per *Recess. Imperii Noviss.* immutatum, ubi actor omnia instrumenta quibus usus est, una cum libello tenetur offerre, quo inde se informare possit reus. Vid. *d. Recess. Imp. de Anno* 1654. §. Wann nun der Beklagte. Jure Saxonico eadem intra terminum probatorium sub pœna præclusi producenda, postea vero ulterior productio non admittitur, etiamsi actor desuper sit protestatus. *Carpzov. in Process. Tit.* 14. *art.* 1. *n.* 32. nisi instrumenta noviter sint reperta. *Carpz. d. l. n.* 36.

§. 4. Circa recognitionem instrumentorum observandum, quod ea quoque Jure Romano necessaria sit. vid. *Brunnemann. in Process. cap.* 19. *n.* 30. Praxis tamen Saxonica hoc singulare habet, quod non tantum recognoscenda sint instrumenta ab adversario scripta vel subscripta, sed & publica. *Carpz. in Process. Tit.* 14. *art.* 2. *n.* 16. imo & scripturæ vidimatæ, *Carpzov. d. l.* 54. Quod tamen in

in Marchia alibique non observatur, ubi recognitio illorum documentorum tantum necessaria, quæ vel ab adversario vel parentibus ipsius scripta, aut si alias probabilem scripturæ notitiam habeat Reus.

§. 5. Postquam instrumentum recognitum, illud plenam probandi vim consequitur, & secundum mores Saxon. dicitur instrumentum guarentigionatum, cujus hic effectus est, ut paratissimam producat actionem & exceptiones altioris indaginis non admittantur, sed ad reconventionem remittantur. *Carpzov. P.* 1. *const.* 8. *def.* 16. quod ipsum quoque aliorum praxi comprobatum est, daß man auf klare Briefe executive klage. Quænam vero exceptiones contra talia instrumenta opponi possint vel non, tradit *Carpz in Process. Tit.* 22. *art.* 1. & 3.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. L. 5.

Lib. XXII. Tit. 5.

De Testibus.

Jung. L. 4. Tit. 26. C. de Testibus. L. 2. Tit. 20. x. de testibus & attestatis, & Tit. 21. x. de testib. cogend.

De Testibus scrips. Marianus Socinus, Baldus de Perusio, Nepos de Monte Alba-

 no,

no, Albericus de Maletis, Prosper Farinacius, Johann. Crotus, Johann. Gymicus, Hector Æmilius, Andreas Barbatia, Franciscus Curtius, Ortolphus Fomannus, Ægidius Bossius, Johann. Campegius, Fed. Schenck, Christoph. Philipp. Richterus, Nicolaus Everhardus, Martinus Mullerus; Justus Reuberus. De Teste in propria causa Joh. Volck. Bechmann. De muliere teste Gothofr. Straussius. De testimonio mulierum Johann. Mizelius. De invalido mulierum testimonio Wilhelm Hieronym. Brücknerus. De Unico Teste Johann. Christoph. Hartung. Johann. Bernhard. Becker. Unicus testis nullus testis occasione L. 9. §. 1. de testibus Burchard. Bardili. De juramento testium Paul. Francisc. Romanus. De Testibus & attestationibus Wendel. Helmann. De Testibus & eorum depositione Lanfranc. ab Oriano. De Testibus & eorum reprobatione Jacobus Ægidius, Stephanus Aufrerius. De Reprobationibus & Salvationibus testium Petrus Rebuffus. De Reprobationibus Testium Johann. Brunnemann. De disputatione attestationum Johann. Christian. Mederus. De testibus probantis vel reprobandis Johann. Baptista Ziletus. De Examine Testium Nicolaus de Lescut, Johann. Rudolf. Satler, Enoch. Glæser. De directorio articulis proba-

probatoriis annexo Amadeus Eckolt. Instructio de Commissarii ad examinandum testes deputati officio Nicolaus Rucker. De Reis & testibus monendis & cogendis Ludovic. Vitalis. De examine testium ad perpetuam rei memoriam Simon Christoph. Ursinus. De testimonio ad perpetuam rei memoriam in causis civilibus Joachim. Nergerus. De probatione plena per unicum testem Christ. Vette, Hornius. De testes in propria causa Quæstus. De testimonio Conjugum Hunn. Encyclop. Jur. P. 2. Tit. 19. cap. 9. num. 8. seqq.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Circa materiam testium pauca occurrunt, quæ in Praxi aliter se habeant. Ætatem testis in Criminalibus, quæ XX. annorum esse debet juxta *L. 20. ff. h. t.* hodie non amplius observari volunt, vid. *Brunnem. in Processf. Inquisit. cap. 8. m. 2. n.* 32. Qui tamen addit hoc tunc procedere, si veritas aliter haberi non possit: nam alias & hodie omnino verum est, quod plenam fidem testis, qui nondum est XX. annorum, in Criminalibus non faciat, licet admittatur ad hoc ut Judicium faciat, nisi pro innocentia rei deponat, ubi plene probat. *Carpzov. Processf. Crim. L. Qu.* 114. *n.* 42. *seqq.*

§. 2. Subditi in causa Magistratus testes

 esse

esse nequeunt ob rationem in *L.6. ff. h.t.* allatam. Hodie receptum est, ut quidem ad testimonia admittantur, sed remittendum ipsis prius juramentum, quo Magistratui obstricti, ut eo liberius veritatem dicere possint; quæ remissio fit ab ipso Magistratu, Daß Er den Zeugen seiner Pflicht damit er Ihm verwandt/ jedoch weiter nicht/ als so viel dieses Zeugnuß betrifft/ erlassen haben wolle. *Carpzov. P. 1. const. 16. def. 64.* Quæ remissio juramenti ad validitatem testimonii in Praxi præcise necessaria, licet ego eam per se abundantem credam: cum juramentum Magistratui præstitum subditum non constringat ad veritatem reticendam, si in judicio legitime sit interrogatus.

§. 3 Circa productiones testium hoc mutatum, quod non amplius quarta, sed tertia tantum productio, & quidem ut mox tertia vice juret producens, se non didicisse attestata testium permittatur, *Vid. quæ dicta ad Tit. de Probation* §. 5. Quæ alias in Praxi recepta circa modum examinandi testes, & circa confectionem Rotali, illa ordine exposita videri poterunt apud. *Brunnem. in Process. Civil c. 20 n. 36. seqq.*

Leges Notabiles h. t.

L. 1 §. 1. L. 3. pr § 1. §. 3. § 5. § 6. L. 4. L. 5. L 6. L. 9. L. 10. L. 12. L. 18, L. 21, pr. §. 1. §. fin, L. 23. L. fin.

Lib.

Lib. XXII. Tit. 6.

De Juris & facti ignorantia.

Jung. L. 1. Tit. 18. C. de jur. & fact. ignorant.

De Juris & facti ignorantia ſcrips. Joh. Malcotus, Juſtus Bielſtein. De facti ſcientia & ignorantia Joh. Baptiſta Coſta. De Ignorantia Zacharias Friderich, Erneſtus Frideric. Schröter. De juſta mulierum ignorantia Johann. Chriſtianus Schröterus. De negligentia Antonius Corſettus. De Curioſitate Samuel Stryckius.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Nihil in hoc Titulo tam circa facti quam juris ignorantiam occurrit, quod hodie aliter ſe habeant. Nam & ignorantia juris perſonis in Jure expreſſis non nocet: ignorantia vero facti ſi probata fuerit, pariter non obeſt. Eſt vero hodie, ordinarium ignorantiam probandi remedium juramentum. *Mev. P. 5. Dec. 270. n. 7.*

§. 2. De eo tamen inter Doctores non convenit, an is qui ex ignorantia Juris ſolvit, ſolutum repetere poſſit? Variare in eo Doctores videre eſt apud *Carpzov. P. 3. Conſt. 15. def. 42. n.* 8. Nos breviter dicimus repetitioni tunc locum non eſſe, ſi ſolvens naturaliter

raliter debuerit, ut in obligatione ex pacto. secus si naturalis obligatio defecerit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. L. 2. L. 3. pr. L. 6. L. 7. L. 8. L. 9. pr. §. 3. L. fin.

Lib. XXIII. Tit. 7.

De sponsalibus.

Jung. L. 5. Tit. 1. C. de sponsalib. & arrhis sponsalit. & proxenet. L. 4. Tit. 1. x. de sponsalib. Tit. 2. De Desponsatione impuberum. Tit. 3. De clandestina desponsatione. Tit. 4. de sponsal. duorum. Tit. 5. de condit. appos.

De sponsalibus scrips. Alexander Carrerius, Johannes Prunellus, Thadæus Piso, Samuel Neander, Anton. Matthæi Petrus Scavenius, Leonhardus Mezner, Didacus Covarruvias, Jeremias Laurentius Mogius, Petrus Gregorius, Antonius Guibert. Costanus. Johannes Andreæ, Georg Adam Struvius. De sponsalibus clandestinis Georg Adam Struvius. De desponsationibus licitis & illicitis Henricus Linck, Basilius Monner. De Jure Connubiorum & Sponsalibus Joachim a Beust. De consensu conjugali Georg. Reichard Hammer. Ad cap. præterea. 2. x. de sponsalib. commentatio Analytica Jeremiæ

miæ Laurentii Mogii. De conditionibus sponsalium Johann. Bechstadius. De concursu sponsalium Samuel Stryckius. De dissensu sponsalitio Samuel Stryckius. De dissensu unius Desponsatorum Idem Stryck. De initis sponsalibus quibus citra Tutorum consensum pupillæ sunt irretitæ Johann. Sibrandus. De Arrha Wolffg. Adam Lauterbach. De Arrhis sponsalitiis Justinianus Wolff.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Circa sponsalia hoc primo loco observandum, cum Jure Romano omnia sint de futuro Jus Canonicum superinduxerit sponsalia de præsenti per verba præsentis temporis contracta. cap. pen. x. de sponsal. Moribus hodiernis distinctio Juris Canonici quidem retenta est, verum non ex verbis eadem æstimanda, sed ex consensu: Aut enim hic purus est, & sic sponsalia de præsenti dicuntur: aut sub conditione suspensus, & sic dicuntur de futuro.

§. 2. Hic tamen bene observandum, non effici sponsalia de futuro, licet matrimonii executio ad certos annos sit suspensa, quia consensus quoad ipsum vinculum purus adest: Sed ut de futuro sint proprie requiritur, ut consensus in certum eventum suspendatur. Deinde observandum ex tractatu de matrimonio non mox effici sponsalia; quamvis

enim hoc cum ſponſalibus de futuro unum idemque eſſe velit *Capzov. iu Jurispr. Eccleſ. L. 2. def.* 18. *n.* 6. puto tamen in eo differre, quod ſponſalia de futuro ſemper requirunt promiſſionem, licet conditionatam, quæ non intercedit in tractatu matrimoniali; hinc ex hoc nulla obligatio.

§. 3. Quomodo autem ulterius ſponſalia dividantur in publica clandeſtina, & quænam, ſi plura ſponſalia concurrant ſint præferenda; ſatis ſuperque dictum in Notis *Stryckii ad pr. Inſtitut. de nupt.* unde hæc repeti poſſunt. Id tantum quoad Jus Romanum obſervandum non ſufficere hic ſponſalia ſub impoſſibili conditione contracta, arg. §. 10. Inſt. de inutil. ſtipulat. Valida tamen ea pronunciat Pontifex in *cap. ult. x. de condition. oppoſ.* Quid praxis ſequatur, non conveniunt. Puto tali caſu magis Jus Civili attendendum eſſe, cum adjecta conditio impoſſibilis omnem conſenſum excludat, niſi cum talibus conditionibus concurrat tractatio ſponſalitia. Vid. *Gerhard. loc. de Conjugio §.* 133. Videtur enim alias ſubeſſe jocus, ſponſalia vero joco contracta ſunt invalida. *Carpzov. Jurisprud. Eccleſ. Lib. 2. def.* 19. & 23. *num.* 3.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 7. §. 1. L. 11. L. 12. pr. §. 1. L. 14. L. 16.

Lib. XXIII. Tit. 2.

De Ritu Nuptiarum.

Jung. L. 5. Tit. 4 C. de Nuptiis, Tit. 5. C. de inceſtis & inutilib. nuptiis. Tit. 6. C. de interdict. matrim. inter pupill. & tutor. ſ. curat. & filios eorum. Tit. 7. C. ſi quacunque prædit. poteſt. vel ad eum pertin. ad ſuppoſ. Idict. ſuæ adſpir. tentav. nupt. Tit. 8. C. ſi nuptiæ ex Reſcript. petant. Tit. 9. C. de ſecund. nuptiis. Tit. 10. C. ſi ſec. nupſ. mulier cui marit. uſumfr. reliqu. L. 4. Tit. 6. x. qui Cleric vel vov. matrim. contrah. poſſunt. Tit. 7. x. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulter. Tit. 8. x. de conjugio leproſorum. Tit. 9. x. de conjugio ſervorum Tit. 11. x. de cognation. ſpiritual. Tit. 12. x. de cognat. legal. Tit. 12. x. de eo qui cognov. conſangu. uxor. vel ſponſ. Tit. 14. x. de conſangu. & affinitat. Tit. 15. x. de frigidis & maleficiatis. Tit. 16. x. de matrimon. contr. interd. Eccleſ. Tit. 18. x. qui matrim. accuſ. poſſunt.

De ritibus nuptiarum & de Legibus Connubiorum ſcrips. Barnabas Beiſſonius. De ritu nuptiarum Geneſius de Sepulveda, Fran-

ciſc.

cisc. Sanchez. De Nuptiis Albericus Gentilis, Leonhardus Mezner, Ehrenfried à Lankisch, Conradus Mauserus, Valentin. Guilielm. Försterus. Marcus Mantua, Stephan. de Malefort, Christoph. Besoldus, Nicol. Mozzius. Ad Tit. C. de Nuptiis Adnotatiunculæ Ludovic. Schwarzmajer. De ritu nuptiarum & pactis in matrimonio conventis Francisc. Molinus. De sponsalibus & nuptiis Samuel Neander. De nuptiis legitime contrahendis Joh. Philipp. Lucanus. De Jure Connubiorum Michael Havemann, Paulus Cypræus, Claudius Plaumius, Julius Pileus, Henning. Arnisæus. De Jure matrimonii Johann. Christenius, Speculum Conjugiorum Alphons. à vera Cruce. De legitimis nuptiis Johann. Broschæus. De nuptiis sine parentum censensu non contrahendis Adrianus Pulvæus, Joh. Angel. Bossius. De non approbandis nuptiis sine consensu eorum sub quorum potestate sunt contractis Gentianus Hervetus. De nuptiis simulatis Andreas Meirich. Collationem jurium connubialium Johann. Bechstadius. De Jure Connubiorum apud Batavos Henric. Browerus. Librum singularum observationum quæ ad veterem nuptiarum ritum pertinent Francisc. Hotomannus. Synopsin matrimonialem Joh. Kitzelius, Sylvam nuptialem Johann. Nevizanus.

nus. De nuptiis consobrinorum Francisc. Florens. De clandestinis conjugiis Basilius Monnerus. De matrimoniis clandestinis ad Edictum Henrici II. Anton. Contius. De matrimoniis clandestinis Jacob. Naclantus, Francis de Torres. De secundis nuptiis Johann. Nicolai, Johann. à Ripa, Johann. de Garronibus, Stephanus Bertrandi, Matth. Boys, Anton. Gabrielis, Jacobus Mæstertius, Arnoldus Rath, Scipio Gentilis, Caspar Zieglerus. Repetitio authenticæ: ex testamento C. de secund. nupt. Philippus Reyserus. Controvers. super L. ex hac edictali C. de secund. nupt. Johann. Baptista. De pœnis secundarum nuptiarum Christoph. Preibisius. De arbore cognationis, affinitatis & cognationis spiritualis Johann. Andreæ. De usu arboris Consanguinitatis & affinitatis Benedictus Carpzov, Georg. Schizius, Zacharias Prueschenck. De arbore consanguinitatis & affinitatis Andreas Petræus, Hieronym. Mangiaria. De gradibus consanguinitatis Johann. Revenau, Joh. Thom. Freigius. De consanguinitate Hieronym. Prævidellus. De consanguinitate & affinitate Gregor. Rhamnusius. De gradibus cognationis Johann. Borcholt, Michael Chumnus. De gratibus consanguinitatis & affinitatis Petrus Loriottus, Declaratio potesta-

tis

tis Ecclesiæ super gradus consanguinitatis & affinitatis divina lege prohibitos Bart. de Spina. De conjugio jure naturæ prohibito Elias Schnegassius. De bannis nuptialibus vom Aufgebot der Ehlich verlobten Joh Francisc. Born, Cornelius Crullius. De Hierologia seu Benedictione Sacerdotali Henr. Christoph Hoohmann. De dispensationibus Joh. Genesius, Georg. Adam Struv, Georg Beccius, Ernestus Frideric. Schrœterus. De dispensatione matrimoniali Henricus Linck, Joh. Joachim Schœpferus. De absolvendi & dispensandi potestate Francisc. Anton. Melius. De casibus in quibus Papa non dispensat Martin. Garatus. De prohibitione nuptiarum in gradu secundo lineæ inæqualis Wolffg Gabriel Pachelbl à Gehag. De conjugio & cœlibatu sacerdotum Francisc. Agricola, Martin. Cromerus. De conjugio sacerdotum per Hildebrandum damnato Alboinus. De cœlibatu sacerdotum non abrogando Marquard de Susannis. De cœlibatu sacerdotum Georg. Cassander, Robert. Cenalis. De cœlibatu Ministrorum Francisc. de Guzman. De cœlibatu Ecclesiastico Michael Mediana. De cœlibatu sacerdotum & votis monasticis Petrus Martyr. De cœlibatu Simon Portius. De lege cœlibatus Stanislaus Orichovius. De conjugio literatorum Claudius

dius Badwellus. De Spadonibus Joh Philipp. Slevogtius. De Eunuchi conjugio, h. e. ſcripta & judicia varia de Conjugio inter Eunuchum & virginem juvenculam Anno 1665. contracto, à quibusdam ſupremis Theologorum Collegiis petita & collecta ab Hieronymo Delphino. Conſilia matrimonialia Johann, Jacob. à Canibus, Franciſc. Albergottus, Petrus Calefatus, Hieronymus Gratus, Melchior Facinus, Anton. Galenatus, Petrus Albignanus, Henningius Gœdden Johann. Baptiſta Zilettus, Johann. Wernher, Petrus Franciſc. de Thomeis, Alexand. Tartag. Johann. Rudelius, Olrad de Ponte, Michael de Miliario, Jacob Leoniſſa, Ulricus Zaſius, Conradus Weydmann, Baldus Ubaldus, Alexander de Scalla, Johann. Anton. Rubæus, Modeſt. Polentonus, Agabithus Matthæus, Thomas Memus, Georg. de Priolis, Anton. Quetta, Nicol. Reusnerus, Laurentius de Rudolphis, Nicolaus Ruckerus, Alexander de Vbaldis, Nicolaus Superantius, Bartolus à Saxo ferrato, Joh. de Imola, Johann. Heinrichmannus, Nicolaus Ant. Gravatius, Anton. Francus, Stephanus de Bonacurſis, Franciſc. de Aſſio, Franciſc. de Argenta, Marcus Angellus, Variorum conſilia matrimonialia edita in fol. Francofurti, Arreſtum Parlamenti Tholoſani ſuper

pro-

prodigioſo caſu matrimoniali Johann Coraſii & Johann. Papon. De conjugio Regis Angliæ Henrici VIII. cum relicta fratris vidua Conſil. Alvarez. Gomez. Centuria ſententiarum de matrimonialibus, & ſententiæ definitivæ Saxonicorum Conſiſtorialium de matrimonio Georg. Beatus. Deciſiones juris matrimonialis controverſi Hieronym. Brücknerus. De cauſis fori eccleſiaſtici Martin. Schraderus. De Uxore Virgine Hermannus Mejer. De matre incerta Bernhard. Schulz. De ſingulari matrum jure Nicol. Sylm. De jure matris circa liberos ſanguinolentos Erneſtus Frider. Schrœterus. De ſtatu maritali Joſephus Paſſus. De jure maritorum in uxores resque uxorias Johann. Strauchius. De jure mariti ſingulari. Fridericus Gerdeſius. De jure uxoris in bona mariti Samuel Stryckius. De Impotentia Conjugali Johann. Georg. Simon. De jure nuptiarum, Venere illicita ejusdemque pœnis Chriſtoph. Philipp. Richter. De Venere illicita ejusque coercitione Georg. Adam Struve. De Polygamia & Polyviria Didac. Garzias. De Polygamia Gerhard. Feltmann. Vindiciæ Legis Monogamicæ in Johann. Lyſeri Diſcurſum Politicum germanicum de Polygamia Johann. Diecmannus. De Polipædia Petrus Schulzius. De deteriore fœminarum conditione

tione in contrahendo matrimonio Romanus Tellerus. De matrimonio cum damnato ad mortem contrahendo Joh. Sebast. Schnetter. De ferto Virginum Johann. Henricus Mejer. De Philallilia Connubiali von Ehlicher Gegen-Liebe Matthias Jessen. De sumtibus Convivii nuptialis Henric. Balthas. Roth. De marito usufructuario, Saxonico Gothofred. Barthius. De bonis uxoris recepticiis Aug. Bened. Carpzovius. De paraphernalibus uxoris bonis Johann. Hippolytus Eisenmejer, Henric. Balthasar Roth, Arnoldus Engelbrecht, Johann. Henric. Hertenstein. De Acquæstu Conjugali Johann. Garsias, Johann. Jacob. Wiegerus; Johann. Hippolytus Eisenmejer. De communione bonorum Conjugalium Bartholomæus Schwendendörfferus. De communione bonorum inter Conjuges Johann. Eichelius. De potestate statuum Imperii protestantium circa matrimonia subditorum Johann. Gothofr. à Dissedorff. De Discordiis Conjugum Henricus Bodinus. De potestate maritali Johann. Michael Witte. De officio mariti Joh. Ludov. Vives. Quatenus marito liceat animadvertere in uxorem Anton. Bullæus. De officio mariti erga uxorem Johann. Christian. Königk. De uxore præferenda omnibus cognatis præter liberos Johann. Oldendorp. De nullitate matrimonii

nii Samuel Stryckius. De Impari Conjugio Gerhard. Feltmann. De matrimonio Principis cum virgine nobili Henric. Salmuth. De matrimonio nobilis cum ignobili Muller. De matrimonio Lege Salica contracto Henric. Linck. De matrimonio ad Morganaticam Gabriel Schweder. De Conventione Morganatica Bernhardus Friesen.

Usus Tituli modernus.

§. 1. In hac materia in genere observandum quod causæ matrimoniales regulariter ex Jure Canonico hodie decidantur: hinc nec de matrimonio in foro politico litigari solet, sed causæ matrimoniales tanquam spirituales ad Consistorium spectant, *Carpzov. Jurispr. Eccles. L. 2. def.* 1. *n.* 2. ubi tamen *n.* 7. bene subjicit; matrimonium ex se non esse spirituale, sed civile, quia tamen Deo hic singulariter obligatio quæritur, & insuper multæ circumstantiæ concurrunt, quæ conscientiam partium concernunt, propterea hanc causam in Consistorio esse tractandam.

§. 2. Circa consensum obtinet ut non hodie Patris, sed & matris consensus sit necessarius: quamvis si mater & pater dissentiant, patris voluntas sit præferenda. *Carpzov. d. L.* 2. *def.* 44. *n.* 16. nisi justissimas dissentiendi causas habeat mater, quibus in contrarium

um moveatur, quo casu arbitrium judicis adhibendum foret. *arg. L* 20. *C. h. t.*

§. 3. Jure Romano soli Cives Romani justas contrahunt nuptias, *pr. Inst. h. t.* sed non tantum servis Jure Canonico matrimonium legitimum conceditur, *tot. tit. x. de matrim. servor.* sed & hodie tam peregrinis quam propriis hominibus justas contrahere nuptias licet: unde & hodie partus ex propriis hominibus natus, non matrem sed patrem sequitur. *Mev. P. 2. Dec.* 237. idem de Judæis asserendum, præsertim iis in locis ubi Jure Civitatis gaudent. Quamvis illa prohibitio ne Judæus Christianam ducat, sub pœna adulterii per *L. 6. C. de Judæis*, adhuc hodie stricte observetur: sicut nec Judæis duas uxores habere licet, sed secundum LL. illius Reipublicæ sub qua degunt, matrimonium contrahere debent, per *L. 7. C. de Judæis.*

§. 4. Computationem graduum quod attinet, notum est, computationem Juris Civilis in matrimonialibus in Praxi non amplius attendi, sed computationem Juris Canonici. Vid. *Carpz. in Jurispr. Eccles. L. 2. def.* 75. quamvis hæc absurditate non destituatur, sicut eam demonstrat. *Bachov. ad Treutl. L. 2. D. 6. th. 2. Lit. F.* in materia tamen successionis pariter allodialis ac feudalis, item in

 mate-

materia tutelari, computatio Juris Civilis adhuc hodie attenditur.

§. 5. Prohibitionem graduum quod attinet nec Jus Civile præcise, nec Jus Canonicum sequimur, sed medium placuit plerorumque locorum statutis. In Consistoriis Saxonicis matrimonium in tertio gradu lineæ æqualis permittitur. *Carpzov. d. L. 2. def. 84.* non vero in linea inæquali, aut si parentelæ respectus concurrat; quod idem etiam in Marchia observatur. Dispensatio vero eousque in Consistoriis impetrari potest, quousque Jus divinum in *Levit. cap.* 18. non resistit, hoc vero circa prohibitionem graduum cum Jure Civili coincidit.

§. 6. Quoad affinitatem Jure Romano nulli dantur gradus, *L. 4. §. 5. ff. de gradib. & affinit.* sed Jure Canonico gradus affinitatis pariter computantur quam Consanguinitatis, ut hinc quoto gradu quis uxori junctus est consanguinitate, eodem gradu marito junctus sit affinitate, quod hodie pariter observamus in Praxi, ut & reliqua quæ de affinitatis generibus in Jure Canonico cauta.

§. 7. Circa personas sanguine non conjunctas Jure Civili tamen matrimonio jungi prohibitas observandum, nec hodie tutorem pupillam ducere posse nondum redditis rationibus, cum prohibitionis ratio adhuc

mili-

militet. Quod vero Præses provinciæ. Provincialem ducere non debeat, hodie vix obtinebit, cum metus concussionis cesset. Porro hodie si rapta velit, raptor eam in uxorem ducere potest, & pœna capitis ita remittitur. *Carpzov. Prax. Crimin. P. 2. Quæst. 75. n. 68.* Inter adulterum vero & adulteram etiam permittitur matrimonium, si adulterium sine promissione matrimonii vel insidiis vitæ promissum, juxta cap. *significasti 6. x. de eo qui duxit. in uxor. quam poll. adulter.*

§. 8. De pœnis secundarum nuptiarum plurimæ Constitutiones in Jure nostro occurrunt *tot. Tit. C. de secund. nuptiis, & Nov. 2. & 22.* sed an illæ pœnæ adhuc hodie in Praxi obtineant, non satis conveniunt Dd. Et quidem ipse annus luctus uxoribus Jure Romano stricte injunctus, in Saxonia quidem adhuc observatur, ita ut viduæ sine speciali dispensatione interea nuptias contrahere non possint. *Carpzov. in Jurispr. Eccl. L. 2. def. 159. & def. 162.* imo & ipsi viduo semestre spatium in Saxonia expectandum est. *Carpzov. d. l. def. 160.* In Marchia vero vidua tantum persemestre spatium à secundis nuptiis abstinere debet; si antea matrimonium contraxerit, pœnæ tamen Juris Civilis vix obtinebunt, nisi quod infamia adhuc notatam velint illam viduam, quæ

uterum ex priori marito gerens, novas contrahat nuptias.

§. 9. Quodsi post annum luctus secundæ nuptiæ contrahantur, illas pœnas quæ in favorem liberorum matrimonii prioris statutæ, adhuc obtinere volunt, non alias. Verum quia successio Conjugum hodie plerumque ex statutis dependet, hæc vero Conjugi superstiti certam bonorum partem simpliciter assignant, retinebit eam sive ad secunda vota tansiverit sive non, nisi in pactis dotalibus expresse conventum, quod superstes certis tantum bonis constante viduitate frui debeat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 4. L. 6 L. 7. L. 12. tot. L. 14. §. 4. L. 15. L 16. tot. L. 19. L. 20. L. 22. L. 24. L. 34. §. 2. L. 38 pr. L. 42. L. 43. pr. L. 47. L. 54. L. 57. §. 1. L. fin.

Lib. XXIII. Tit. 3.

De Jure Dotium.

Jung. L. 3. Tit. 12. C. de Jur. Dotium. Tit. 11. C. de dotis promiss. & nuda pollicitatione.

De dote scrips. Ortruff, Fomann, Jacobus Leble, Rolandus à Valle, De Jure Connubiorum

biorum & Dotium Joachim à Beuft. De dote ejusque jure Joh. Baptifta à S. Blafio, Conftant. Regnerus. De dote ejusque privilegiis Henricus Hahnius, Henric. Volckmar, Paul. Francifc. Romanus, Petrus Barbofa. De dotibus earumque Juribus & privilegiis Baldus de Bartolinis five Baldus Novellus, Anton. Guibertus. De Dote & Paragio Petrus de S. Gregorio. De eo quod circa dotes ex natura & ex inftituto juftum eft Enoch Glæfer. De donationibus & dotibus Carolus Molinæus. De dote, de Lucro dotis, de bonis conftante matrimonio acquifitis Johann Frider. Solis. De lucro dotis & dotalitii Georg. Heinzius. De dote filiabus danda Johann, Angelic. Bóffius. De donatione filiæ Principis Ahafverus Fritfchius. De dote ante confummatum matrimonium lucranda Johann. Jacobi. De Lucro dotis Phannutius de Phannutiis. De Legato dotis filiæ facto Confilium Gisberti Freytagii. De dotis exactione Johann. Campegius. De patre dotante filium, ex quibus bonis cenfeatur dotare Vincentius Caroccius. Quando pater teneatur pro dote uxoris filiis Jacob. de Arena. De bonis conjugum & illatis & conftante matrimonio acquifitis Francifc. Frider. Würtz. De inofficiofis dotibus Johann. Chriftian Schrœter. De jure repetendi dotem conftante matri-

 monio

monio ad L. 39. C. de Jur. Dot. David Stavinski. De legali dotium hypotheca Christoph. Philipp. Richter. De jure paraphernorum Engelbrecht, Leo.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Jura dotium hodie in viridi sunt observantia. Patri enim æqualis dotandi necessitas incumbit quam Jure Romano, adeo ut si dotare nolit, officio Judicis ad id compelli possit *Carpzov. P. 2. const. 42. def. 12.* ubi tamen in quantitate dotis determinanda non tantum patris dotantis sed & mariti dignitas attenditur. *Brunnemann. Centur. 3. Dec. 83.* Circa filiam divitem dissentiunt DD. Negat eam dotandam esse *Carpz. d. l. def. 13.* sed affirmativam veriorem putamus, cum dotandi necessitas simpliciter patri incumbit. *Gail. 2. Obs. 95. n. 14.* Hoc tamen moribus originem debet, quod dos etiam ex feudo filiabus exsolvenda, quod Juri Feudali alias incognitum est, vid. *Mev. P. 3. Dec. 364. seqq.* Confer. *Examen Juris Feudal. Strykii, cap. 21. qu. 22. & seqq.*

§. 2. Cum vero Jure Romano in compensationem dotis illatæ sive potius securitatem tanta debeat constitui donatio propter nuptias, quanta dos est, adeo ut aucta dote, donatio quoque propter nuptias augenda, per *Authent. æqualitas C. de Donat. propt. nupt.*

nupt. Hoc hodie regulariter non obtinet, nec obſervatur, cum conſtitutio donationis propter nuptias ſit meri arbitrii: niſi quod inter Nobiles ad ſimilitudinem donationis propter nuptias inductum ſit dotalitium, quod regulariter duplicatas dotis illatæ, uſuras continet quotannis, de quo vid. *Strykii Exam. Jur. Feud. Cap.* 21. *qu.* 8. *Carpzov. P.* 2. *conſt.* 42. *def.* 2.

§. 3. Conſtituunt autem Dd. diverſitatem inter donationem propter nuptias, & inter dotalitium, ſcilicet quod in donatione propter nuptias ſalva maneat dos uxori, per dotalitium vero eadem abſorbeatur. *Carpz. P.* 1. *conſt.* 28. *def.* 93. *n.* 5. *ſeqq.* Hinc in dotalitio uxori pariter conceditur jus prælationis ac in dote; non vero in donatione propter nuptias. *Carpzov. d. l.* Verum extra Saxoniam non ſolet abſorberi dos per ſimplex dotalitium, ſed mortua uxore vidua dos ad ejus heredes redit. Niſi forte dotalitium quadruplicatas uſuras comprehendat. vid. *Stryk. in Tr. de ſucceſſ. ab inteſtato cap.* 5. *art.* 2. §. 14.

§. 4 Circa bona paraphernalia in eo praxis à Jure Communi diſcrepat, quod hoc Jure fructus ad maritum non ſpectent, niſi hoc conventum per *L.* 9. §. *fin. h. t.* Moribus vero Saxonicis uſusfructus horum bonorum debetur marito, etiamſi pactum non acceſſerit.

rit. *Carpzov. P.4 conſt.21.def.1. n. 7.* quod & aliorum locorum moribus comprobatum eſſe experientia teſtatur.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 3. L. 5. pr. L. 6. pr. §. fin. L. 7. pr. §. 1. L. 9. pr. §. 1. §. fin. L. 10. pr. §. 1. § fin. L. 17. pr. 23. L. 26. L. 30. L. 35. L. 41. §. 1. L. 42. L. 54. L. 60. L. 66. L. 69. §. 4. L. 70. L. 72. pr. L. 84. L. fin.

Lib. XXIII. Tit. 4.

De Pactis dotalibus.

Jung. L. 5. Tit. 14. C. de pactis convent. tam ſuper dote &c.

De pactis dotalibus ſcrips. Andreas Kohlius, Johann Otto Tabor, Johannes Linderer. De Pactis nuptialibus ſeu Capitulis matrimonialibus Johann. Petrus Fontanella. De pactis conventis in matrimonio Franciſcus Molus. De pactis dotalibus ad partem II. Tit. II. Juris Statutarii Hamburgenſis Chriſtian. Thomaſius. De pactis antenuptialibus Cornelius Neoſtadius. De Connubiali bonorum ſocietate & pactis dotalibus Abraham à Weſel. De pacto dotalitio retractando Weſenbec. P. 3. Conſ. 3. An pacta dotalia per poſteriorem diſpoſitionem revocentur Vultejus Vol. 4. Conſ. 60. De mutatione

tione pactorum dotalium per pœnitentiam facta Tabor. Decis. 140.

Usus Tituli modernus.

Materia pactorum dotalium hodie frequentissima est, nil tamen singulare à Jure Communi hodie continet, nisi quod pacta dotalia mutuam Conjugum successionem continentia hodie sint valida. Insuperque horum pactorum tanta est auctoritas, ut, quamvis portio certa superstiti conjugi per statutum assignata, illa tamen pacto dotali mutari possit, licet hoc per testamentum non sit permissum.

Leges notabiles h. t.

L. 2. L. 4. L. 5. L. 6. L. 7. L. 11. L. 14. L. 19. L. 26. pr. L. 30.

Lib. XXIII. Tit. 5.

De fundo dotali.

Jung. L. 5. Tit. 23. C. de fundo dotali.

De fundo dotali scrips. Wolffg. Adam Lauterbach, Cæsar Ottinellus, Pandulphus Pratejus. Ad L. 2. C. de fund. dotal. Nicol. Fernandez de Castro. De alienationibus Andreas Reiter.

Usus Tituli modernus.

Dispositum hoc titulo: Maritum bona uxo-

uxoris dotalia immobilia alienare non posse; quod hodie pariter obtinet, & sic omnia jura hoc Titulo proposita in viridi sunt observantia.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 5. L. 7. pr. L. 11. L. 13. pr. L. 15. L. 16. L. fin. pr.

Lib. XXIV. Tit. 1.

De donationibus inter virum & uxorem.

Jung. L. 5. Tit. 16. C. de donation. int. virum & uxorem & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione. It. Tit. 3. C. de donat ant. nupt. vel propt. nupt. & sponsalitiis. L. 4. Tit. 20. x. de donat. int. virum & uxorem.

De donationibus inter virum & uxorem scrips. Johannes de Barahona, Johannes Lupus vel Lopez de Salacios Rubios, Ferdinandus de Vallejo, Scipio Gentilis. De donatione mutua inter virum & uxorem Joh. Pyrrh. Anglobermæus (Englebermeus.) De donationibus factis vel confirmatis in matrimonio. Item de inofficiosis testamentis & dotibus Carolus Molinæus. De donationibus matrimonialibus, inofficiosis testamentis,

tis, donatione mutua conjugum, pœnis & remediis nubentium Nicol. Sutorius. De donatione propter nuptias, de donationibus conjunctorum Johann. de Spina, Wolffg. Adam Lauterbach. De Largitate sponsalitia Burchardus Bardili. De sponsalitia donatione Frideric. Wolpmann. De donatione matutina seu Morgengaba Johann. Georg. Lupin. Von der Mitgifft / Leibgeding / Morgengab / Georg. von Rötschütz. De dotalitio Christoph. Philipp. Richter, Joh. Otto Tabor, Georg Wernerus Ernestus Frideric. Schrœter, Johann. Theodor. Sprengerus, Jacob. Schultes. De Jure dotalitii Nicol. Henelius. De Lucro dotis & dotalitii Georg. Heinzius. De jure emphyteutico, Vitalitio & jure precar. Christoph. Bluembacher. De Jure Vitalitii Henricus Linck. De Jure Geradæ Andreas Goldteck, Jacobus Bornius, Joh. Carol. Nævius, Henricus Coselius de Pezlinorez. De Geradæ nomine, definitione, orgine, jure & fine Wilhelm Schmuck. De donatione Geradæ Benedictus Carpzov. De jure succedendi in Rebus expeditoriis & utensilibus Georg. Werner.

Usus Tituli modernus.

Prohibitio donationis inter Conjuges adhuc in foro obtinet, adeo ut nec hodie extra casus in jure permissos, Conjuges sibi donare

nare possint. *Carpzov. P. 2. const. 13. def.* 14. qui ipse excipit casum *def.* 16. si uxor cum consensu curatoris marito in Judicio donaverit; quod sic donatio valeat. Quamvis ego hanc sententiam extra Saxoniam vix obtinere putem. Illud facilius admitto quod id. *Carpzov. def.* 20. valere donationem inter Conjuges in festo nativitatis Christi, modo tamen modica sit illa donatio, & non in fraudem legis facta: si tamen juramentum accessisset donationi ex dispositione Juris Canonici, quod in materia Juramentorum sequimur, subsisteret donatio. *Gail.* 2. *Obs.* 40.

Leges notabiles. h. t.

L. 3. *§*. 1. § 2. L. 5. §. 5. §. 8. L. 7. *§*. 2. L. 17. L. 23. L. 31. L 32. §. 5. §. 10. §. 14. §. fin. L 34. §. 1. L. 40. L. 51. L. pen.

Lib. XXIV. Tit. 2.

De Divortiis & Repudiis.

Jung. L. 5. Tit. 17. C. de repud. & judic. de mor. subl. Tit. 24. C. divortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant. L. 4. Tit. 19. x de divort. it. Tit. 15. x. de frigit. & malefic.

De divortio scrips. Petrus Barbosa, Georg. Mohr, Johann. Wowson, Bartholomæus Leonhardus Schwendendörfferus. De

Jure

Jure Divortii Liborius à Bodenftein, Georg. Adam Struvius. De amicabili divortio Henricus Hahnius. Vxor Hebraica, fed de Nuptiis & divortiis Hebræorum Johann. Seldenus. De divortiis Judæorum Thomas Pius. De divortiis ob adulterium Edmundus. Bunnius. De divortio ex caufa defertionis Burckhardus Bardili. De eo quod juftum eft in puncto malitiofæ defertionis Erneftus Fridericus Schrœterus. De defertione conjugum malitiofa Samuel Stryckius. De divortio matrimonii Mofaici per Legem Evangelicam refutato Robertus Cenalis. An Romanus Pontifex poffit dirimere matrimonium ab hæreticis contractum Thomas Campegius. De folutione matrimonii ex caufa frigoris Julianus Pelæus. De divortio & novis poft divortium nuptiis Hieronym. Zanchius. De feparatione cohabitationis Burchardus Bardili. De Repudio M. Beza. De judicio morum inter conjuges & defponfatos veteri & hodierno Francifc. Conrad. Romanus. Hiftoria dogmatis Ecclefiæ Chriftianæ de diffolutione matrimonii quoad vinculum Johann. Schilter.

Vfus Tituli modernus.

§. 1. Circa præfentem materiam multa Juris Romani capita immutata effe certum eft: plurimæ enim erant caufæ ex quibus

non

non tam de Jure veteri sed etiam novissimo divortium fieri poterat, quæ recensentur in *Novell.* 22. *cap.* 15. & 16. Et in *Nov.* 117. *c.* 8. sed pleræque harum causarum hodie ad divortium non sufficiunt, sed paucæ tantum ex illis. Distinguitur autem hodie inter divortium, separationem à thoro & mensa, & repudium.

§. 2. Divortium propriè sic dictum, scilicet quod vinculum matrimonii tollit, fit hodie 1.) ob adulterium, quia hoc directe fidei matrimoniali adversum. vid. *Carpzov. in Jurispr. Eccles. L.* 2. *def.* 189. & conceditur innocenti hic transitus ad alia vota, si reconciliatio ohtinere nequeat. *Carpzov. d. l. def.* 190. non vero parti nocenti, nisi se continere nequeat, ubi tamen ante concessionem matrimonii certis conditionibus opus est; quas vid. ap. *Carpz. d. l. def.* 191. *n.* 7.

§. 3. Secunda causa est malitiosa desertio; si alter conjugum alterum sine justa causa deseruerit, ubi personæ desertæ transitus ad alia vota conceditur. *Carpz. L.* 2. *def.* 192. antequam tamen id fiat, legitimo desertionis processu opus est, ad quem requiritur α) Causæ cognitio, an scilicet ex causa honesta vel malitiose absit. β.) ut tempus aliquod post desertionem præterlapsum sit, quod arbitrio Judicis relinquitur. γ.) ut præcedat

citá-

citatio edictalis in trium dominorum distinctis territoriis, δ.) ut feratur sententia desertionis, & ita transitus ad nova vota concedatur. De quibus omnibus vid. *Carpz. Jurispr. Eccles. L. 3. def. 59. & seqq.*

§. 4. Tertia causa est impotentia, scilicet naturalis & præexistens, si enim artibus magicis procurata, matrimonium hodie non dirimitur, sicuti etsi naturalis impotentia post contractum matrimonium supervenit. Vid. *Carpzov. d. L. 2. def.* 202. ob sterilitatem tamen hodie divortium non permissum, licet olim aliud obtinuisse videatur per *L. 60. in f ff. de donat. int. vir. & uxor.* Confer. *Rittershus. de different. Jur. Civil. & Canon. L. 2. c. 13.*

§. 5. Quarta causa est error qualitatis virginalis, præcipue si ab alio imprægnata sit, modo maritus stupri gnarus eum postea non cognoverit. *Carpzov. d. L. 2. def. 197.* aut alias reconciliatio locum habere non possit. *Carpz def.* 195.

§. 6. Sequitur jam separatio quoad thorum & mensam, quæ est inventum Juris Pontificii, & regulariter improbata, adeo ut Conjuges etiam mediante carcere aliave pœna ad eo habitandum compelli possint. *Carpzov. def.* 208. Interdum tamen ea permitti solet si magna sævitia vel vitæ pericu-

 lum

lum inter Conjuges intercedat, quod cautione de non offendendo tolli nequeat. *Carpz. def.* 212. Quamvis autem hac decreta separatione actu secundo matrimonium tollatur, actus primus tamen quoad ipsum vinculum salvus manet. Hinc maritus ad talem uxorem alendam obligatur. Vid. *Carpzov. def.* 213 *seqq.*

§. 7. Restat ut de Repudio dicamus, quod generaliter acceptum divortium continet, inspecie vero pro separatione desponsatorum personarum capitur. In genere vero notandum: facilius concedi repudium quam divortium, adeo ut causæ repudii dicantur arbitrio Judicis relictæ. *Carpz. L.* 2. *def.* 166. *n.* 4. ubi in sequentibus ad repudii causas refert inimicitias capitales, homicidium dolosum, morbum contagiosum, mutilationem membrorum, furorem, stuprum à sponso commissum, etiam ante contracta sponsalia. Imo semper hic observandum Judici, si implacabile odium inter desponsatas personas subortum, ita ut non nisi infelix matrimonii exitus sperari possit, dictata mulcta potius dimittat, quam ad consummationem compellat. vid. *Mev. P.* 4. *Dec.* 43.

Leges notabiles, h. t.

L. 1. L. 3. L. 5. L. 6.

Lib.

Lib. XXIV. Tit. 3.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

Jung. L. 5. Tit. 18. C solut. matrim. quom. dos petat. Tit. 13. C. de rei uxoria actione & Tit. 19. C. si dos constante matrim. sol. fuer. L. 4. Tit. 20. x. De donat. inter vir. & uxor. & de dot. post divort. restituend.

Vid. Rubr. de Jure Dotium. De Patrocinio pupillorum & viduarum scrips. Jodocus Damhouderus. De indictæ viduitatis & nuptiarum alieno arbitrio contrahendarum conditione tollenda Emanuel à Costa. De Juribus ac Privilegiis Viduitatis Henric. Neuenhahn. De Jure Viduarum Georg. Werner, Johann. Jacob. Friet. De Vidua usque ipsi satisfiat ex bonis mariti sustentanda Gothofr. Nicol. Ittigius. De Jure Novercarum Johann. à Sommern. De Jure Retentionis uxori vel viduæ competente Christian. Wildvogelius. De Viduæ nobili Marchica Samuel Stryckius. De beneficio Competentiæ Wolffg. Adam Lauterbach, Bechmannus, Bernhard. Schulzius, Wolffg. Textor. De beneficio competentiæ Civitatibus non competente Hornius.

Vsus Tituli *modernus.*

§. 1. Repetitio dotis hodie pariter expeditur ac in Jure præscriptum; nam dominium pariter ad uxorem redit, huicque vel vindicatio in rebus dotalibus extantibus, vel hypothecaria in bonis mariti competit. Id vero moribus singulare est, quod, si liberi extent, dotis repetitioni locus non sit, sed illa ad liberos devolvatur, patri relicto usufructu. *Johann. à Sande in Decis. Frisic. L. 2. Tit. 2. def.* 5. quamvis per statuta plerorumque locorum dos in portionem statutariam imputetur, & sic ejus portionem maritus semper lucretur. Jure vero *S*axonico sive liberi adsint sive non, maritus dotem capit integram, si illa in mobilibus consistat, de quo vid. *Carpzov. P. 3. const. 23. def. 8. & def. 22.*

§. 2. An vero uxori, quæ sciens obærato nupsit, jus dotem repetendi competat? disputatum fuit inter Dd. *Carpz. P. 1. const. 28. def. 84.* eam beneficio dotis indignam putat: sed cum bono animo dotem dedisse uxor præsumatur, scilicet, non ut eam consumat maritus, sed rei suæ familiari succurrat, rejecta fuit hæc *Carpzovii* sententia per *Decis. Saxonic. Noviss. 6.* nisi dolus uxoris probari possit. Reliqua de beneficio competentiæ in hoc Titulo habentur in viridi sunt observantia.

X Leges

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 2. §. 2. L. 3. L. 5. L. 7. pr. §. 12. §. 13. L. 9. L. 10. §. 1. L. 11. L. 12. L. 13. L. 17. tot. L. 18. §. 1. L. 22. pr. §. 2. §. 3. §. 7. §. f. L. 29. L. 31. pr. L. 38. L. 39. L. 44. L. 45. L. 50. L. 51. L. 54. L. 66. pr.

Lib. XXV. Tit. I.

De Impensis in rem dotalem factis.

De expensis & meliorationibus scrips. Johann. Georg. Pfaffreuter, Johann. Garsias à Sanvedra Gallæcus. De damnis & expensis Hector Felicius. De impensis Johann. Christoph. Falcknerus De Jure Retentionis Johann. Althusius, Petr. Molignatus, Heeser in Loc. Comm. de bonor. Conjug. commun. in Jndice.

Usus Tituli modernus.

§. I. Quæ in hoc Titulo circa impensas in dotem factas proponuntur, in viridi sunt observantia. Et quamvis hunc Titulum hodie inutilem esse dicat *Groenweg. de LL. abrogat. h. t.* scilicet ob bonorum communionem, quæ inter Conjuges est; attamen communio bonorum non ubivis recepta, sicut in specie de Marchia testatur *Kohl. in Declarat. Constit. March. Qu. 1. n. 3.* Hinc licet mortua uxore maritus in Marchia capiat dimidi-

am bonorum omnium: salvum tamen ipsi est beneficium abstinendi, seu uxoris hereditatem repudiandi; quo casu dotem quidem restituit, sed impensas ad ductum hujus Tituli omnino detrahit. Si vero maritus portionem statutariam elegerit, bona eo statu quo sunt, dividuntur, & ita impensarum ratio cessabit.

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. 1. L. 4. L. 5. tot. L 8 L. 9. L. 10. L. 11. L. 13. L. 14. L. pen.

Lib. XXV. Tit. 2.

De actione rerum amotarum.

Jung. L. 5. Tit. 21. C. Rerum amotar.

Usus Tituli modernus.

Nec hodie actioni furti locus est, si conjuges sibi invicem quid subtraxerint; unde tali casu etiamsi furtum fuerit magnum pœnæ corporis afflictivæ locus esse non potest. *Carpzov. Prax. Crimin. Qu. 82. n. 42.* Imo nec Judex ex officio in tale furtum potest inquirere, sed accusatio præcedat necesse est, vid. *Const. Crimin. art.* 165. Actio tamen rerum amatorum in praxi rarior est, cum non æque facile ac Jure Romano admittantur divortia; Utiliter tamen hodie agi potest, si intuitu mortis quid surreptum sit Conjugi.

Leges

L. 2. L. 8. L. 11. §. 1. L. 25. L. 29.

Lib. XXV. Tit. 3.

De agnoſcendis & alendis liberis, vel Parentibus, vel Patronis, vel libertis.

Jung L. 5. Tit. 25. C. de alendis liberis ac parentibus. L. 4 Tit. 10. x. de nat. ex lib. ventr. Tit. 17. x. qui filii ſint legitim.

De agnoſcendis & alendis liberis ſcrips. Albericus de Roſate. In L. ſi quis à liber. tit. ff. de liber. agnoſc. Anton. Corduba de Lara. De Matre incerta Bernhard. Schulz De partu ſuppoſito Nicol. Chriſtoph. Lyncker. De liberis expoſititiis Joach. Chriſtoph. Stifferus. De Statu liberorum dubio & illegitimo Georg. Schubartus. De Nothis ſpuriisque filiis Gabriel Palæottus. De Illegitimis & naturalibus reſtitutis Joh. Baptiſta Lupus. De Spuriis Benedictus de Plumbino, alias de Barzis. De Jure & legitimatione ſpuriorum Johann. Chriſtoph. Falckner. De liberis naturalibus Pontus Heuterus. De Jure liberorum Valentin. Förſterus. De liberorum privilegiis Georg. Achat. Enenckel, Baro ab Hoeneck. De jure quo naturaliter liberi & parentis ſibi

invicem obligantur Johann. Eichel. De Alimentis scrips. Jacob. Faber, Johann. Petrus Surdus, Petrus Barbosa, Bartolus de Saxo ferrato, Scipio Gentilis, Joh. Baptist. Pontanus, Stephan. Forcatulus, Gothofred. Findekeller, Henricus Hahn, Petrus Rebuff, Martinus Colerus, Michael Beuther, Johann. Halbritter, Georg. Coper. De alimentis filiorum à patre præstandis & non præstandis Luder Mencke. De Jure portionis alimentariæ à Principe primogenito ultra genitis debitæ Joh. Frider. Rhetius. De alimentis filiarum nobilium Joh. Joach. Schöpferus. De filiationis probatione Harpprecht, Schulzius. De alimentis & expensis provisionalibus Castillo Sotomajor Tom. 3. Controv. Jur. cap. 27.

Usus Tituli modernus.

Onus alendi liberos hodie quoque Patri tantum incumbit, non matri, nisi in subsidium. Quamvis ergo *Groenweg. ad L.* 5. §. 14. *h. t.* patet; hodie communibus expensis alendos esse liberos, hoc tamen non aliter admittendum, quam præsuppposita vera bonorum communione inter Conjuges. Reliqua quæ in hoc Titulo habentur, usu fori observantur. Regula tamen illa, quod quoties filius causam exheredationi dedit, toties alendus non sit, caute intelligenda, scilicet ut
Et hodie quoque fundus inſtructus legari ſolet, ſive fundus cum omnibus pertinentiis, quo caſu legata quoque cenſentur mancipia & inſtrumenta fundi nec cibaria & pabula ad ſuſtentationem miniſtrorum & pecorum neceſſaria. Carpz. p. 3. C. 13. D. 22. n. 1. addit. & hodie fundi inſtructi legatum pleni-

plenius esse quam legatum fundi cum instrumentis, ut hinc de praxi hujus Tituli non sit dubitandum.

Leges notabiles h t.

L. 1. §. 1. L. 4. 9. 12. pr. & §. 2. 7. L. 18. pr. & §. 3. L. 20. §. 7. L. 21. 22. 26. fin.

Lib. XXXIII. Tit. 8.

De Peculio legato.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus plenarie cessat nullis amplius existentibus priscæ conditionis servis, & §. 20. Instit. de Legat. ostendit hujus legati effectus.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. 2. 3. 8. §. 7. & fin.

Lib. XXXIII. Tit. 9.

De Penu Legata.

Barry de Successionibus Lib. 9. Tit. 20. per tot.

Usus Tituli modernus.

Hodie quoque penum legari posse vel in genere vel sub expressione certæ quantitatis, extra dubium est. Spectat huc Saxonum illud: Das Mußtheil de quo in Tit. 1. Lib. seq.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. 3. pr. & §. fin. L. 4 pr. §. 2. 3. & fin.

Lib. XXXIII. Tit. 10.

De Supellectile legata.

Autores.

De Legato supellectili vid. Barry de Succession. Lib. 9. Tit. 13. De Legato librorum Barry c. l. lib 9. Tit. 16. An legato supellectili etiam vestes comprehendantur Rosacorb. Obs. Pract. cap. 107. Suppellectilis nomine quæ contineantur; & quæ differentia inter supellectilem usualem, communem & pretiosorem Lib. Baro Schmid. Comment. ad Jus Bavaric. Tom. 11. fol. 53. 58. Balthasar Resol. pract. p. 1. Tit. 1. Resol. 2. sub legato supellectili quænam veniant? Carpz. 6. Resp. 34. per tot. Conf. Argentor. Vol. 1. Conf. 83. ubi plura.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Et hoc quoque Legatum in Praxi occurrit eò usque decisio ex hoc Titulo petenda. Quodsi autem Testator certam suppellectilis speciem vel materiam expresserit, non erit extendendum hoc legatum ad materiam diversam; unde Carpz. L. 6 Resp. 34. n. 19. decidit, quod illi, cui æria supellectilis

reli-

nullo soluta, an repetantur Klock. Vot. Camer. Relat. 10. p. 218. De Legato ad pias causas relicto, & ejus interpretatione Besold. Vol. 6. Cons. 263. add. Joh. Christ. Heroldi Consil. Decisiv. 35. per tot. In distribuendo legato ad pias causas, quis nam ordo servandus Besold. Cons. 263. n. 45. seq. de Validitate Legatorum ad pias causas Mevius ad Jus Lubeccens. p. 2. Tit. 1. art. 13. n. 19 seqq. Utrum legatarius rem legatam propria autoritate occupare, an vero teneatur expectare aditionem hereditatis & confectionem Inventarii Nic. Everhard. Vol. 1. Cons. 14. per tot. Berlich. Dec. 378. De Captatoriis legatis Camarel. de Legat. Lib. 11. c. 3. seq. De præscriptione legatorum Camarel. c. l. Lib. 15. cap. 4.

Usus modernus.

§. 1. Materia Legatorum in his tribus Libris contenta in Praxi utilis est & necessaria, nec occurrit quicquam, quod usu fori immutatum dici possit, si modo excipiantur Casus speciales, ubi de Legato servis relicto agitur. Hodie enim, quamvis homini proprio relictum sit legatum ipse sibi, non Domino suo acquirit. Plura quidem adducit Groenw. in Tr. de LL. abrogatis ad h. t. quæ hodie immutata esse contendit, sed pleraque falso nituntur principio, fundamento,

mento, huic potius pro observantia harum legum pronunciandum.

§. 2. Hoc quidem certum est, quod hodie legatorum forma solennis amplius non sit. Carpz p. 111. L. 4. D. 12. n. 18. Cum & extra Testamentum & absque heredis institutione coram 5. testibus relinqui possunt. Carpz. d C. 4. def. 31. sed hoc ipsum nec Juri communi adversum, postquam scilicet legata fideicommissis exæquata, ubi pari modo, sicut fideicommissa relinqui possunt. Hoc magis ad mores spectat, quod tempore pestis coram duobus testibus legata relinqui possint. Carpz. p. 3. C. 4. D. 3. Nullibi enim in Jure quinarius numerus est remissus.

Leges Notabilis Lib. 30.

L. 1. 3. 4. 5. pr. §. fin. L. 6 8. pr. L. 21. 37. pr. §. 1. L. 38. pr. L. 39. §. 1. 5. L. 41. pr. §. 2. 9. 15. fin. L. 44. §. 2. 4. 5. 6. L. 47. pr. L. 55. 57. 58. 65. per tot. L. 71. pr. §. 3. fin. L. 74. 75. §. 1. L. 91. pr. L. 96. pr. L. 108. §. 10. L. 112. fin. L. 114. pr. §. 5. 14. L. 122. pr. L. 124. fin.

Leges Notabiles Lib. 31.

L. 1. pr. L. 6. 8. § 2. L. 12. pr. L. 33. pr. §. 1. L. 34. §. 3. L. 36. 39. 43. §. 2. L. 45. 47. 56. 67. §. 8. fin. L. 68. 69. §. 1. L. 70. §. 1. L. 77. §. 8. 18. 21. 13. 32. L. 80. 81. pr. L. 85. 86. pr. L. 88. §. 14 L. fin. §. fin.

L. 1. §. 9. L. 18. 21. 22. 23. 29. §. pen. L. 30. §. 5. L. 31. § 1. L. 38. § 3. 5. in fin. L. 46. 62. 64. 69 75 79 §. 1. L. 89. 91. §. 5. fin. L. 92. §. fin. L. 96. 101.

Lib. XXXIII. Tit. 1.

De annuis & menstruis legatis & fideicommissis.

Autores.

De Annuo Legato scrips. prolixe Barry de Successionibus Lib. 9. Tit. 25. per tot. De annua præstatione Jacob Venutius. Discrimen inter annuas præstationes, quæ debentur ex ultima voluntate, & inter illas, quæ ex contractu Hahn ad Wesenb. *o*. h. t. n. 5. De præscriptione præstationum annuarum Vasquius Controv. Illustr. c 83.

Usus Tituli modernus.

Legati annui quoque hodie frequens usus est, quod si ergo relictum fuerit, decisio ex hoc Titulo petenda: in specie verò hoc Legatum hodie non est unum, sed multiplex, quot scilicet annis vixerit Legatarius. Hinc huic Legato non præscribitur, nisi à lapsu cujusque anni Berlich P. 2. Concl. 4.

Casus, Es sind einem jährlichen aus einer

Mühle 20. Schäfel Korn vermacht / dieser fordert aber nichts in 36. Jahren. Quæritur an sit præscriptum? Respondetur si Legatum hoc esset unum, utique præscriptum esset, quoniam vero est multiplex, & tot sunt legata, quot anni, illa saltem erunt præscripta, quæ post vigesimum, novum annum adhuc erant solvenda.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. 6. 9. 10. 11. 14. 17. pr. §. 1. L. 19. pr. L. 20. 21. §. 1. 2. L. 23.

Lib. XXXIII. Tit. 2.

De usu, & usufructu, & reditu & habitatione & operis per legatum vel fideicommissum datis.

Autores.

De Legato ususfructus Barry de Successionibus Part. 9. Tit. 24. 27. per tot. ubi prolixe. Usufructuarius universalis an heres solvat legata Alderisius de Hæreditariis actionib. p. 1. cap. 5. Castillo Sotomajor in Tr. de Usufructu cap. 58. & 59. De Legato habitationis Barry de Success. Lib. 9. Tit. 11. Joseph de Rosa, Consult. 63. per tot. De legato Domus ita facto, ut ea legatarius fruatur, qualiter accipiendum Vela de Orenna Dissert.

ſert. 47. per tot Corneus Lib. 2. Conſ. 19. Pariſius Lib. 2. Conſ. 21. n. 36. ſeq. Caſtillo Sotom. Tom. 1. Controv. ſ. de Uſufruct. cap. 30. n. 4. ſeq. & Tom. 4. cap. 54. n. 11. ſeq. Tom. 5. c. 62. n. 112. ſeq.

Vſus Tituli modernus.

Et hic quoque titulus uſu ſervatur, cum nihil frequentius ſit, quam per teſtamentum alteri uſumfructum relinquere, præſertim inter Conjuges. Qua propter obveniente caſu ad hunc Titulum recurrendum. Hinc adhuc hodie, ſi uni Uſusfructus omnium bonorum, alteri vero fundus legatus ſecundum diſpoſitionem Juris Romani uterque in uſufructu concurrit Carpz. p. 3. C. 13. D. 7. An vero proprietarius, an uſufructuarius æs alienum ſolvere debeat, tradit idem Carpz. d. l. d. 8. ubi in ſeq. plura de hoc Legato uſusfructus habet.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 16. 19. 28. 22. §. 2. L. 35. 37. 38. & fin.

Lib. XXXIII. Tit. 3.

De ſervitute legata.

Vſus Tituli modernus.

Et hodie quoque ſervitus legari poteſt, ita, ut ex prædio Legatarii ſerviatur.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. 2. 6.

Lib. XXXIII. Tit. 4.

De dote prælegata.

Autores.

De dote prælegata vid. Barry de Succesſion. lib. 9. Tit. 21. fol. 469. Legatum pro dote aut Nuptiarum cauſa relictum, an pure, ſub modo, vel conditione relictum videi debeat Heig. p. 1. Q. 31.

Vſus Tituli modernus.

Pariter quoque hodie utile eſt prælegatum dotis, non tantum, ut eò citius eam repetere poſſit uxor, ſed etſi in pactis dotalibus pactum ratione dotis reſtituendæ in præjudicium uxoris ſit initum, ut hoc tollatur. Pariter quoque ſi nulla dos data, ſed certa tamen quantitas dotis in Legato expreſſa, nihilominus hæc etiam hodie debebitur vid. §. 15. Inſtit. de Legat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 5. & 7. L. 3. 5. 6. 14.

Lib. XXXIII. Tit. 5.

De optione vel electione legata.

Autores.

De optione ſcrips. Georg Adam Struv.

Ahasverus Fritschius, Johann Caspar Pflaume. De Jure optionis vid. Richter. Tract. de Success. p. 174 seq. De optione minoris heredes, Fuhr-Gerechtigkeit des jüngsten Erben. De fortuna Joh. Fridr. Rhetius, Joh. Helvicus Sinold. Cognomento Schütz. De Modo acquirendi vulgo dicto, Bona Fortuna Arnold Mauritius Holdermann. De judicio sortis Daniel Braun Christoph Philipp. Richter. De sortitione Hermann à Sprekelsen. Enoch Glæserus. De sortibus Troilus Malvetius. De Electione Tobias Cranz. Georg Michael Heberer. De Legato generis & Electione Rei Barry de Success. Lib. 9. Tit. 8. per tot.

Usus Tituli modernus.

In Legato optionis & generis adhuc hodie hæc diversitas observatur, quod ibi rem optimam, hic mediocrem eligere possim.

Leges notabiles h. t.

L. 2. §. 2. L. 3. 4. 6. 16. 20.

Lib. XXXIII. Tit. 6.

De tritico, vino & oleo legato.

Autores.

De jure circa frumentum scrips. Christianus Thomasius. De Vino Joh. Strauchius. De

De legato vini Heinr. Balthasar Rothius. De Vinea, Vindemiis & Vino Prosper Rendell. De Legato Frumenti, Vini & Olei Barry de Lib. 9. Tit. 19. Quid contineatur vino legato. Cameral. de Legatis Lib. 3. Tit. de vino legato quæst. 1. seq.

Usus Tituli modernus.

Nihil in hoc Titulo à Praxi diversum continetur. Notandum insuper, quod acetum hodie sub Legato vini etiam veniat & omne illud comprehenditur quod ex vinea nascitur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 4. 5. 7. 9. 14.

Lib. XXXIII. Tit. 7.

De instructo vel Instrumento legato.

Autores.

De Legato fundi Barry de Success. Lib. 9. Tit. 12. per tot.

Usus Tituli modernus.

Et hodie quoque fundus instructus legari solet, sive fundus cum omnibus pertinentiis, quo casu legata quoque censentur mancipia & instrumenta fundi nec cibaria & pabula ad sustentationem ministrorum & pecorum necessaria. Carpz. p. 3. C. 13. D. 22. n. 1. addit. & hodie fundi instructi legatum pleni-

plenius esse quam legatum fundi cum instrumentis, ut hinc de praxi hujus Tituli non sit dubitandum.

Leges notabiles h t.

L. 1. §. 1. L. 4. 9. 12. pr. & §. 2. 7. L. 18. pr. & §. 3. L. 20. §. 7. L 21. 22. 26. fin.

Lib. XXXIII. Tit. 8.

De Peculio legato.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus plenarie cessat nullis amplius existentibus priscæ conditionis servis, & §. 20. Instit. de Legat. ostendit hujus legati effectus.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. 2. 3. 8. §. 7. & fin.

Lib. XXXIII. Tit. 9.

De Penu Legata.

Barry de Successionibus Lib. 9. Tit. 20. per tot.

Usus Tituli modernus.

Hodie quoque penum legari posse vel in genere vel sub expressione certæ quantitatis, extra dubium est. Spectat huc Saxonum illud: Das Mußtheil de quo in Tit. 1. Lib. seq.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. 3. pr. & §. fin. L. 4 pr. §. 2. 3. & fin.

Lib. XXXIII. Tit. 10.

De Supellectile legata.

Autores.

De Legato supellectili vid. Barry de Succession. Lib. 9. Tit. 13. De Legato librorum Barry c. l. lib 9. Tit. 16. An legato supellectili etiam vestes comprehendantur Rosacorb. Obs. Pract. cap. 107. Suppellectilis nomine quæ contineantur; & quæ differentia inter supellectilem usualem, communem & pretiosorem Lib. Baro Schmid. Comment. ad Jus Bavaric. Tom. II. fol. 53. 58. Balthasar Resol. pract. p. 1. Tit. 1. Resol. 2. sub legato supellectili quænam veniant? Carpz. 6. Resp. 34. per tot. Conf. Argentor. Vol. 1. Conf. 83. ubi plura.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Et hoc quoque Legatum in Praxi occurrit eò usque decisio ex hoc Titulo petenda. Quodsi autem Testator certam suppellectilis speciem vel materiam expresserit, non erit extendendum hoc legatum ad materiam diversam; unde Carpz. L. 6 Resp. 34. n. 19. decidit, quod illi, cui æria supellectilis

rei-

relicta non debeatur ferrea, & in n. 30. ejusdem Responsi dicit: imagines & tapetes splendidiores nomine supellectilis non venire, Brunn. ad l. 3. ff. h. t. quamquam aliud dicendum, si tapetes ad quotidianum usum adhibuerit testator, de quo casu loquitur L. 5. h. t. Hoc certum escalia argentea hodie supellectilis nomine venire, si illis quotidie usus testator, quamvis Jure Romano aliud placuerit. L. 8. h. t. Besold in Thesaur. Pract. sub voc. Haußrath.

§. 2. Cæterum circa supellectilem fœmininam, quæ Gerada hodie dicitur, specialia Jura hodie extant in Saxonia; quæ vero res ad Geradam pertineant, statuta locorum variant, quæ hic primo loco attendenda: postea videndum, an illa res in possessione uxoris fuerit, quod ultimum præcipuum est, licet uxor re illa nunquam usa fuerit. Carpz. p. 2. C. 14. D. 38. ubi in seq. de singulis fere rebus ad Geradam pertinentibus speciatim agit. Hoc vero quod præsentem Titulum tantum observandum, quod hanc Geradam per Legatum aut aliam voluntatem ultimam fœmina transferre non possit ob Jus proximæ cognatæ in momento mortis quæsitum. Carpz. d. C. 14 D. 1. licet inter vivos de ea disponere possit, Carpz. d. l. D. 4. & 5.

Leges

Leges notabiles h. t.

L. 1. 3. pr. & §. fin. L. 6. 7. §. fin. L. 9. 12.

Lib. XXXIV. Tit. 1.

De Alimentis vel Cibariis legatis.

Autores.

De Alimentis vid. Scriptores supra ad Tit. 3. Lib. XXV. it. De legato alimentorum prolixe Barry de Successionibus. Lib. 9. Tit. 26. De Comestibilibus s. cibariis domesticis von Mußtheil und was darzu zu referiren. Fritsch. Vol. 1. Cons. 12. per tot. & Cons. 13. vid. etiam quæ habet Lib. Baro Schmid Comment. ad Jus Bavar. Tom. 2. Tit. 1. art. 2. n. 15. Alimenta quonam privilegio gaudeant? Richter Tr. de Priv. Credit. p. 499. seq.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Legatum alimentorum hodie frequens est, quo casu in Praxi latior illa interpretatio, quam vox alimentorum in Jure Romano habet, pariter admittenda. Exprimuntur vero hodie alimenta sub voce Unterhalt / quæ quantum à Cibariis differant, per se patet.

§. 2. An Cibaria referri poterunt comestibila illa apud Saxones, quæ veniunt sub nomine den Mußtheil / quæ sunt dimidia pars escu-

eſculentorum & potulentorum, quæ poſt trigeſimum à morte nobilis mariti diem ſuperſunt, & viduæ debentur vid. Strykii Diſſ. 6. de Jure Senſuum c. 1. n. 5. ſeq. Verum in Marchia hæc pariter ac Geradam ignoramus: Disquiritur tamen: an non in pactis dotalibus hæc promitti poſſint in Marchia, & exiſtimo id non negandum eſſe, quia pacta dotalia in Marchia in genere ſunt licita, & ſicuti portio ſtatutaria augeri poteſt: cur non ſub nomine cibariorum vel Geradæ uxori aliquid relingui poſſet?

Legatum alimentorum habet etiam illud ſingulare, quod licet in metallum vel ad triremes hodie damnatus ſit incapax legatorum, alimenta tamen ei valide relinquantur. L. 11. ff. h. t. & l. 3. in f. ff. de his quæ pro non ſcriptis hab. deinde ſuper alimentis teſtamento relictis nemo poſſit tranſigere, niſi ex prætoris conſenſu & cauſa cognita. l. 8. & §. 17. ff. de transact. ubi tamen quædam reperiuntur exceptiones.

Leges Notabiles h. t.

L. 2. 6. 8. 12. 18. pr. §. 1. 2. & fin. L. 21. 22. pr.

Lib.

Lib. XXXIV. Tit. 2.

De Auro, Argento, mundo, ornamentis unguentis, veste, vel vestamentis & statuis legatis.

Autores.

De Auro & Argento legato scrips. Lazarus Bayfius, Marcus Mantua. De Re Vestiaria Ferrarius. Lazar. Bayfius. De Jure Vestiaria Samuel Stryk. De eo quod justum est circa vestitum civium Georg. Adam Struv. De Gemmis Tobias Reimerus. De vestibus legatis Barry de Successione L. 9. Tit. 14.

Usus Tituli modernus.

Et hujus quoque tituli in Praxi usus est, unde si omne aurum alteri legatum, nec hodie debebuntur Ducati aliave moneta aurea per l. 19. pr. h. t. De mundo muliebri, quid eo pertineat, sicut & de ornamentis variæ exprimuntur in L. 25. §. 10. ff. h. t. sed cum in horas mutentur ornamenta fœminarum eorumque nomina facile admitto in his dijudicandis non tam ad Jus Civile Romanum, quam ad mores locorum recurrendum esse, quid scilicet hic vel illic ornamentorum loco reputent fœminæ. Vestes legatas quod attinet, hodie quoque sub tali legato non tan-

 tum

tum quotidianæ vestes sed & festivæ veniunt, nec interest, an legentur vestes, an vestimenta. Kleider oder Kleidungen. vid. Carpzov. p. 3. Constit. 13. def. 24. Espach. ibid. n. 7. Brunn. ad l. 23. ff. h. t. n. 8. in fine. Statuarum usus cum hodie nullus sit apud nos, hinc de legato illo non sumus solliciti.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 7. 9. 15. 19. pr. & §. 11. L. 26. L. Pediculis 32. pr. & §. 46. L. 38.

Lib. XXXIV. Tit. 3.

De liberatione legata.

Autores.

De Legato liberationis vid. Barry de Successionibus lib. 9. Tit. 23. per tot. Soluta Legatorum Nomina an repeti possint vid. Camarel. de Legatis Lib. 15. cap. 5. De Legato Nominis Barry c. l. Tit. 22. per tot. De Legato liberationis debitori facto & de Compensatione &c. Joseph de Rosa Consult. 45. per tot.

Usus Tituli modernus.

Hodie quoque per legatum debitori à Creditore remissio debiti fieri potest vel in totum vel pro parte, vel etiam ad certum tempus, ex quo utilitas hujus Tituli evidens est: imo valet quoque hodie Legatum debiti

biti ſub expreſſa quantitate relictum, etiamſi nullum debitum exiſtat Carpzov. p. 3. C. 9. def. 22.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 3. §. 3. L. 8. §. 9. L. 9. 20. §. 1.

Lib. XXXIV. Tit. 4.

De adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis.

Autores.

De Ademtione Legatorum vid. prolixe Barry de Succeſſion. lib. 9. Tit. 29. per tot. f. 528. Camarela de Legatis lib. 4. cauſ. 2. fol. 473. ſeq. De Repetitione legati Camarela c. l. Lib. 4. cauſ. 4. fol. 480. De Prohibitione alienationis rei legatæ Camarela c. l. Lib. 15. cap. 6. per tot. De pignoratione rei legatæ Camarel de Legat. lib. 4. cauſ. 5. cap. 3. fol. 483. De Alienatione Rei legatæ facta à teſtatore, an revocetur legatum Barry de Succeſſ. lib. 9. Tit. 30. Camarel. de Legatis lib. 4. cauſ. 5. fol. 481.

Uſus Tituli modernus.

Legata hodie coram duobus teſtibus revocari poſſe, certum eſt, cum nuda voluntas ſufficiat. per l. 3. §. ult. ff. h. t. Maſcardus de probat. Concluſ. 1280. n. 81. Brunn. in l. 3. ff. h. t. L. 17. C. de Legatis & l. 27. C. de fidei-

fideicommissis, unde quinque testibus sicut Struv. θ. 81. h. t. existimat, opus non erit. An autem nuda Schedula testatoris sufficiat disputatur, Carpz. hoc concedit P. 3. C. 13. def. 19. n. 1. licet alibi contrarium statuerit, sed sententia affirmativa omnino vera est. Sufficit enim ad revocationem nuda voluntas, quæ non tantum duobus testibus; sed & Schedula testatoris, modo de hujus manu constet, sufficienter probatur. De coetero modi quibus tacitè adimimur Legatum etiam hodie obtinere. e. g. Exactio nominis vid. Carpz. d. D. 19. & p. 1. Dec. 86. ubi limitationes habet.

Leges Notabilis h. t.

L. 3. §. fin. L. 4. 6. 7. 10. 15. 18. 30. §. 2.

Lib. XXXIV. Tit. 5.

De Rebus dubiis.

Jung. L. 6. Tit 38. C. de verb. & rerum signif.

De Rebus C. dispositionibus dubiis sc. Albertus Brunus. Ad h. t. ff. de rebus dubiis scrips. Joh. Sadoletus. Hugo Donellus. Ludov. Tessera. Bart. Calepius. Ad L. utrum 7. §. cum quidam 1. ff. h. t. Raphael Gomez. Ad §. cum bello. l. 9. ff. h. t. Emanuel de Costa. De Dubio Joh. Deckherr. De eo quod justum

Justum est in dubio Ahasverus Fritschius. De Ambiguo Conrad Friedlieb. De Commorientibus ad l. qui duos. ff. de reb. dubiis Joh. Fried. Hoffmann. De Superviventia Georg Paulus Hoen. De verborum significatione in Legatis Struv. Not. & Obs. ad Ant. Matth. Tr. de Success. c. 11. per tot.

Usus Tituli modernus.

Pariter & ad hunc Titulum recurrendum, quoties dubium aliquod in legato occurrit: unde si Titio Cognato Legatum relictum, & duo ejusdem nominis, neutri ob incertitudinem debetur per L. 3. §. 7. Tit. præced. & l. 27. h. t. Nec admittendum, quod Groenw. utrique hoc Legatum hodie præstandum, vel inter utrumque dividendum esse contendit Testator enim Legatum uni tantum, & quidem in solidum præstare voluit.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 2. 4. 5. §. fin. L. 7. §. 1. L. 9. pr. §. 1. & fin. L. 16. 19. 21. 22. 23. 24. fin.

Lib. XXXIV. Tit. 6.

De his, quæ pœnæ causa relinquuntur.

Jung. L. 6. Tit. 41. C. de his, quæ pœnam, nom. in testam. vel codicill. scribunt vel relinquuntur.

Autores.

De Pæna impoſita Legatario vel hæredi à Teſtatore vid. Barry de Succeſſion. Lib. 9. Tit. 28. fol. 524. Camarel. lib. 9. fol. 667. ſeq.

Uſus Tituli modernus.

Hodie quoque pœnam Legato adjicere licitum eſt, modo conditio, ob quam non impletam pœna eſt adjecta, ſit honeſta. Si vero conditio turpis vel impoſſibilis, tunc ſi legatario adjecta habetur pro non adjecta, & legatum pure debetur. In quo iterum male diſſentit Groenw. quod hodie tale legatum plano inutile eſſe vult ſi hæredi adjecta non valet legatum, quia puniri nequit, nec faciendo id, quod lege interdictum.

Lib. XXXIV. Tit. 8.

De Regula Catoniana.

Autores.

Otium quadrimeſtre l. 1. d. Regula Catoniana ſc. Joh. de Pareja. Ad Regulam Catonianam Franc. Balduinus De Regula Catoniana ſc. Joh. Strauchius. Hoffmannus

Uſus Tituli modernus.

Hæc regula requirit aptitudinem Legatarii tempore Teſtamenti conditi: ſi enim tunc incapax ſit, non acquirit legatum, quam-

quamvis postea capax factus; Quod hodie non aliter se habet, cum, quod ab initio vitiosum, tractu temporis non convalescat. Causa superveniens equidem quid operatur, nisi antea ad solennitatem Actus integritas aliqua necessaria sit. Nam solennia ab initio debent esse integra.

Lib. XXXIV. Tit. 8.

De his, quæ pro non scriptis habentur.

Jung. L. 6. Tit. 51. C. de caducis tollendis & l. 9. Tit. 23. de his qui sibi adscribunt in testamentis.

Autores.

Ad h. t. vid. Camarela de Legatis Lib. 6. cap. 1. qu. 2. & seqq. De deficiente legato Camarela d. l. c. 2. memb. 1.

Usus Tituli modernus.

Et præsens titulus hodie etiam sua gaudet utilitate, ita ut non subsistat, quod quisque sibi in testamento adscripserit, quod ob generalitatem rationis quoque ad eum casum extendendum, quando quis suis aliquid adscribit. Carpz. p. 3. Dec. 151. n. 16. seq. opus ergo est, ut testator in subscriptione hujus rei mentionem faciat, sc. se volente hoc adscriptum esse Carpz. p. 3. C. 3. D. 10.

Dubia tamen Carpz. opinio eſt, quam habet d. l. def. 9. n. 6. ubi puto, nec in nuncupativo Teſtamento ſibi aliquem quid adſcribere poſſe? Hujus enim Teſtamenti fides non à ſcriptura, ſed à depoſitione teſtium dependet.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 4. pr. & L. 5.

Lib. XXXIV. Tit. 9.

De his, quæ ut indignis auferuntur.

Jung. L. 6. Tit. 35. C. de his quibus ut indign. hered. & ad SCtum Silinianum.

Autores.

De bonis ereptitiis Nic. Chriſtoph. Lyncker. De Ingratitudine Bartholomæus Leonh. Schwendendörff. De ingratitudine & actione Ingrat. Joh. Joach. Decherus. De Ingratitudine Quintilian Mandoſius.

Uſus Tituli modernus.

Varii hic recenſentur cauſus, in quibus Fiſcus hereditatem heredi auffert, quos ordine recenſet Sixtinus de Regalibus Cap. 13. ſed an in Praxi obtineant, multi dubitant, qui Jura Fiſci hodie non tanta eſſe volunt, ac olim. Verum cum ex eo, quod interdum Jure Fiſcalia negligant, eorum abrogatio non

præ-

præsumenda: hinc Titulum hunc adhuc obtinere, hodie nec in desuetudinem abiisse dicendum est, teste Mev. p. 5. Dec. 154. Wissenbach. ad ff. h. t. in fin. Nicol. Everhardi Vol. 1. Cons. 3. & Cons. 50. per tot. Struv. in obs. ad Matthæi Tr. de Successione. cap. 19. per tot. ubi Notab. Einsiedel in Tr. de Regalibus, cap. 3. n. 141. usque ad n. 165. Carpz. de Regal. cap. 3. Regal. 28. per tot. Klockius tom. 1. Cons. 46. n. 22. Brun. ad L. 3. ff. h. t. Besold. Cons. 179. n. 28. seq. De illo verò, qui in specie de in casu non vindicandæ necis defuncti Juris sit, diximus supra in Tit ad SCtum Syllanian.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. 3. 4. 5. pr. L. 6. 12. 13. 14. & pen.

Lib. XXXV. Tit. 1.

De conditionibus & demonstrationibus, & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur.

Jung. L. 6. Tit. 46. C. de condit. insert. tam legat quam fideicomm. & libert. Tit. 44. C. de falsa causa adjecta legato vel fideicomm. Tit. 45. C. de his, quæ sub mod. leg. vel fideicomm. relinq. T. 40. C. de indict. viduit. L. Jul. Misc. toll.

Autores.

De Legato conditionali sc. Burchard. Bartili. De Cautione Mutiana. Christophorus Kellinghusen. Barthol. Leonh. Schwendorffer. Joh. Christoph. Falcknerus Klock, Vol. 2. Cons. 89. De Demonstratione Henricus Wilhelmus Maler. De Conditionibus & Demonstrationibus causis & modis Leander Galganettus. De Conditionibus & Demonstrationibus Marcus Mantua. De Conditionibus Insertis Petrus de Bella pertica. De Conditionibus & Demonstrationibus Emanuel de Costa. De Conditione indicta Viduitatis Idem Costa De Conditionibus & Modis impossibilibus, Contractibus & Testamentis adscriptis. Paul. Duran. De Conditionibus Alber. Gentilis Hermosilla ad Lupezium in Indice. L. Titiæ si non nupserit ff. de condit. & demonstr. Bened. Ægidius Gil. De Actu conditionali Anton. Affelmann. De Conditionis de assumenda religione pontificia heredi vel legatario adscriptæ nullitate Christian. Alard Knopff. De Conditione: Si non nupserit Joh. Christoph Hartung. De Filio, sub conditione, si se filium probaverit, herede instituto ad L. Lucius 83. d. Conditionibus & Demonstrationibus Christ. Thomasius. De Legatis quæ sub conditione relinquuntur Camarela Lib. 8. per tot. ubi prolixis-

lixiſſime. Conditio quando dicatur, & quando Modus &c. Palma Alleg. Jur. 4. Caſtillo Sotomajer tom. 4. Controv. jur. cap. 54 & ſeq. ubi notab. tot. 5. cap. 89. De Legatis ſub demonſtratione factis Camarel. l. 9. qu. 1. & ſeq

Vſus Tituli modernus.

Titulus præſens pari modo ſicut de Tit. 7. L. 28. diximus, uſu ſervatur, & in caſu obveniente ſecundum Juris Romani diſpoſitionem pronunciandum, adeo ut & conditio viduitatis viduæ adjecta valeat, & legatum contractis ſecundis nuptiis adimatur, ſecus ſi virgini conditio adjecta, quæ de re agunt Dd. in Tit. Cod indicta viduitate. vid. Brunn. in Tit. C. de indicta viduitate. n. 6. & 7. Mantica de conject ult. vol. l 10. t. 2. n. 14.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 1. 2. 3. L. 2. 5. 7. 17. tot L. 24. 29. 31. 33. pr. §. 1. 2. 3. & fin. L 36. §. 1. L. 40 §. 1. L. 56. 59. 62. §. fin L. 71. § 2. L. 74. 75. 76. 79. 83. 84. 85. 89. 99. L. Cum avus, 102. 106. 109.

Lib. XXXV. Tit. 2.

Ad Legem Falcidiam.

Jung. L. 6. Tit. 50. Ad L. Falcid.

Autores.

Ad. L. Falcidiam ſcripſerunt Anton. Govean

vean Francisc. Duarenus, Æmilius Ferrerus, Joh. Harprecht, Schwendendörfferus. De Jure falcidiæ Melchior Graffus. De quarta Falcidia & Legima. Joh. de Carvalho Comment. ad LL. Voconiam, Falcidiam Franciscus Balduinus. De Falcidia Guilielm. Cupp. Paradoxa ad L. Falcid. Paradoxon ad L. hereditatem. ff. ad L. Falcid. Francisc. Husmannus. Comment. in L quartam ff. ad L. Falcidiam Joh. Francisc à Ripa. Ad L. 2. de Legat. & in l. 4. ff. ad L. Falcidiam Cæsar Frumociolius. Paraphrasis ad L. in testament. C. ad L. Falcid. Joh. Freire de Lima, dictus Joh. Felix. De quartæ Falcidiæ natura, ejusque affinitate ac differentia cum Trebellianica Georg. Adam Struvius. De illicita falcidiæ detractione Samuel Strykius. De Lege Falcidia quando locum habeat. Camarela de Legat. lib. 15. cap. 2. per tot. Lib. Baro Schmid. in Comment. ad Jus Bavar. Tit. 38. Art. 1. seq. Struv. Not. & Observat. ad Ant. Matth. Tract. de Success. cap. 13. per tot. De Falcidiæ detractione & prohibitione Stryk in Caut. Testam. cap. 22. per tot.

Usus Tituli modernus.

Et hodie quoque quarta Falcidia ab herede legatis gravato detrahitur, & quidem omni illo casu, quo Jure Romano uti licebat. De observantia Saxon. quod in Legatis & Codicillis

dicillis in genere falcidiæ locus sit, testis est Carpz. p. 3. C. 1. def. 6. Hoc tamen in Saxonia Electorali singulare est, quod ex donatione mortis causa omnium bonorum Falcidia non detrahatur, Carpz d. l. def. 1. Licet non tantum Jure Civili (sc. propter extensionem Falcidiæ ad omne gravamen heredis) sed & Saxonico communi hoc aliter se habeat. Carpz. d. l. D. 1. Pariter & in Pactis dotalibus Falcidia cessat in Electoratu Saxoniæ. Carpz. d. l. def. 11. quod iterum singulare est.

Cæterum casus illi, quibus Jure Romano Falcidia cessat, etiam hodie attenduntur, uti patet ex Carpz. Part. 3. C. 1. def. 12 13. & 16. & Lib. 6. Respons. 30 ubi simul probat & hodie ad excludendam Falcidiam expressa prohibitione opus esse.

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. fin. L. 9. 47. §. 1. L. 59. 63. pr. L. 68. 73. pr. & §. 1. L. 77. 78. 91. 95. §. fin.

Lib. XXXV. Tit. 3.

Si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicetur.

(Suplend.) & dubitetur, utrum L. Falcidia locum habitura sit nec ne? quomodo subveniant Prætor heredi, ut ei Legatarius satis

ſatis dct. Lynckerus in analect. hic. Carpz. 6. Reſp. 31.

Vſus Tituli modernus.

Si de maſſa hereditatis, & an Falcidiam ſalvam non habeat heres, exacta non conſtet: nullum ſubeſt dubium, quin adhuc hodie cautio à Legatario exigi poſſit de reſtituendo eo, quod ultra Falcidiam ſolutum.

Leges notabiles h. t.

L. 3 §. 3. L. 6.

Lib. XXXVI. Tit. 1.

Ad SCtum Trebellianum.

Jung. L. 6. T. 48. ad SCtum Trebellianum.

Autores.

De Fideicommiſſis Marcus Anton. Peregrinus atque in eum commentar. Franciſc. Cenſalius, Vincent. Fuſarius, Frider. Albert. Maulius, Anton. de Meneſeſy de Padilla Claudius Chifletius, Joach. Nerger. Cothmann. Vol. 5. Reſpons. 5. 6. & ſeq. In L. cum acutiſſimi C. de fideicommiſſ. In L. cum virum C. de fideic. Joh. Coraſius Epitome in materiam Fdeicommiſſ. Franciſ. Marzarius. Ad L. ultimam C. de fideic. Ferdinand. Chriſtoph Harprecht, Joh. Frideric. Georgii. De ſucceſſione legitima ex fideicommiſſo familiæ

liæ Samuel Stryck. De Fideicommissis universalibus Georg Adam Struve. Henricus David Cuno. Nicol. Christoph. Lyncker. De fideicommissis familiæ conservandæ causæ relictis Philipp. Knipschild. Georg. Christoph. Stirn. De fideicommissis familiæ Henricus Hahnius, Tabor. Dec. 28. De fideicommissis per alienationis prohibitionem inducendis Sfortio Oddus. De fideicommissis maxime ex prohibita alienatione resultantibus Petr. Anton. de Petra. De Tacito fideicommisso Joh. Garzias de Saavedra. De fideicommissis ex casu contrafactionis per alienationem extra familiam resultantibus Joh. Volck. Bechmann. De Testimonio testamentario fideicommissario Ferdin. Christoph. Harprecht. De Jure deducendi duas (uti vulgo loquuntur) Quartas. Idem Harprecht. De fideicommisso sub clausula: Quicquid superfuerit, relicto Andreas Mylius. De fideicommisso Conventionali Diettericus Epping. De Epistola Fideicommissaria Carol. Andr. Schilling. De Restitutione Fideicommissorum & imputatione prælegatorum in quartam Trebellianicam Ulricus Obrechtus. De Transactione super fideicommisso, inter personas ad illud vocatas Ferdin. Christoph. Harprecht. De Termino fideicommissorum familiæ ad Novell.

159.

159. Joh. David. Cummerell. De Quarta Trebellianica Christ. Gottfried Bergerus. Ad Senatus Consultum Trebellianum Hahn ad Wesenb. p. 228. seq. ubi Notabil. & quædam Responsa it. Struv. in Not. & Observat. ad Ant. Matth. Tract. de Success. cap. 13. Besold. Cons. 217. & 227. Speidel Specul. Jurid. Polit. sub voce Fideicommissum familiæ in addit. Fritsch. fol. 616. Maulius in Thesaur. Theoret. Pract. sub Tit. de Trebellianica. fol. 98. De substitutione Fideicommissaria Barry de Successìon. Lib. 8. Tit. 1. & seq. ubi nervose. Harpprecht de Successìon. p. 2. Tract. 10. p. 1073. & seq. ubi Notabilia. De Fideicommissaria substitutione, an liberorum nomine Kinder Nepotes & alii descendentes veniant? vid. Mundius Vol. 1. Consil. 21. per tot. Harpprecht. Vol. 1. Consil. Tubing. 1. it. Besold. part. 5. Cons. Tubing. 198. n. 11. De Fideicommisso Masculino. Castillo Sotomajor tom. 2. Controv. Jur. cap. 2. per tot. De Fideicommisso Stirpis Masculinæ Textor. Disp. Academic. per tot. 16. per tot. Possessor prædii Fideicommisso familiæ obnoxii an à Satisdatione immunis sit Harpprecht. Respons. 49. per tot. Fideicommissum an præsumatur Besold. Cons. 145. Fideicommissi colligendi quæ sufficientes sunt Conjecturæ. Mev. p. 7. Dec. 17. & seq. De fidei-

com-

commiſſo ſine teſtibus Textor. Diſput.Acad. 15. per tot. Alienatio rerum fideicommiſſo ſubjectarum propter quam cauſam permittatur Joſeph de Roſa Conſult. Jur. 14. per tot. Bona fideicommiſſo ſubjecta, an in caſum ſummæ neceſſitatis alienari poſſint. Otto Conſil. Exot. 3. add. Schilter. Conſil. Argentor. 150. An fideicommiſſarius ſuper bonis fideicommiſſariis in præjudicium heredis directe teſtari poſſit. Roſacorb Obſ. pract. cap. 23. De fideicommiſſo Familiæ per Confiſcationem liberis & agnatis ademto Fritſch. Vol. 1. Conſ. 1. per tot. De Reſtitutione Fideicommiſſi ante purificatam conditionem facienda ob dilapidationem gravati vid. Cæſar. Argeli de Patronibus Tract. de Acquirend. poſſeſſ. Quæſt. 8. Art. 17. pag. 139.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Trebellianica quarta hodie quidem ſæpius cum Falcidia confunditur: eſt tamen & manet adhuc ab eadem diſtincta, quæ diſtinctio præcipue conſiſtit in utriusque quartæ compenſatione: ut ſic ab una ad alteram, ſi ratio diverſitatis appareat, non valeat argumentum: quam ob cauſam in Saxonia Electorali in Donatione omnium bonorum non quidem detrahitur Falcidia, Trebellianica tamen locus eſt, juxta Carpz. p. 3. C. 1. D. 7. Quamvis hæc ſententia mihi dubia

videatur cum fine dubio & de Trebellianica fenierit Saxo. Legislator, unde & à Carpzov. diffentit Berlich. P. 3. Concluf. 1. n. 52.

§. 2. Circa Filiumfam. fideicommiffo gravatum Jus Civile & Canonicum difcrepant, an fcilicet duplicem quartam, i. e. legitimam & Trebellianicam deducere poffit, quod Jus Civile negat, Jus Canonicum affirmat: Praxis vero diftinguit: An Filius fideicommiffo pure gravatus, an fub conditione vel ex die: Priori cafu legitimam tantum capit, pofteriori etiam Trebellianicam, cum fic duplex lucrum capiat non eodem, fed diverfo tempore. vid. Gail. L. 2. Obf. 121. n. 6. Carpz. p. 3. C. 1. D. 21. Philippi in ufu pract. Inftit. L. 2. Tit. 23. Eclog. 98.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 19. L. 2. 3. pr. & §. 4. L. 17. pr. §. 4. & 5. L. 18. 19 23. 33. 37. 42. §. 1. 44. 46. 50. 54. 55. §. 2. L. 57. §. 1. & fin. L. 63. 74. 76.

Lib. XXXVI. Tit. 2.

Quando dies legatorum vel fideicommifforum cedat.

Jung. L. 6. Tit. 53. C. quando dies legati vel fideicommiffi cedat.

Autores.

De ceffione Legatorum vom Verfall der Stiff-

Stifftungen scrips. Joh. Fridr. Rhetius. Camarel. de Legatis & Fideicommiss. Lib. 4. fol. 490. seq. ubi prolixe. Legatarius an pendente Conditione decedens Legatum ad heredes transmittat, Besold. Vol. 6. Cons. 257.

Usus Tituli modernus.

Et hodie legati puri dies à tempore mortis cedit: Legati verò conditionalis à tempore existentis conditionis: ut hinc Legatario ante existentiam conditionis decedente heres ipsius nec hodie quicquam ex legato capiat: Usuræ verò Legatorum non debentur à die mortis, sed tantum à die commissæ moræ, non postquam legatum ab herede petitum, Carpz. p. 2. C. 30. def. 20.

Leges notabiles h. t.

L. 2. 3. 6. 12. §. 1. & 5. L. 13. 20. 26. §. fin.

Lib. XXXVI. Tit. 3.

Ut Legatorum seu Fideicommissorum causa caveatur.

Jung. L. 6. Tit. 54. C. ut in possess. ect. & quando satisdari debeat.

Autores.

Ad h. t. vid. Schacher in Colleg. Practico ad hunc Titulum. De Cautione fideicommissario ab hærede præstanda. vid. Besold. Cons. 156.

Usus Tituli modernus.

Cum hæc cautio ad securitatem Fideicommissi spectet? nullum est dubium, quin eadem adhuc hodie ab herede Fiduciario exigi possit, & quidem regulariter præstanda per Fidejussores. Carpz. p. 3. C. 8. def. 38. n. 3. imo etiam ut eo certius de Fideicommissi quantitate constet, à Fiduciario herede exigi potest inventarium. Carpz. d. l. def. 19. vel ad minimum annotatio vel descriptio. Faber in Cod. l. 6. Tit. 25. def. 25. per tot.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. §. 13. & 14. L. 3. §. 1. L. 7. pr.

Lib. XXXVI. Tit 4.

Ut in possessione legatorum vel fideicommissorum servandorum causa esse liceat.

Jung. L. 6. Tit. 54. C. ut in possess. vel fideicommiss. mitt.

Autores.

Vid. quæ habet Schacher in Colleg. Pract. h. t.

Usus Tituli modernus.

Si heres in mora restituendus sit, vel in legato conditionali periculum dissipationis subsit, heres vero cavere nolit, immissionem

nem in bona Teſtatoris etiam hodie impetrare poteſt Legatarius, quo ſecurus ita ſit de Legato. Remedia enim Juris, quæ ad ſecuritatem Legatorum vel fideicommiſſorum tendunt, hodie non poſſunt dici immutata.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. L. 3. pr. L. 5. §. 23. L. 6. penult.

Lib. XXXVII. Tit. 1.

De bonorum Poſſeſſionibus.

Jung. L. 6. Tit. 9. C. qui admitt. ad bonor. poſſ. & intra quod temp. & T. 10. C. quando non petentium partes petentibus accreſcant.

Autores.

Ad h. t. vid. Hahn. Obſerv. ad Weſenb. n h. t. per tot. Bonorum Poſſeſſio quibus Caſibus ſit neceſſaria Barry de Succeſſionibus Lib. 9. Tit. Bonorum Poſſeſſio an & quando heredibus competat Alderiſius de Hereditariis Actionibus part. 2. cap. 7. per tot. Quibus modis agnoſcatur Bonorum Poſſeſſio Barry de Succeſſionibus. Lib. 11. Tit. 7. per tot.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. In hoc & ſequenti Titulo agitur de Remediis Prætoriis, quibus quis ad ſucceſ-

 ſionem

ſionem pervenire poſſet: Prætor enim æquitate motus, certis perſonis quæ Jure Civili ſuccedere non poterat, remedia dedit, quibus bonorum poſſeſſionem; ſive quod in effectu idem eſt, hereditatem conſequerentur. Zigl. de Succeſſ. conjug. §. 2.

§ 2. An autem bonorum poſſeſſiones hodie in praxi abrogatæ, an verò adhuc obtineant, disquiritur. Hic duæ quæſtiones ſeparandæ. 1.) An bonorum poſſeſſionis petitio in praxi adhuc ſit neceſſaria, & 2) ſi non neceſſaria, an non tamen in Praxi utile ſit ad hæc remedia Prætoria confugere? Quoad primam quæſtionem dicimus: Non tantæ neceſſitatis eſſe hodie bonorum poſſeſſionem, ac erat de Jure ff. cum Jus ſuccedendi ex teſtamento per Nov. 115. & ab inteſtato per Nov. 118. maximam partem immutatum, & illa ſcrupuloſa ſubtilitas, quam ſuis bonorum poſſeſſionibus temperare voluerunt Prætores per ipſum Imperatorem Juſtinianum ſublata, ut hinc ſucceſſuris per remedia Juris noviſſimi ſatis ſit conſultum, ſuperſunt tamen adhuc caſus, quibus quis non niſi ex Prætoris beneficio ad ſucceſſionem pervenire poteſt.

§. 3. Neceſſaria autem & Prætoria ſucceſſio 1) ſi Teſtamentum Jure Civili nullum, ſed ex æquitate tantum Prætoria ſuſtinetur, ſi

 filius

filius præteritus alio herede ſcripto, & filius teſtamentum impugnare nolit, ſcriptus heres non niſi Prætoris beneficio admittitur, quia Jure Civili Teſtamentum eſt nullum per l. 17. ff. de injuſt. rupt. & irrit. teſtam. Idem obtinet, ſi poſthumus præteritus, ſed vivo Patre iterum deceſſerit. L. 12. ff. h. t. 2) ſi teſtator Capitis diminutione affectus & ita teſtamentum irritum factum, tunc ſi tempore mortis receperit Civitatem & ſtatum priorem, Jure tantum prætorio heres ſcriptus admittitur. §. 6. Inſtit. quibus mod. teſt. infirm. 3) Neceſſaria quoque eſt bonorum poſſeſſio aliquando in ſucceſſione conjugum, de quo dicam in Tit. Unde vir & uxor 4) ſi filius heres ſub conditione inſtitutus pendente conditione non poteſt adire, poteſt tamen bonorum poſſeſſionem petere per l. 2. §. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. Tab. Plures caſus vid. in Tr. de Succeſſ. ab inteſt. C. 1. §. 22. & ap. Vaspu. L. 2. de Succeſſ. Reſol. §. 14.

§. 4. Utilitatem bonorum poſſeſſionis quod attinet, illa hodie non ceſſat, ſed interdum conſultius eſt bonorum poſſeſſionem petere, quam hereditatem. Citius enim bonorum poſſeſſio conceditur, cum ſummarie hic procedatur, & faciliores probationes, quam in hereditate petitione admittantur: Exceptiones verò, quæ altioris

ſunt indaginis, ad petitorum Judicium remittatur Bach. ad Treutl. Vol. 2. Diſp. 15. §. 1. in fin. Quodſi vero in Praxi quis recurrere ad bonorum poſſeſſionem velit, tempora à Prætore præſcripta obſervare debet, ſcilicet, ut ſi petens ſit ex liberis & parentibus intra annum, ſi vero extraneus, intra 100. dies utiles petat. §. 4. Inſtit. de Bon. Poſſeſſ.

Leges notabiles h. t.

L. 2. 3. §. 1. 2. fin. L. 5. 7. §. 1. 2. L. 8. 12. §. 1.

Lib. XXXVII. Tit. 2.

Si tabulæ teſtamenti extabunt.

Uſus Tituli modernus.

Et hodie quoque, ſi quis ex Teſtamento ſuccedere velit, poteſt ad hunc titulum recurrere, & quamvis in Jure Civili promptum detur remedium hereditatem ex teſtamento conſequendi, ſi ſcilicet offeratur Teſtamentum nullo viſibili vitio laborans, juxta L. fin. C. de Edict. Div. Hadr. tollendo. In hoc tamen remedium Prætorium pinguius eſt, quod detur etiam ſi teſtamentum poſt publicationem fuerit amiſſum, per l. un. h. t.

Lib.

Lib. XXXVII. Tit. 3.

De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cœco competente.

Usus Tituli modernus.

In hoc Titulo tantum de tempore petendæ bonorum possessionis, de quo in Tit. 1. §. 4. diximus, agitur, quod scilicet illud furioso & infanti non currat ob defectum intellectus. Aliud vero in mutis, surdis & cœcis, si intellectu polleant, quæ pariter hodie observanda esse, nullus dubito.

Lib. XXXVII. Tit. 4.

De bonorum possessione contra tabulas.

Jung. L. 6. Tit. 12. C. de bon. poss. contra tab. quem præt. lib. pollit. & Tr. 13. C. de bon. poss. contr. tab. lib. quæ patr. lib. eor. dat.

Vid. Stryck de success. ab intestato Diss. 9. cap. 5. per tot. ubi prolixe h. t. tractatur.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus hodie necessarius non est, cum omnibus illis, quibus Prætor contra Tabulas succurrit sc. liberis præteritis, vel non legitime exheredatis L. 1. & L. 8. §. 2. h. t. abunde tam contra testamentum Patris

quam matris sit consultum per Nov. 115. per quam novellam insuper emancipatorum & suorum differentia sublata, & sic emancipati, quibus tamen præcipue in hoc Titulo consulere voluit Prætor, hodie non amplius indigeant remedio Prætorio.

Leges Notabilis Lib. 30.

L. 8. §. 6. L. 10. §. fin. L. 20. pr.

Lib. XXXVII. Tit 5.

De Legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.

Usus Tituli modernus.

Quando Prætor contra Tabulas (scilicet Testamenti) dabat Bonorum possessionem Legata quoque corruebant exceptis tantum certis personis, inter quas Parentelæ respectus, quibus per hunc Titulum succurrebatur & legatum conservabatur, sed hodie ex Nov. 115. tantum quoad institutionem evacuatur testamentum, Legata vero omnia, quibuscunque etiam personis sint relicta, salva maneat. Et quamvis per hanc Novellam huic Titulo non esse derogatum dici possit, cum agat de Testamento rescisso, remedio juris Civilis non Prætorii vid. Brunn. Exercit. 16. ad Instit. p. 142. prior tamen sententia in Praxi obtinet.

Lib.

Lib. XXXVII. Tit. 6.

De Collatione Bonorum.

Jung L. 6. T. 20. C. de Collatione.

Autores.

De Collatione bonorum fcrips. Arnoldus Vinnius, Vitalis Nemanfenfis, Georg Adam Brunner, Johannes Saporta Tr. Tract. t. 8. p. 1. fol. 461. Stephanus Forcatillus, Jacobus Ferrerius, Klock. tom. 4. Conf. 34. per tot. Difputationes vero alias inter hac de materia extant Matthæi Grofii. Difput. Bafil. Vol. 4. Difp. 29. D. Stryk. Tr. de Succeff. ab inteftato Differt. XI. Georg Planci. Præfide Ortolpho Fomanno. Georg Chriftoph Walteri Altdorphi 1652. habita. Jacobi Blumens. Præfide D. Schrötero. Georg Mohrs Præfid. Georg Wernero. Multa quoque hac de materia habet Blaf. Michalor. Tr. de Fratribus, Valafc in praxi Partit. & Collat. nec non Anton. Ayerve de Ayora Tr. de partit. Tit. De Collatione multis Refponfis illuftrat hanc materiam Struv. in Not. & Obferv. ad Ant. Matth. T. 2. De fucceff. cap. 17. per tot. Collationis materiam elegantiffime tractat Lib. Baro Schmid in Comment. ad Jus Bavar. Municipal. Tom. 3. Tit. 36. Art. 14. fol. 641. & add. Index voc. computare. An Nepotes

potes cum Avunculis vel patruis concurrentes conferre teneantur? vid. Schilter. Prax. Jur. Rom. Germ. h. t. §. 21. seq. ubi peculiare Responsum Juris. De Personis conferentibus Stryk. de Success. ab intestato. Differt. XI. c. 2. per tot. Quæ in collationem veniunt. Vultejus Vol. 4. Conf. Marpurg. 33 per tot. De Immunitate Studiorum aliorumque Sumtuum à Collatione Kurrer. An expensæ, quas Pater pro filio studiorum causa fecit, post mortem Patris cum fratribus tempore divisionis conferri debeant vid. Vultejus Vol. 4. Conf. Marp. 5. per tot. An post divisionem quis possit compelli ad conferendum Stryk. c. l. Diff. XI. cap. 5. §. 2.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Materia collationis hodie in viridi observantia est, dum non tantum inter emancipatos, quorum causa collationem Prætor, sed & inter suos favore æqualitatis locum habet. Nov. 18. c. 6. Brunn. de collat. c. 1 n. 145. Antonius Faber. L. 6. C. Tit. 4. n. 7. def. 1. sicuti & omnis res hodie conferenda, quæ conferri non prohibita. L. 17. C. h. t. & ibi Brunn. in Comment. modo res ab illo profecta, cui succeditur. Inter ascendentes tamen & collaterales successores hodie collatio locum non invenit. Brunerus in Tr. de Collat. Bon. C. 3. n. 129. quia ab initio jus

cola-

collationis à prætore inter descendentes est introductum, quod postmodum ad ascendentes nunquam extensum fuit, nemo enim tenetur conferre nisi cui expressa lege id imponitur, ut est communis Dd. sententia, Carpz. p. 3. const. 11. def. 26. Guidelinus de jure novissimo, lib. 2. cap. 19. v. sæpe in divisione in fine.

§. 2. Cæterum in Saxonia à Collationis onere eximuntur Gerada & res expeditoriæ; illam enim filiæ, has filii præcipuas capiunt. Si tamen filiabus tantum legitima sit assignanda in casu, si concurandum Patre successore mobiliori e. g. Si omnia matris bona sint mobilia, quæ ad maritum superstitem transeunt, relicta tantum filiabus legitima, tunc filiæ Geradam in legitimam omnino computabunt, quamvis nec ita Gerada proprie conferatur. Prius enim ex hereditate deducitur Gerada, & postea ex massa, residua demum legitima computatur: Si tunc per Geradam tantum non haberit filia, quanta est pars tertia residuæ hereditatis: tunc quod deest Geradæ hoc ex hereditate supplendum. Carpzov. p. 3. C. 11. def. 3. Idem, quod de Gerada in Computatione legitimæ filiarum dictum est, obtinet etiam in rebus expeditoriis ratione legitimæ filiorum. Carpzov. def. 9. Cæterum quod filiæ inter se concur-

currentes Geradam conferant, extra dubium est. Carpz. p. 3. C. 105.

§. 3. Circa sumtus studiosorum pariter sequimur dispositionem Juris Romani sc. quod hi à patre dati, regulariter non conferantur per L. quæ pater 50. ff. fam. hercifcund & quamvis Carpz. p. 3. C. 11. def. 17. n. 3. idem in matre velit verum esse, hoc tamen vix admittendum esse puto, cum illa subsidiaria obligatio ad alimenta, de alimentis tantum necessariis, non disciplinis sit intelligendum. Hoc tamen facile admitto, quod habet Struv. h. t. θ 30. si mater ex communibus bonis filio sumtus studiorum subministraverit, quod non debeat conferri: quamdiu enim bona communia manent: patrem quasi defunctum repræsentare intelliguntur.

§. 4. Cæterum cum variæ dentur limitationes, quando sumtus studiorum conferendi sint, nos per Regulam sequentem illos comprehendimus: Toties sumtus studiorum conferendi, quoties de voluntate Patris contraria per sufficientes conjecturas constat: Ratio: quia Pater donasse præsumitur, quæ præsumptio cessat, si de alia mente Patris constat. Hæc voluntas vero vel expressa est. e. g. si Pater conferri jubeat, vel tacita vel conjecturis collecta, ut 1) si filius ipse

ipse habeat bona, quæ in administratione patris sint: sic enim cessat præsumtio voluntatis domandi, cum filius ipse sumtibus sit instructus. 2) Si in rationes intulerit non communes seu quotidianas, hoc enim Pater tanquam bonus Paterfamilias fecisse præsumitur, quæ etiam donata haud raro consignat, ut expensarum suarum modum sciat, sed singulares quibus credita s. ab aliis repetenda inscribit. De priori casu intelligo Decision. Elector. Saxon. quinquagesimam, ubi ea sola consignatione collationem non esse præsumendam Elector statuit. 3) Si male consumti, & filius studiis non incubuerit: in hunc enim finem nihil donasse censetur Pater. vid. d. Dec. Elect. 50. in fin. 4) si reliquis legitimis liberis legitima amplius salva non sit, nam his pater quoad legitimam præjudicare nec voluit nec potuit vid. Philippi Observat. 2. ad Decis. Elector. 50. Brunerus de Collat. bonor. C. 4. n. *76.* seq. quamvis tali casu sufficiat, si aliis liberis legitimam suppleat filius: Idem enim Juris in hoc casu esse dicit Decisio Electoralis, quod in officiosa donatione.

§. 5. De collatione liberorum à filio studioso facienda varie disputatur; plerique libros extra collationem afferunt, de quo prolixe agit Brunerus d. C. 4. n. 107. seq. sed distinguen-

ſtinguendum puto, an libri durante ſtudiorum curſu dati, an eo abſoluto? Priori caſu iterum diſtinguendum: an libri Studioſo fuerint præcipue neceſſarii an non: illi non conferuntur, ſed ſumtibus ſtudiorum annumerantur tanquam neceſſaria ſtudiorum inſtrumenta: hi vero e. g. ſi Pater integram Bibliothecam emerit filio conferendi ſunt, niſi filius vivo Patre abſolverit ſtudia, iisdem jam acquirere cœperit vid. Zœſ. h. t. n. 38. Poſteriori caſu non conferuntur, quia ſpectant ad peculium quaſi Caſtrenſe, quod abſoluto ſtudiorum curſu demum incipit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 16. L. 2. §. 4. L. 5. §. 1. L. 8.

Lib. XXXVII. Tit. 7.

De dotis Collatione.

Autores.

De hac materia vid. Vinn. Tr. de Collatione. c. 12. it. Hahn ad Wenſenb. n. h. t. per tot. Quid ſit Collatio, & ad quem effectum per leges fuerit inducta vid. Palma Allegat. jur. 33. & 34 per tot. ubi plura de Collatione dotis, add. quæ habet Schacher in Colleg. Pract. ad h. t.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Et hic quoque Titulus in Praxi frequens

quens est, & hodie dos oneri collationis sit subjecta. Quod in Praxi eo usque extensum, ut non tantum dos ipsa, sed & subsidia paterna ad sublevandam oeconomiam filiæ datæ collationi sint obnoxia. Carpz. p. 3. C. 11. def. 15. Non tamen sumtus convivii nuptialis conferendi ob rationem, quod proprii honoris causa eos fecisse censeatur Pater. Carpz. def. 21. ob quam rationem & sumtus Doctorales à filio facto non conferuntur. Carpz. d. l. def. 17. Valet tamen in utroque casu voluntas Patris in contrarium. Carpz. def. 23. licet hæc voluntas ex nuda consignatione patris non colligenda Brunn. Cent. 5. D. 21. Quod in dote Juris, idem etiam in donatione propter Nuptias L. 17. C. h. t.

§. 2. De collatione sumtuum pro filio ad consequendum Canonicatum erogatorum dubitatur inter Doctores, sed affirmativa sententia verior est per Regulam: Quotiescunque Pater filio acquirit talem dignitatem, unde habet salarium, toties quod in eam impensum debet conferri. Ratio Locupletior enim per ejusmodi dignitatem & filius factus. Non enim hic de nuda dignitate aut titulo filii agatur, cujus gratia quæ impensa non conferuntur, uti antea de dignitate Doctorali dictum: sed agitur hic de tali Titulo, ex quo certos annuos reditus habet

 filius,

filius, ut hinc, cum locupletior inde reddatur juste quoque ad collationem adigatur. Brunn. de Collat. Bonor. C. 4. n. 263. seq. quod & ad omnia alia officia extendendum, ex quibus certi filio sunt reditus, qualia officia aulica in L. pen. C. h. t. per militiam emtam denotantur.

Leges Notabiles h. t.

L. 4. & fin.

Lib. XXXVII. Tit 8.

De conjungendis cum emancipato liberis ejus.

Usus Tituli modernus.

Cum Jure Novissimo per Nov. 115. & 118. emancipati æquale Jus cum suis ad consequendam hereditatem tam ex testamento, quam ab intestato habeant, non amplius opus habet emancipatus beneficio Prætorio Brunn. ad h. t. & Gothofr. ad rubr. Tit. C. ut cum nepotibus ex se natis sed in potestate avi retentis, in successione concurrant, sed filius emancipatus hodie nepotes ex se natos tanquam proximior penitus excludit.

Lib.

Lib. XXXVII. Tit. 9.

De Ventre in possessionem mittendo & curatore ejus.

Adhuc hodie viduæ gravidæ concedi solet immissio in bona defuncti, si eam gravidam esse constiterit: equidem hæc hodie indistinctè sive partus editus futurus sit suus sive non. Cum emancipatorum ratio non amplius habeatur, nec opus habet vidua possessionem bonorum petitura, ut cautionem præstet. Carpz. p. 3. C. 17. D. ult.

Lib. XXXVII. Tit. 10.

De Carboniano Edicto.

Usus Tituli modernus.

Hodie quidem, cum censent servitutum Jura rarior status Controversiæ est, & quamvis ad pupillum, quem quis proprium hominem asserit, hoc extendi posse videatur: attamen non commode si enim Pupillus convincatur, hereditatem nihilominus retinet. Poterit tamen hic Titulus utilis esse, si quæstio moveatur impuberi, an sit filius legitimus, an spurius, quæ quæstio vi hujus Tituli usque ad tempus pubertatis differenda.

Lib. XXXVII. Tit. 11.

De bonorum possessione secundum tabulas.

Jung. L. 6. Tit. 11. C. de bon. poss. sec. tab.

De h. t. vid. Stryk. de Success. ab intest. dissert. 9. c 4 n. 7. seq. & n. 30. n. 50. seq.

Usus Tituli modernus.

Titulus hic non est inutilis, sed certis casibus adhuc necessarius: De utilitate hujus bonorum possessionis vide supra Tit. 2. Casus vero tres quibus necessario, si quis succedere velit, ex hoc Titulo petenda bonorum possessio spectari possunt in Tit. 1. hujus libri §. 3. ubi sub. n. 1. duo habentur casus, tertius vero sub n. 4.

Leges Notabilis h. t.

L. 1. §. pen. & ult.

Lib. XXXVII. Tit. 12.

Si à Parente quis manumissus sit.

Usus Tituli modernus.

Pater si à filio emancipato præteritus esset ex hoc Titulo contra Tabulas bonorum possessionem consequebatur, quo remedio opus hodie non habet; cum & filius emancipatus

patus patrem heredem, ut ex justa causa ex heredem scribere tenetur, quod si eundem præterierit, testamentum est ipso Jure nullum per Nov. 115. c. 4.

Lib. XXXVII. Tit. 13.

De bonorum possessione ex testamento militis.

Usus Tituli modernus.

Prætor ille concedit bonorum possessionem ex testamento militis, quamvis non solenniter testatus sit, modo tamen testamentum subsistat Jure militari, quod hodie pariter obtinet, cum circa testamenta militum Jure novo nihil sit immutatum.

Lib. XXXVII. Tit. 14.

De Jure Patronatus.

Jung. L. 6. Tit. 13. C. de bonor. possess. cont. tabulas ect.

Autores.

De Jure Patronatus vid. Besold. voc. Kirchsatz. Wesenb. Vol. 1. Cons. 48. Zigler de Juribus Majest. Lib. 1. c. 17. 18. & seq. it. cap. 13. n. 24. seq.

Usus Tituli modernus.

Conceditur in hoc Titulo Patronis eo-

rumque liberis bonorum possessio contra Tabulas libertorum, à quibus præteriti erant, sicut & ab intestato Patronus admittitur, si libertus liberos non habuerit, sed *bujus Tituli usus hodie superest nullus*: cum ob cessantem servitutem & manumissionem Patronatus Jura desierint. Alia ratio est Juris Patronatus Ecclesiastici, quod ex ædificatione vel dotatione Ecclesiæ alicui quæritur, quod cum hoc Titulo nihil commune habet, de quo videatur Finckelthaus in suo Tractatu de Jure Patronatus vid. etiam Nov. 57. cap. 2. & Nov. 123. c. 18 it. Carpz. Jurisprud. Eccles. L. 1. D. 13. seq.

Lib. XXXVII. Tit. 15.

De obsequiis parentibus & Patronis præstandis.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Quoad parentes hic Titulus adhuc in usu est, & quamvis enim emancipatus sit filius (cum Emancipatio tollat omne id, quod Civile est, non quod naturale) obsequium tamen parenti præstare tenetur, quod in eo præcipue consistit, ne injuriis afficiat parentem, aut famosam Actionem contra eum instituat, imo nec Patri hodie denegandum, si in-

ſi ingratum ſentiat filium emancipatum, cum in poteſtatem revocandi.

§. 2. Lex 3tia C. de Patria poteſt. hodie vero contra filios improbos non obſervatur Mev. p. 4. Dec. 184. n. 6. ſed Magiſtratus etiam patre nōn deferente nec ex voluntate ejus, ſed pro modo delicti pœnam ex officio decernet, quin talis filius improbus licet à patre non exheredatus fuerit, excludi debeat ab hereditate paterna, tanquam indignus. Mev. cit. dec. 185.

Leges notabiles h. t.

L. 4. 5. §. 1. & L. 9.

Lib. XXXVIII. Tit. 1.

De Operis Libertorum.

Jung. L. 6. T. 3. C. de operis Libertorum.

Autores.

Von Frohn-Dienſt. vid. Maul. tract. de Juribus inter Dominum & ſubdit. Tit. 4. & ſeq. Huſan. de hominibus propr. c. 6. q. 4. Joh. Hermann Stamm de ſervit. perſon. Lib. 3. c. 21. n. 5. 6. 7. Richter. 2. Dec. 98. Mingius de ſuperior. Territor. Concluſ. 79. De Operis Ruſticorum Joh. Euchardus Erhard. De Operis ſubditorum Joh. Franc. Balthaſar. Naurats. Jacobinus de S. Georgio Tr. de Homag. ect. Mundius Vol. 2. Conſ. 13. per tot.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Quia Libertos hodie non habemus, de eorum quoque operis solliciti non sumus: solet tamen hic Titulus aliquando applicari ad operas rusticorum, quamvis harum determinatio non tam ex Jure quam consuetudine dependet, ut hinc obveniente casu 1.) Consuetudines speciales loci, 2.) Consuetudines Provinciales vel locorum viciniorum sint attendendæ.

§. 2 In specie vero quod operas rusticorum distingui solet, an sint determinatæ an indeterminatæ, priori casu illæ præstandæ, quæ determinatæ, unde Germanis dicuntur gemessene Dienste / nec poterit Dominus illas in alias operas similes mutare invitis rusticis, sed ita præstandæ, ac ab initio promissæ. Carpz. L. 1. Resp. 56. n. 6. Ex quo patet, quod exactio pretii pro operis das Dienst-Geld / non sit permissa invitis rusticis. Carpz. d. l. R. 52.

§. 3 In determinatæ si sint operæ solet attendi 1) Consuetudo loci, quanta servitia alii ejusdem generis rustici præstent. 2) Prædiorum possessio & quantitas: Operæ enim prædiorum proportioni adæquatæ 3) vitæ sustentatio, ut sc. tantum temporis relinguatur, ut victum sibi parare possit. 4) Onera alia, quibus alii obstricti sunt rustici. Ita enim

enim exigendæ operæ, ut aliis oneribus ferendis pares esse possint, vid. Mev. P. 4. Dec. 133. Carpz. d. l. R. 54.

Leges notabiles h. t.

L. 18. 19. 20. 21. 30. 34. 38. 48. 50. §. 1.

Lib. XXXVIII. Tit. 2.

De bonis Libertorum.

Jung. L. 6. T. 4. de bon. libert. & J. Patron.

Usus Tituli modernus.

Tituli hujus hodie nullus superest usus; nec non Nobiles ex propriorum hominum bonis quicquam capiunt, quod scilicet extra glebam habent, ausser dem Hof und Hofgewehr. De reliquis libera est ipsis testandi Facultas, si sine herede seu ab intestato decesserit, eorum bona quidem occupat Nobilis, verum non ex eo jure, quod in servis vel Libertis propositum, sed Jure quodam Fisci, qui ultimus successor est: Omnibus enim merum Imperium habentibus Jus succedendi in bona vacantia competere, in plerisque locis receptum est. Klock. de Ærario L. 2. C. 136. n. 8. Köppen p. 2. Dec. 7. n. 79. Besoldus in Thesauro Practico sub voc. Erblose Güter.

Lib. XXXVIII. Tit. 3.

De libertis Univerſitatum & municipiorum.

Titulus hic eſt plane inutilis.

Lib. XXXVIII. Tit. 4.

De aſſignandis Libertis.

Nec hic titulus aliquam habet utilitatem cum ipſum Jus Patronatus & inde dependens ſucceſſio ceſſet.

Lib. XXXVIII. Tit. 5.

Si quid in fraudem Patroni factum ſit.

Pariter & hic Titulus inutilis eſt, ob rationem ad præcedentem Titulum datam. Et quamvis ad illa: quæ in fraudem Creditorum alienata, hic Titulus applicari ſoleat, de ea tamen materia ſpecialis extat Titulus in Lib. 42. Tit. 8.

Lib. XXXVIII. Tit 6.

Si tabulæ teſtamenti nullæ extabunt; unde liberi.

Jung. L. 6. Tit. 4. C. unde liberi.

Cum in ſuperiori libro Prætor poſſeſſionem

nem bonorum dederit in casu extantis Testamenti, ubi vel secundum vel contra tabulas succurrebat Prætor: jam in hoc & sequentibus Titulis subjicitur, qua ratione Prætor testamento nullo condito bonorum possessionem ab intestato concedat. Inter hos primo loco vocabantur liberi & in specie emancipati, qui Jure Civili veteri à successione erant exclusi, sed post Nov. 118. his pariter cum suis ab intestato succedunt, ut hinc hoc remedio Prætorio amplius opus non sit.

Leges notabiles h. t.

L. un. 7. §. 1.

Lib. XXXVIII. Tit. 7.

Unde Legitimi.

Jung. L. 6. Tit. 15. C. unde legitimi.

Autores.

De hoc Titulo vid. Stryk de Successione ab intestato Diss. 9. c. 6. n. 3. & 6. De Agnatorum differentia. vid. Struv. Observ. in Matth. Tr. de Success. p. 238. & 442.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus hodie utilis non est, cum Jure Civ. novissimo tam agnati quam cognati ad successionem vocentur æqualiter, nec fra-

fratres hodie amplius parentes excludunt, ſed ſimul ad ſucceſſionem occurrunt per Nov. 118. C. 3. imo Jure Saxonico à parentibus plane excluduntur. Carpz. p. 3. C. 17. def. 6. In feudali ſucceſſione tamen agnati præferuntur cæteris cognatis.

Lib. XXXVIII. Tit. 8.

Unde Cognati.

Jung. L. Tit. 15. C. unde leg. & cogn.

Autores.

Ad h. t. vid. Stryk. d. Tr. Diſſ. 9. c. 2. n. 36. & c. 6. n. 4. ſeq. Cognatio probata per teſtes, an ſufficiat ad obtinendam hereditatem, contra Fiſcum. Vultej. Vol. 4. Conſ. 13. per tot.

Vſus Tituli modernus.

Cognatos Prætor poſt Agnatos vocabat, ſed hodie ſimul concurrunt per dictam Nov. 118. & ambo defuncto ſuccedunt, unde ſatis apparet, Titulum hunc hodie eſſe inutilem. Brunnemannus vero & quidem ad Legem 8. C. de Jure deliber. præjudicio ſ. ſententia Carpz. p. 3. conſt. 14. def. 30 n. 10. putat hodie etiam ille Titulus certo reſpectu uſum habere, quando c. l. affirmat: Et ita ex capite unde Cognati, Cognatus intra nonagin-

naginta annos sive de Paterna s. de Materna hæreditate agatur, agere potest, igitur non nisi triplicato præscriptionum spatio Filius, qui intra proximos XXX. annos hereditatem parentis agnoscere noluit tanquam Filius, potest intra alios XXX. annos adire ut Agnatus; tum iis quoque elaphis intra alios XXX. tanquam Cognatus agere potest, excluditur. vid. Hiller ad Donell. Lib. 7. c. 8. lit. B, Barry de Succession. Tit. 2. n. 4.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 8. L. 2. 4. L. pen. §. 1.

Lib. XXXVIII. Tit. 9.

De Successorio Edicto.

Jung. L. 6. Tit. 16. de success. edicto.

Usus Tituli modernus.

Prætor h. t. uno ordine repudiante sequenti tribuebat bonorum possessionem, sed postea Imperator Jure Civili idem esse voluit per §. 7. Instit. de legit. Agnat. success. quod pariter in Praxi obtinet, ut uno repudiante admittatur alter, modo hic à repudiante non descendat vid. Strykii Tr. de Success. ab intest. C. 7. art. 1. §. 17. Quodsi ergo Pater repudiaverit hereditatem avi, nepos ad eam non admittitur Jure Civili, beneficio tamen Prætoris adhuc hodie ei succedere potest ex

L. ult.

L. ult. C. unde liberi. §. qui casus tanquam necessarius omnino observandus. vid. d. art. 1. §. 19.

Lib. XXXVIII. Tit. 10.

De gradibus & affinibus & nominibus eorum.

Autores.

Ad h. t. vid Hahn ad Wesenb. ff. h. t. De dinumeratione Graduum in successionibus vid. Lib. Bar. Schmid. Comment. ad Jus Bavar. Tom. 3. Tit. 42. Art. 1. seq.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Computatio graduum prout ea de Jure Civili inducta, etiam hodie adhuc obtinet in materia successionis tam Feudalis, quam Allodialis, ut & in defenda Tutela legitima: imo etiam in Terris Ecclesiæ, in successionibus Juris Civilis Computatio attenditur C ad sedem 2. C. 32. q. 5. In matrimonialibus vero causis in Praxi sequimur Computationem Juris Canonici Carpz. in Jurisprud. Eccles. L. 2. def. 15. De Canonicæ Computationis vitiis vid. Bachav. ad Treut. Vol. 2. Dis. q. 6. θ. 2. lit. F. licet eam defendat Gerhard in Loc. Theol. de Conjugio §. 253. seq.

§. 2.

§. 2. Affinitatis gradus Jure Romano nulli dantur L. 4. §. 5. h. t. cum gradus tantummodo successionis causa adinventur: Successio vero nulla affinibus competit. L. affinit, 7. C. Commun. de Success. Nec hodie res in successionibus aliter se habet, quamvis in matrimonialibus gradus affinitatis ad ductum Juris Canonici receperimus.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 4. §. 2. 3 5. L. 7.

Lib. XXXVIII. Tit. 11.

Unde Vir & Uxor.

Jung. L. 6. Tit. 18. C. unde vir & uxor.

Autores.

Ad hunc Titulum vid. Hahn ad Wesenb. ff. h. t. ubi multa Notab. De successione Viri uxore prædefuncta. Coler. Dec. 286. ubi late de successione uxoris. it. Dec. 287. De successione Conjugum. Consil. Argent. Vol. 1. Cons. 71. & Besold. p. 4. Cons. 147. De successione Conjugum, Collegiorum, & Fisci Struv. Not. & Observ. ad Ant. Matth. Tract. de success. cap. 15. per tot. De successione Conjugum & dotalitio. Carpz. lib. 6. Resp. 50. seq. Acquisita durante matrimonio cui acquirantur Jure Civ. vid. Mauritius part.

part. 1. Conf. 8. n. 3. feq. Wenn Mann und Weib ohne Kinder sterben. Mev. ad Jus Lubecense Lib. 2. Tit. 2. Art. 27. Succeſſio Mariti in Bonis Uxoris de J. Civili & Saxonico cum materiis eidem annexis prolixe explicatur ſimulque. An iſta ſucceſſio etiam ad mores in Apotheca privilegiata exiſtentes extendi debet. Nicolai Reſolut. Jur. 12. per tot.

Uſus Tituli modernus.

Hodie quidem vix Provincia datur, ubi non ſpeciale ſuccedendi Jus Conjugibus indultum; quod quoad ſtatuta Saxonica, Marchica, Boruſſica & Lubecenſia deductum vid. Stryk in Tract. de ſucceſſ. ab inteſt. C. 5. Art. 3. De eo tamen dubitatur: An ſucceſſio illa Prœtoria omnibus Cognatis deficientibus concedit, adhuc obtineat, an vero per ſtatuta locorum immutata. Et puto quia ſtatuta ſtricte intelligenda, ne lædant Jus Commune: hanc ſucceſſionem Prætoriam & hodie locum invenire, ita ut quis ejus beneficio in univerſam defunctæ Conjugis hereditatem ſuccedere poſſit Kohl. de ſucceſſ. Conjug. P. 1. n. 5. Craſſar in §. Bonorum Poſſeſſ. q. 5. n. 8.

Lib.

Lib. XXXVIII. Tit. 12.

De Veteranorum & Militum Successione.

Usus Tituli modernus.

Singularia illa, quæ circa successionem militum h. t. recepta, non puto moribus esse immutata. Est quidem Nov. 118. generalis omnem successionem ab intestato determinans, non solet tamen lex nova generalis priores LL. speciales immutare, per L. 26. ff. de LL. uti ergo militibus privilegia circa testamenta adhuc sunt salva, ita & circa successiones ab intestato.

Lib. XXXVIII. Tit. 13.

Quibus non competit bonorum possessio.

Quocunque casu hodie bonorum possessio necessaria, eo quoque casu Titulus presens utilis est.

Lib. XXXVIII. Tit. 14.

Ut ex Legibus, Senatusve Consultis bonorum possessio detur.

Usus Tituli modernus.

Ad hunc Titulum recurri solet, quoties

per ſtatuta Principum novum ſuccedendi Jus inductum e. g. ut Conjuges ſibi ex ſtatuto ſuccedant. Male tamen hi aliqui præſupponunt ſtatuta talia Principum eſſe Jus Prætorium, rectius enim ad Jus Civile referuntur: ut ita pari modo, quo ex LL. Civilibus petitur ſucceſſio etiam ex ſtatutis Principum peti poſſit.

Lib. XXXVIII. Tit. 15.

Quis Ordo in bonorum poſſeſſione obſervetur.

De hujus Tituli uſu idem dicendum quod dictum ſupra ad Tit. 13.

Lib. XXXVIII. Tit. 16.

De ſuis & legitimis Hæredibus.

Jung. L. 6. Tit. 54. C. de ſuis & legit. lib. ect. Tit. 57. C. de legit. hered. & T. 58. C. de Comm. de ſucceſſ.

Autores.

De ſucceſſione Materna vid. Mund. Vol. 2. Conſ. 15. De ſucceſſione Fratrum & Sororum æquali Mund. Vol. 2. Conſ. 19. De ſucceſſione liberorum Uterinorum fratrum & Sororum Fritſch. Vol. 1. Conſ. 27. De ſucceſſione Fratrum ab inteſtato, Königius in Diſſert.

Differt. de Fratrum Jure cap. 6. per tot. De succeſſione ab inteſtato inter Collaterales vid. Caſus in Nicol. Everh. Vol. 1. Conſ. 60. De triplici ſuccedendi ordine vid. Mev. ad Jus Lubec. part. 2. Tit. 2. Art. 1. fol. 81. ſeq. ubi prolixe. De ſucceſſione ex Linea. Textor. Diſp. Academ. 17. per tot.

Uſus Tituli modernus.

Progreditur hoc Titulo Imperator ad ſucceſſionem Civilem, quomodo per LL. ab inteſtato ſuccedatur, quæ ipſa materia cum per Nov. 118. fere in totum immutate, loco uſus moderni inferri hic poterit Tabula de ſucceſſ. ab inteſt. ubi non tantum quid Juris novi, ſed & quid obſervantia locorum obtineat in Compendio exhibetur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 8. L. 3. §. 11. & fin. L. 14. fin.

Lib. XXXVIII. Tit. 17.

Ad SCtum Tertullianum & Orphitianum

Jung. L. 6. T. 55. C. ad SCtum Tertull. & Tit. 56. C. ad SCtum Orphit.

Autores.

Ad h. t. vid. Hahn. Obſ. ad Weſenb. ff. h. t. ubi Errores Chronolog. De Judiciis quoad

 ſuc-

ſucceſſiones vid. Struv. Not. & Obſ. ad Ant. Matth. Tr. de ſucceſſ. cap. 20. per tot. ubi ſimul de divortio Legum & Uſus in Materia ſucceſſionis prolixe à pag. 369. usque ad p. 400. tractat. De ſucceſſione, in qua una pars ſuccedentium urget ſtatutum, altera vero teſtamentum. Weſenb. p. 4. Conſ. 191. An Collegia hæreditatis inſtitutione honorata formaliter & in abſtracto, ut corpora? An vero materialiter & in Concreto ut Collegiati & ſinguli ſuccedant. Fritſch. Vol. 2. Conſ. 18. per tot. & 19.

Uſus Tituli modernus.

Senatus Conſultum Tertullianum cum Matri trium liberorum tantum ſucceſſionem concederet, hæc veeo per Nov. 118. c. 2. cum Patre æqualiter ad ſucceſſionem vocetur, nullius hodie eſt utilitatis. Orphitianum vero SCtum, quod ſpurios ad ſucceſſionem matris vocat etiam cum aliis libris legitimis (niſi mater ſit illuſtris & alios liberos legitimos habeat) adhuc hodie obtinet: cum de hoc caſu Jure noviſſimo nihil cautum, ut hinc ſpurii in Praxi ad ſucceſſionem matris & omnium à matre conjunctorum admittatur. Carpzov. p. 4. C. 28. D. 6.

Lib.

Lib. XXXIX. Tit. I.

De operis novi nunciatione.

Jung. L. 8. Tit. 11. C. de novi operis nunciatione, & T. 10. C. de ædif. privat, L. 5. T. 31. x. de nov. op. nunc.

Autores.

De Novi operis nunciatione ſcripſerunt Auguſtinus Spanochius Nicolaus Cisnerus. Chriſtoph. Philipp. Richter. Joh. Strauch. De novi operis nunciatione vid. Wehneri Conſ. Franconica 37. it. prolixe Rubei Controv. forenſ. de Validitate Legali cap. 12. per tot. it. Cameral Reſponſa. Reſponſ. 7. De Ædificiis & Jure ædificandi Doring. in Bibliotheca. De Ædificiis publicis & privatis Knipſchild de Juribus Civitat, lib. 5. cap. 26. & 27. Mevius ad Jus Lubecenſe, prolixe Lib. 3. Tit. 12. art. 1. & ſeq. it. Statuta Norica Tit. 26. per tot. Rocea Diſput. Juris Select. cap. 173. & ſeq. Cardinal Tuſchus voc. Ædificare Concl. 33. ſeq Ædificare in ſuo licet unicuique Beſold. Conſ. 161. Andreol. Controverſ. 295. De prohibita ædificatione in vicinia vel confinio Civitatum Michael Reſponſa 24. De prohibita Ædificatione furnorum Balneorum, figulorum ect. Mevius c. l. Art. 11. 12. ſeq. De ædificiis privatorum præprimis

de Muris & parietibus vid. prolixe Mev. c. l. Lib. 3. Tit. 12. per tot. p. 224. seq. add. Tondati part. 1. Quæst. & Resol. Civil. cap. 88. per tot. fol. 198. De Ædificiis ad æmulationem Ant. Gobius Consult. Decis. 131. De Novi operis nunciatione & novo molendino ædificando Vultej. Vol. 4. Cons. 38. per tot. Novi operis nunciatio quando locum habeat, Göden. Cons. 104. Cum competat Jus prohibenti per Nunciationem Novi Operis adversus ædificare volentes Nic. Everh. Vol. 1. Cons. 23. n. 34. seq. De libertate ædificandi domum Cerevisiariam in suo, & Reficiendi ædes dirutas vid. Nic. Everh. Vol. 1. Cons. 70. per tot. Vicinus prope communem parietem ædificare volens, an servare formam teneatur. l. fin. ff. finium Regund. Thesaur. Dec. Pedem. 115. De opere demoliendo in alieno fundo posito. Wesenb. part. 6. Cons. 298. per tot. Ædificare quando quis possit in solo proprio & alieno & quando ædificium cedat solo vel non. Laur. Ursellus Conclus. 62. per tot.

Usus Tituli modernus.

De usu hujus Tituli moderno dubitandum non est, quippe cum & hodie, si quis in præjudicium nostrum opus novum aut ædificium exstruere velit remedium ex hoc Titulo quæratur: plerumque tamen hodie operis

operis novi nunciatio per Judicem expediri solet, & quidem per mandata inhibitorialia.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. §. 1. 6. 12. & ult. L. 4. 5. §. 2. 3. 10. 11. 12. 18. L. 8. §. 1. 6. L. 11. 20. pr. §. 6. L. pen.

Lib. XXXIX. Tit. 2.

De damno infecto & de suggrundinis & protectionibus.

Autores.

De damnis datis scripsit Joh. Baptista Plotus in L. quando C. unde vi Joh. de Canibus. Hector Felix. Franciscus Vivius Dec. 520. De damnorum culpa casuque fortuito itemque infectorum præstatione. Burchardus Edenus. De damnis præcipue illis, quæ ex dolo, culpa aut casu proveniunt, horumque correctione & præstatione Henr. Hahn. in pec. Diss. 1656. habita. De Decreto primo & secundo Guido Papa. Jacobus de Belvisio. Speculator. Joh. Eichel Disp. Helmst. 1662. Ilico Ummius Processʃ. Judic. disp. 6. Menoch. 2. a. J. Q. 6. Rosbach. Process. Civil. Tit. 32. Riccius coll. Dec. 1517. Negusant. de pignor. patr. membr. 3. 2. Christinæus 4. Dec. 124. De Decreti primi & secundi requisitis, quoad missionem in possessionem Cyn. & Salicet. ad l. cum pro-

proponas. C. de bon. aut. jud. poff. Socin. reg. 242. Wurmfer 7. Obf. 7. n. 5. 6. 7. Henr. Boich. cap. contingit. de eo qui mittitur in poffeff.

Vfus Tituli modernus.

Et præfens quoque Titulus in viridi hodie eft obfervantia, quoties ex alieno prædio damnum nobis imminet: Pariter & hac differentia in immiffionibus ex primo & fecundo decreto attenditur, & in illo nuda cuftodia, in hoc autem poffeffio & facultas percipiendi fructus conceditur, fi fcilicet ex caufa damni infecti vel alias ob gravem contumaciam hæc immiffio fiat. Nam fi creditor ob debitum immiffus fit, non conceditur ipfi facultas lucrandi fructus, fed de illis rationes reddere obftrictus eft, donec certi prædii pars ipfi affignata folutionis loco. Carpz. in Pract. Tit. 25. Art. 6. n. 43. Antequam enim hoc factum, eatenus Fructus tantum percipit, ut poffit inde fibi folvere. Mev. p. 1. Dec. 208. n. 1. De cætero hodie omnes immiffiones fiunt falvo Jure tertii: hinc unius Creditoris immiffio alteri melius Jus habenti non præjudicat. Mev. p. 4. Dec. 324. n. 5. & Refp. 5. Dec. 351.

Leges notabiles h. t.

L. 2. 4. §. 5. 8. L. 6. 7. pr. §. fin. L. 15 pr. §. 1. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 21. 23. 29. 35. & fin.

fin. L. 18. §. 5. L. 24. §. fin. Quisque in sua re sibi utilitatem promovere potest, licet id fiat cum damno alterius L. 26. 42. 46.

Lib. XXXIX. Tit. 3.

De aqua & aqua pluvia arcendæ.

Autores.

Ad h. t. vid. Rauchbar. p. 2. quæst. 27. per tot. Formann libelli in hac actione habet Cortrei in Disput. de Action. in rem script. c. 3. n. 25. Interdictum de Aqua quotidiana & Æstiva quas probationes requirat, & in quibus Casibus procedat. vid. Palma Allegat. jur. 10. per tot. vid. infr. p. 662.

Usus Tituli modernus.

Et hic Titulus hodie necessarius est, quoties quis opus quoddam fecit, quo aqua pluvia meo prædio noceret, aut si opus quidem ipse non fecerit, pati tamen nolit, quod ego reficiam aggerem, ut causam damni tollam, tali enim casu ex hoc Titulo experiundum.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 12. 21. & pen. L. 2. §. 1. 5. Quod tibi non nocet, alteri vero prodest, ad id potes compelli 7. 8. L. 6. §. 6. L. 9. 11. §. 2. L. 14. 19. 21.

Lib. XXXIX. Tit. 4.

De Publicanis & Vectigalibus.

Jung. L. 4. Tit. 61. C. de vectig. & commiss. & T. 62. vectig. nov. instit. non poss.

Autores.

De vectigalibus vid. prolixe Ansaldus de Jurisdiction. p. 5. Tit. 4. cap. 1. seq. De Vectigalium jure extat elegans & prolixa Differt. Henrici Klockii quæ est Disp. 5. Vol. 3. Disp. Basil. cui jungatur Knipschild. Lib. 2. de Jur. & privil. Civ. cap. 18 per tot Joh. Bertachius, Ægidius Bossius. Joh. Michael Beuther. Joh. Strauch. & Henrich. Linck de Vectigalium Jure regali. Extat quoque Golnizy Tract. de Regali Vectigal Jur nec non Jul. Cæs. Bulenger Tract. de Vectigal. Populi Rom. add. de Vectigali à Vectore defraudato. Joh. Friedr. Böckelmann. De Gabellis Bertrachius. It. Francisc. Personalis. De salvo Conductu Joh. Georg Becht. De quibus rebus vectigalia præstantur vid. Hahn. Obs. ad Wes. *ω*. h. t. n. 4. add. Döpleri Getr. Rechnungs Beambten p. 2. cap. 5. ubi prolixe, & formulæ Reversales.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Materia hæc ab usu fori non recensit, licet non in omnibus punctis, adeo stri-

ctè

cte obſervetur, ſic & hodie vectigal non amplius & octava pars pretii, ſed pro diverſitate Provinciarum variat, nec Nobiles hodie generaliter à vectigalibus ſunt exemti, ſed quoad illas res tantum, quas ex ſuo fundo perceperunt, quibus ad ſuſtentationem Familiæ indigent: von ihrem Zuwachs / oder was ſie zu ihrer Küche bedürffen. vid. Köppen Deciſ. 50. n. 35.

§. 2. Circa inſtitutionem vectigalium hoc hodie ſingulare, quod ea arbitrio ſolius Imperatoris non ſint relicta, ſed Electorum conſenſus inſuper eſt neceſſarius, & quidem omnium: plura enim vota hic non concludunt, adeo ut unius Electoris contradictio impedire poſſit nova vectigalia. Porro nec Electorum conſenſus ſufficit, ſed vicini quoque Principes audiendi in quorum præcipue præjudicium novum vectigal tendit. vid. cap. Leopold. Art. 2. ſeq.

Leges notabiles h. t.

L. 6. 9. §. 2. 4. 5. 6. L. 10. 11. pr. §. fin. L. 14. L. fin. §. 8. 10. 12. 13. & fin.

Lib. XXXIX. Tit. 5.

De Donationibus.

Jung. L. 8. T. 4. C. de donat. T. 55. C. de donat. quæ ſub mod. vel condit. vel cert. temp. perfic. T. 56. C. de revoc. donat. & L. 3. T. 28: C. de inoff. donat. L. 3. T. 24. x. de donat.

Auto-

Autores.

De donation. ſcripſerunt Julius Clarus Alexandrinus. Petrus Barboſa Alphonſ. Benitez. Henr. Bocerus. Forſter, cujus extat Epitome donat. Hubertus, Giphanius, Hotomannus. Mozzius Tr. de Contract. Tit. de Donat. Obrecht qui ſcripſit oeconomiam donationis. Joh. Fern. de Retes Hippol. Riminald. Richter. Velit. Academ. 20. cuj. tit. de donat. inter vivos propria. Rörendorff de Patre donatore. Caſp. Bertram. de donat. Principum Petr. Schultz. Fritſch. Vol. 1. Conſ. 4. Stryk de Caut. Contract. Sect. 3. cap. 9. ubi etiam de donationibus inter vivos & mortis cauſa. Hahn ad Weſenb ff. h. t. per tot. Gomez tom. 2. var. Reſolut. cap. 4. per tot. Carpz. 5. Reſp. 55. usque ad Reſp. 65. Mantic. de Tacit. & Ambig. Conventionibus Lib. XIII. per tot. add. Hermoſilla. Addition. & Reſolut. in Lapetium fol. 263. ſeq. ubi Notabilia.

Vſus Tituli modernus.

§ 1. Materiam hanc in Praxi raram vocant Dd. non quod Jura donationum ſint mutata, ſed quod rarius donetur, ſi tamen donatio facta, omnino eadem ſecundum Jura hic propoſita eſt examinanda. Sic nec hodie inter Patrem & filiumfam. valet donatio, niſi morte confirmata. Gail. 2. Obſ. 38. n. 7. ſicut nec

nec hodie valet donatio ultra quingentos solidos, ubi per solidum Ducatus in Praxi intelligitur. vid. Carpz. P. 2. C. 22. D. 12. ubi in sequentibus plura de excessiva donatione habet & def. 31. subjicit, & hodie ex illis tantum causis ingratitudinis, quæ Jure Romano in L. ult. C. de revocand. donat. expressæ, revocari posse donationem. In genere ergo dicendum, nihil ex hoc Titulo immutatum esse.

§. 2. In Saxonia tamen hæc occurrunt singularia, quod bona avita non possint libere donari, sed heredum consensus accedere debeat. Carpz. p. 2. C. 12. def. 6. Porro quoque valet Jure Saxonico Donatio mobilium à Patre in Filiumfamil. collata. Carpz. d. l. def. 12. sicut à contrario uxor mobilia sua nemini donare potest, ob mobiliorem mariti successionem, imo & in aliis donationibus ea propter mariti consensu opus habet uxor, quia hic legitimus Curator Richter p. 1. Dec. 22. n. 47. Quid vero si Geradam marito donare velit observandum, de eo vid. Decis. Elect. Sax. 22. Carpz. p. 2. C. 13. D. 6. seq.

Leges notabiles h. t.

L. 2. §. 5. L. 7. tot. L. 9. §. fin. L. 10. 15. 16. 18. L. 23. 27. 29. tot. L. pen. §. 1. L. fin.

Lib.

Lib. XXXIX. Tit. 6.
De Mortis causa donationibus & capionibus.

Jung. L. 8. T. 58. C. de donat. causa mortis.

Autores.

De mortis causa donationibus peculiarem tractatum scripsit Rolandinus Passagerius. vid. etiam Strykii Tract. de Caut. Contract. necessar. sect. 3. cap. 9. Carpz. Lib. 6. Responsf. 1. & seq. Hahn ad Wesenb. ff. h. t. An Mulier sine authoritate Curatoris in Judicio donare marito causa mortis possit? Wesenb. p. 4. Cons. 159. De donatione mortis causa reciproca ex Testamento mutuo conjugum, an & quatenus illud invita & adhuc vivente Marito altera parte, vel illa mortua revocari & mutari possit? vid. Nicolai Resolut. Jur. 10. per tot.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Hæc materia in viridi est observantia, & requisita ejus à Jure præscripta adhuc hodie stricte observatur: In Saxonia tamen si omnia bona m. c. donata, insinuatione judiciali opus est per Const. Elect. 1. P. 3. & ibi Carpz. def. 22. & seq. Et cum jure communi ex hac donatione, ut pote quæ legato similis est, Falcidia detrahatur, quod idem quo-

que

que in Saxonia obtinet. Carpz. p. 3. C. 1. D. 1. attamen in Electoratu Saxoniæ hoc mutatum, ubi in hac donatione Falcidiæ detractio nunquam obtinet. Carpz. d. l. def. 1.

§. 2. Numerus quinarius testium adhuc hodie observatur, quibus Notarius quoque annumerari potest, ut hinc hujus & quatuor testium præsentia sufficiat. arg. L. Domitius. 27. ff. qui testam. fac. poss. Carpz. d. l. def. 32. Nec interest, an testes sint Masculi an Fœminæ Carpz. d. l. def. 33. Hoc autem circa Geradam adhuc notandum, quod illa m. c. donari nequeat, licet bene i. v. Nam cum illa post mortem demum effectum habeat, in momento vero mortis proximæ cognatæ jus quæsitum sit, hujus consensu ad donationem opus erit. Carpz. p. 2. C. 14. D. 1. seq.

Leges notabiles h. t.

L. 2. 23. 25. 27. 32. 42.

Lib. LX. Tit. 1. & seq.

De Manumissionibus.

Totus hic Liber tractat actiones de juribus personarum statum hominis concernentibus, quæ uno nomine præjudiciales vocantur ideo, quod si in modum exceptionis proferantur, magnum præjudicium alicui afferre possint: si in modum exceptionis opponan-

ponantur, prius expediendæ, & præ causa principali decidendæ Schneidevinus ad §. 13. Inst. de Action. Et si autem veros servos in Germania non habeamus, & hac de causa hujus Libri usus nullius utilitatis est, cum sublato servorum Jure, jura quoque manumissionum exoleverint, passim tamen videmus homines proprios, de quibus Hermann Stamm librum 3. de servitute personali haud ineleganter scripsit, qui neque sunt adscriptitii, neque originarii nec coloni, neque statu liberi, sed de omnibus aliquid participant. Gail. de pignorat. c. 8. & potest utiliter horum causa experiri, præsertim cum ab operis libertorum ad operas rusticorum nostri temporis probabiliter soleant Dd. argumentari, quia hæc ab illis profluxerunt. Sichardus ad rubricam C. de operis libertorum. Etiam in hominibus propriis hoc remansit, quod ipsis, si conditione sua liberari velint, wann sie der Leib-Eigenschafft wollen erlassen seyn / solenne semper instrumentum dari soleat, quod Germanis dicitur ein Erlaß-Brief / postquam dimissionem nihil Juris Dominus in ejus persona vel bonis retinet, sed illi postea ad opificia, dignitates admittuntur, à quibus antea erant exclusi. Gail. de Arrest. Imperii c. 8. n. 19. Mev. Vom Zustand der Bauren. C. 3. n. 122. seq. Ex manumis-

numiſſione autem per vindictam facta hodie deducunt morem, quo Jus geſtandi arma mediante colapha alicui conceditur de quibus Beſold. in Theſaur. Pract. ſub voce Wehrhafft machen. L. Proſpexit 12. Qui & à quibus manumiſſ.

Lib. XLI. Tit. 1.

De Acquirendo rerum Dominio.

Jung. L. 4. Tit. 27. C. per quas perſonas nob. acquir.

Autores.

De Dominio ejusque jure ſcripſit. Andr. Cleſſer. De Dominio eminenti Majeſtatis Joh. Nic. Erhart. De Dominio Valentin Wilhelm Förſterus Witteb. 1618. 1658. 4to. De Juſtitia, Contractibus, Acquiſitione & Translatione Dominii Stephan. Fagundez. De Dominii Tranſitu legali Joh. Andr. Fromman. De Acquirendo rerum Dominio Gilckenius. De Dominio Petrus de Greven. Noviomagi 1659. 8. De Imperio contra Dominium eminens. Wilh. Leiſer Witteb. 1673. 4. De Dominio Johan. Medina. Colon. 1607. 4. Georg Obrecht. De Dominio maris Adriatici Diſceptatio inter Regem Hiſpaniarum ob regnum Neapolitanum Julius Pœnis Lugd. 1614. 8. De acquirendo rerum dominio ex

jure gentium. Christoph. Richter Velit. Acad. 28. Dominii materiam prolixe tractat Galuanus in Tract. de Usufructu cap. 25. & seq. per tot. De probat. Dominii directi in prædio Emphyteutico vid. Harpprecht Consil. 84. per tot. Dominium locorum, quibus Rustici pro pascuis publicis utuntur, vulgo Gemein-Anger / Eggerten / Heidungen ect. an pertineant ad Rusticos vel ipsorum Dominos Cöppen. p. 2. Dec. 3. per tot. De controversia Juris piscandi vid Nicol. Everh. Vol. 1. Consl. 38. Piscina quid sit, & de Jure piscationis vid. Lib. Bar. Schmid. Comment. ad Jus Bavar. Tom. 3. Tit. 29. Art. 1. seq. Alluvionis materiam prolixe tractat Anton. Gobius in Tract. de Universa Aquarum materia Quæst. 24. & seq. De Alluvionibus Baptista Aymus. Insularum species quot sunt, quibus acquirantur vid. Ant. Gobii Tract. de Universa Aquarum Materia quæst. 28. per tot. Alveus fluminis, qualis & quotuplex sit ect. vid. c. Ant. Gobii Tract. c. quæst. 23. per tot Possessio an probetur per Clausulam constituti ad effectum Manutentionis. Actolin. Resolut. forens. 84. De Constituti Clausula, ejusque Effectibus Strykii Disput. de Instrumenti possessione. Constitutum ad certum tempus collatum, quando operetur translationem possidentis vid. lat. Argel de Acquir. possess. art. 15. n. 816. seq.

V sus

Usus Tituli modernus.

§. 1. Præsens Titulus in multis Capitibus recepit mutationem, præcipue vero in illis, quæ de Jure Naturæ sive potius ex libertate naturali privatis omnibus competebant. Postquam enim Jura populi (uti loquitur Imperator in §. 6. Instit. de Jure Nat. Gent. & Civ.) in Principem translata, hic, quæ antea omnibus ex populo competebant, sua fecit: ita ut postea nemo ex populo eadem amplius sibi arrogare posset, nisi ex licentia Principis, eadem vel expressa vel verbis contestata vel tacita sive per præscriptionem inducta.

§. 2. Hæc omnia tamen nihil injustitiæ continent, cum facultas illa acquirendi privatis omnibus Jure Naturæ relicta, non imposuerit ipsis necessitatem acquirendi, sed tantum ipsis libertatem reliquit: an hoc Jure uti velint vel non: unde dubium nullum superest, quin privati huic acquisitioni pariter ac Juribus aliis renunciare potuerint. Imo ipse Princeps vi superioritatis suæ legem recte dicere poterit rebus modum acquisitis, ne scilicet hoc vel illo modo res amplius acquirantur, quæ restrictio Juris adhuc quærendi facilius permissa, quam jam tum quæsiti oblatio. conf. Puffendorff. de J. N. & G. L. 4. C. 6. §. 6.

§. 3. In ſpecie itaque venatio privatis amplius non competit, adeo ut etiamſi feram beſtiam, exceptis nocivis in ſuo agro ceperit, pœnam à Principe dictatam incurrat, Carpz. p. 3. C. 32. D. 16. Quæ pœna variat pro arbitrio Principis eam dictantis, quam aliquando ad mortem usque extendere licet, ſi ſcilicet ſub illa pœna prohibitio facta, & aliquis in contemtum Principis nihil ominus à venando deſiſtere nolit, hic contemtus enim graviſſimum involvens delictum morte piandus Carpz. in Pr. Crim. Quæſt. 48. n. 32. ſeq. Quid vero mores aliarum Provinciarum circa venationes ejus diviſiones receperint, in Compendio tradi nequit: cum quævis Provincia hic ſua habet ſingularia, & ſpeciales ordinationes venatorias, quæ collectæ videri poſſunt in Corpore Juris Venatorii Ahasverii Fritſchii conf. & Noe Meurer von Jagd- und Forſt-Recht.

§. 4. Quoad aucupium generaliter hodie dicendum: idem in eo Juris eſſe, quod in Jure venandi: imo illud hujus conſequens neceſſarium eſſe, ut adeo, cui competit Jus venandi, & etiam hodie competat aucupium, niſi aviculas levioris pretii excipere velis, quarum captura privatis adhuc in multis locis relicta vid. Speidel in Speculo

Juri-

Juridico sub voce: Vogelheerd Wehnerus Thes. Pract. ub. ead. voce

§. 5. Jus piscandi quod attinet, cum flumina publica sint in Dominio Principis, nemini illud competit, nisi cui Princeps consenserit: Stagna vero quatenus privatorum finibus inclusa, regulariter ad privatos spectant, nisi fiat stagna late patentia, in quibus per investituram certis accolis piscandi jus concedi solet, quæ cessio interdum fit sub certis restrictionibus, scilicet vel in certa stagni parte, vel certo retium genere, vel certo tempore. e. g. in hyeme sub glacie piscari liceat, interdum quoque in privatis stagnis aliqui accolarum à Jure piscandi per præscriptionem excluduntur. Qui ergo piscandi Jure in alieno clam utitur, furti reus fit, & secundi admissi qualitatem arbitrarie puniuntur vid. Const. Crim. art. 169. Berlich. p. 5. Concl. 51. n. 9. & 15. pariter & puniri is poterit, qui certis pilulis pisces capit. vid. Speidel in Spec. Jurid. sub voce Fischfang.

§. 6. Circa apes non puto mores multum à Jure Romano discedere, nisi quod in Marchia illi examen apum in Sylva deprehensum relinqui soleat, qui prius arborem signavit. vult quidem Carpz. p. 4. C. 36. D. 4. quod de Jure Saxonico examen apum evolans ad vi-

cinum, ipsi acquiratur, verum per rationem adductam, die Biene ist ein wilder Wurm/ hoc non satis probatum: fera enim tamdiu mea sunt, quamdiu mihi non difficilis est persecutio, atque facilis hæc est, cum examen in tua arbore confederit. conf. Berlich P. 5. Conclus. 50. qui tamen id temperat, nisi apes priorem alveum penitus derelinquerint: sic enim de Jure Saxonico alium illud examen occupare posse putat. De cœtero quod Jure Romano ingressus in alienum fundum prohiberi possit per §. 14. Inst. h. t. Id tantum intelligendum, si includere examen velim, quod antea meum non fuit.

§. 7. De Patronibus hodie aliter statuendum, & ejusdem juris cum gallinis reputantur: cum apud nos pro mansuetis animalibus reputentur. vid. Bachov in Comm. in Instit. ad §. 15. h. t. Circa columbas adhuc hodie Jus Romanum obtinet, qui eas ceperit, furti tenetur. Carpzov. p. 4. C. 36. def. fin.

§. 8. Circa occupationem bellicam Jure Romano adhuc hodie observatur, qua de re videatur, die Reuter Bestallung zu Speyer de Anno. 1570. Art. 72. & 96. Regulariter tamen præda non debetur hodie militibus, nisi potestas divagandi & inquirendi hostem germanice auf Parthey zu gehen / à Duce concessa.

cessa. vid. art. milit. Ferdinandi III. Imperatoris art. 26. Quod si Civitas aliqua occupata distingui solet inter illa, quæ in publicis ædificiis asservantur, & vel ad alimenta publica, vel etiam ad defensionem destinata. Was im Zeug- und Proviant-Häußern befindlich / alles Geschütz und Munition und Proviant, quæ omnia relinquuntur Principi, quæ vero in privatorum ædibus deprehuntur, & quidem intra illas horas, quæ destinatæ sunt ad spoliandum, reliquuntur privatis militibus. vid. Chur-Brandenburgl. Kriegs-Recht Art. 68. add. des Heil. Röm. Reichs Reuter-Bestallung. Art. 96. In specie vero prohibitum in Jure militari Brandenburgico. Art. 65. ne quis militum, etiamsi Civitas per vim occupata, quædam capiat ex templis aliisque piis locis, nisi inde militibus damnum inferatur.

§. 9. Quod capturam personarum attinet, certum & hodie neminem amplius in servitutem detrudi, id vero in militia recepti Juris est, quod capiens captivos, mox sistere teneatur Principi, quo ille quosdam inde ad servitia militaria eligat, reliqui relinquuntur capienti, quo ille Pretium Redemtionis (die Ranzion) inde percipiat, non tamen sine consensu Principis id facere debet. vid. Jus mil. Brandenb. art. 70. Jus mil. Svevi-

 cum

cum Art. 89. Quod si tamen ex hostibus persona quædam Illustris capiatur, pretium relinquitur Principi, qui honorarium aliquod capienti exsolvere debet.

§. 10. Quoad quantitatem pretii redemtionis observandum, quod illius determinatio regulariter sit in arbitrio capientis, ne tamen nimium quantum hoc extendatur & hostis postea retorsionis Jure utatur, conveniri solet inter utramque partem certum pretium, idque vel majus vel minus pro dignitate capti quod communiter dicunt. Es wird ein Cartel aufgerichtet. de quo vid. Hewer in Corpore Juris militaris in Not. ad Art. 70. Quod si tamen nihil adhuc conventum, communiter observari solet, ut soluto unius mensis stipendio admittatur.

§. 21. De cætero solet aliquando captivis durante captivitate concedi, ut ad tempus ad suos abeant, data fide, se intra tempus reversuros. Sie werden auf Parol erlassen/quo casu, si fidem violaverint & emanserint tanquam infames proclamari solent, & nomina patibulo affiguntur, prævia tamen trina citatione. Quod si milites capti à Principe suo intra mensem non redimantur, aut necessaria vitæ subsidia ipsis non mittantur, licitum reputatur, apud capientem profiteri militiam vid. Hever. in Carp. jur. milit. p. 102.

202. ubi p. 204. subjicit, mulieres captas sine lytro dimittendas, sicut & cadavera mortuorum, nisi quoque mulieres annis usu fuerint.

§ 12. Inventionem rerum quod attinet, illa est vel rerum in littore maris vel thesauri, vel rerum amissarum: illas quod concernit, sicubi mare alicubi res pretiosas ejecerit, regulariter & occupatio privatis amplius non est permissa: sed Princeps ex Jure, quod in littora ipsi competit, has sibi vindicat: privatos vero ab hoc Jure sub furti pœna excludit: sicuti ratione succini in Tractibus Porussiæ ejecti, notum est. vid. Jus Pract. L. 2. Tit. 1. Art. 3. §. 3.

§. 13. Circa Thesauros variant Dd. dum non pauci & hos quoque Principi adscribere volunt, quod admitti facile posset, quatenus hi in Publico seu Principis loco inveniuntur, quatenus vero in privatis locis deprehenduntur, non est similis ejus ratio, cum aliis rebus Principi quæsitis, hinc hactenus non memini lege aliqua subditis hanc aquisitionem esse ademtam: sed secundum dispositionem Juris Romani thesaurus inventori relinquitur. vid. de Praxi hac Carpz. p. 2. C. 53. def. 4. seq. Posset tamen Princips lege generaliter hanc acquisitionem impedire: cum rei, quæ nondum alicujus est, acquisitio-

 nem

nem reſtringere, non ſit Jus quæſitum tollere. De cœtero dubitant hic quidam de uſu mercurialis virgulæ, an ad magicas artes referenda: verum cum moribus ubivis locorum in metalli fodinis hac virgula utantur, non privari poterit theſauro ille, qui hac virgula tanquam medio ubique recepto & probato utitur.

§. 14. Circa res amiſſas apud nos adhuc Jus Romanum obſervatur, de quo vid. L. 43 §. 4 & 9. ff. de furtis. Jure Saxonico proclamatio publica adhiberi ſolet, adjecto termino, intra quem verus Dominus rem repetere debeat, qui terminus eſt 6. Septimanarum. Carpzov. p. 2. C. 3. def. 15. ſi interea Dominus non repetierit, duas partes capit Magiſtratus, tertium vero inventor. Carpz. p. 3. C. 31. def. 18. n. 7. Extra Saxoniam ſolet pauperibus aſſignari.

§. 15. Alluvionem quoque Jura hodie aliqui ceſſare volunt, quod non aliter admitto, quam ſi ripæ fluminum vallo vel aggere ſint munitæ, tunc enim agri per aggerem quaſi limitati ſint, unde illa pars terræ, quæ ultra aggeres acceſſit, alveo adſcribitur, & ſic cum flumine ad principem ſpectat.

§. 16. Alveum ipſum quod attinet, non puto eum amplius, ſi à flumine derelictus ſit, privatis accolentibus competere, cum enim

enim antea, hodie non amplius nullius, sed cum flumine Principis fuerit, adhuc quoque spectabit post derelictionem, ob quam caussam multis mobilium in veteri Marchia, & in districtu Magdeburgico cum certa parte Alvei ab Albi derelicti (germanice mit der alten Elbe) investiri videmus. Carpz. tamen P. 3. C. 31. D. 14. Jure alveorum adhuc hodie obtinere putat.

§. 17. Insulas quod concernit, puto eas ejusdem juris esse cum flumine, & sic per consequentiam ad Principem spectare, nisi hic eas privatis reliquerit, unde pariter nobiles vicini de insulis illis investiri solent, sicut & generali lege Principem insulas illas sibi adscribere posse tradit Carpz. p. 1. C. 31. def. 13.

§. 18. Quæ de specificatione & inædificatione in h. t. habentur, illa ut & reliqua in Praxi obtinere puto, sicut & illa quæ de expensarum repetitione pro diversitate bonæ & malæ fidei possessoris proponuntur, obtinent. Et quamvis Struv in Jurispr. Lib. 2. Tit. 1. §. 49. existimet, hodie etiam mala fide ædificantem expensas repete posse, hoc tamen admittendum non est, cum nec hodie favore dignus sit is, qui alienæ rei mala fide ædificium imponit, ut hinc verum, quod

nec

nec ædificium tollere nec pretium materiæ petere possit. Carpz. p. 3. C. 31. def. 10.

Leges notabiles h. t.

L. 11. 26. pr. L. 31. pr. §. 1. L. 34. 36. 43. §. 1. L. 48. pr. §. 1. L. 50. 53. 62.

Lib. XLI. Tit. 2.

De acquirenda vel amittenda possessione.

Jung. L. 7. Tit. 32. C. de acquir. vel retenendo possess.

Autores.

De acquirenda possess. scripsit. Gregor. Biccius ad L. 3. ff. h. t. It. Joh. Borcholt. De possessionis defuncti in superstitem translatione. Nicolaus Bellonus. De possessionis utilitate & præcipuis effectibus Petr. Bochoritius. De adipisc. & retin. poss. Jacob Cujacius, Andreas Cludius, Johann Corasius. De momentan. poss. Conrardus. De possessionis turbatione, quæ fit per pignorationem Sigism. Flach. De possessione triennali Ludov. Gomez. De possessionis defuncti in superstitem translat. Henr. Hahn. De acquir. vel amitt. poss. Petrus Hegenitius. De possessione litigiosa. Thom. Maulius. De possessionis probatione Joseph Mascard Lib. 3. de

de probat. Concl. 1178. cum seq. De acquir. vel amitt. poss. Sebast. Medices, Petr. Frid. Mindan. Anton. de Matthæis, Magirus. Justus Mejerus. De remed. retin. poss. Menoch. Possessio Juris ne sit an facti. Hieron. Papon. De poss. adipis. juxta L. fin. C. de Edicto D. Hadr. toll. Achilles Personalis. De possess. instrument. Sam. Stryk. & Andr. Tiraquell. de possessionis constitutione, it. defuncti in superstitem translatione. Possessio Colerata & incolerata quæ vid. Stryk. Consil. 27. n. 469. De possessione vel quasi Juris pascendi ect. Nicol. Everhard. Vol. 2. Cons. 33. De probanda Negativa adversus possessionem immemorialem vid. Michaelis Resp. 13. Testes in possessorio summarissimo an jurare debeant. Finckelth. Obs. 32. per tot. Quænam possessio in Summario alteri præferenda Brun. Consil. 74. De Remediis contra sententiam, in judicio possessorio Summariissimo latam Samuel Oberlænder. De Constituto possessorio. vid. Hahn ad Wesenb. ff. h. t. in fin. it Brun. Consil. 170. & seq. De turbatione in Civili possessione Kolck. Vol. 4. Cons. 59. add. Cons. 92. Cons. 83. Cons. 44. Vergin. de Bocat. Tr. de Manutent. in possess cap. 11. per tot. De Causis turbatæ possessionis vid Hoffmanni supplicationes Camerales T. 5. per tot. Meichner. part. 3. Dec. Cameral. 1.

Usus

Usus Tituli modernus

Titulus præsens nihil continet, quod in Praxi sit immutatum, æque enim hodie acquiritur, conservatur & amittatur possessio, sicut Jure Romano dispositum, pariter quoque ipsa materia Constituti possessorii, quæ in L. 18. h. t. fundata in Praxi frequens est & solennis, hinc in omnibus fere obligationibus exprimi solet, cujus tantus est effectus, ut Constituario Civilem & Naturalem possessionem tribuat. Mev. p. 5. D. 315. Unde & ipsi decreta manutenentia dari solent, de quo vid. Tiraquell. integr. Tract. de Constit. Possessor.

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. 4. 5. 6. 14. 18. 19. L. 6. §. 1. L. 8. 11. 12. §. 1. L. 18. tot. L. 23. L. 34. L. 41. 44. tot. L. fin.

Lib. XLI. Tit. 3

De usurpationibus & usucapionibus.

Jung. L. 7. Tit. 30 C. communia de usucapionibus. Tit 31. de usucapionibus & transform. & de sublat. differ. manc. & nec mancip. Tit. 33. C. de præsc. l. temp. dec. vel vig. ann. T. 34. C. in quibus causs. cess. long. temp. præsc. T. 35. C. quibus non objic. long. temp. præsc. T. 36. C. si advers. credit. præsc. oppon. T. 37. C. de quadrienn. præsc. T. 38. C. ne rei dominicæ vel templorum vindicatio temporis præscriptione submov. T. 39. C. de præsc. 30. vel 40. annor. T. 40. C. de ann. except. L. 2. T. 26. x. de præscriptionibus.

Auto-

Autores.

De Usucapionibus & præscript. scripſ. Andr. Alciat. Joh. Franc. Balb. Joh. Baptiſta. Bovius. Bocerus. Bartholomæus Cæpolla Didac. Covarruv. Nicolaus Ciſnerus Francof. 1611. Martin. Garratus. Albericus Gentilis. Petrus Gilcken. Henric. Gebhard Lipſ. 1613. Georg Gejer Hieronymus Groslotius. Pariſ. 1555. Henr. Hoſtienſis. Gerhardus Ligellus de uſucap. ſervitut. Porro de Uſucap. Maffæus. Frider. Martini. Carl. Aug. Mella. Joh. Oldendorp. Col. 1568. 8. Georg Obrecht. Adrianus Pulveus de uſucapione rei futuræ prohibita Venet. 1684. Rurſus de uſucap. Jacobus Rævardus Antwerp. 1561. 8. f. Idem de veris uſucapionum differentiis adverſus Tribonianum de uſucap. Conradus Saur. Gabriel Rogerius Tr. XVII. Azo de Remenghis Andreas Tiraquell. De rebus præſcriptibilibus vid. Vasquii Controv. illuſtr. cap. 82. De poſſeſſione immemoriali Civitatum ejusque jure vid. Michael. Reſp. 4. An detur præſcriptio contra Principis Supremam poteſtatem vel Jurisdictionem Portugal. de Donat. Regiis Tom. 1. cap. 9. per tot. In præſcribendis Juribus incorporalibus, an requiratur ſcientia & patientia illius contra quem præſcribitur vid. Caſtillo Sotomajer tom. 7. Contr. Jur. cap. 28. Bœckellen Diſp. de Jure

ex

ex Patientia alterius acquirendo Carpz. Lib. 6. Resp. 101. Præscriptio Bonorum domanialium & familiæ an noceat Principi successori Myler Nomologia cap. 17. & 18. De præscriptione tempore Belli dormiente ad illustr. Recess. Imper. de Anno. 1654. §. So viel nun die Capitulation &c. vid. Harpprecht Cons. Tubing. 30. n. 229. seq. De præscriptione completa Vasquii Controv. Illustr. cap. 75. per tot.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Materia Usucapionis in foro utilissima & frequentissima est, nec apparet fere quicquam, quod hodie immutatum dici possit, nisi quod statuta quorundam locorum ratione temporis ad præscriptionem requisiti aliud receperint, & quod circa bonam fidem in Praxi non amplius secundum Jus Civile sed Canonicum causæ decidantur.

§. 2. Tempus quod attinet in Marchia observamus terminos Jure Civili statutos. In Saxonia vero loco præscriptionis triennalis in mobilibus surrogata præscriptio anni & diei, loco decennalis vel vicennalis, imo & tricennalis surrogata præscriptio 30. annorum anni & diei, quæ præscriptio quoque ad Jura, Actiones & servitutes extensa. Carpzov. p. 2. C. 3. D. 3. Eo ipso tamen nec breviores nec longiores Juris Civilis præscriptiones

ones sublatæ, sed illæ pariter in Saxonia obtinent. e. g. biennalis in actione doli, quinquennalis in præscriptione quærelæ in officiosi testamenti, quadragenaria in Rebus Ecclesiæ & Civitatis. Carpz. d. l. def 4.

§. 3. De Jure Lubecense ferè unica præscriptio in acquisitione rerum obtinet, scilicet anni & diei, tam in mobilibus quam in immobilius. vid. Jus Lubec. L. 1. Tit. 6. art. 3. Absentibus tamen ultra mare paulo longius spatium indulgetur ad Tit. 6. art. 2. Id quoque illo Jure valde singulare, quod cum alias res furtiva non præscribatur, sed à quocunque possessore vindicare libere possit Jure Lubecensi tamen equus furtivus post trinas alienationes (Wann es in die vierdte Hand gekommen) à b. f. possessore vindicari non possit. vid. Jus Lubec. L. 4. Tit. 1. Art. 3.

§. 4. Circa tempus belli Jure communi obtinet, quod tunc tantum dormiat præscriptio si Jus omnino non dictum. i. e. si Judicia fuerint clausa, sed per Recess. Imperii de Anno 1654. §. So viel nun die Capitalia &c. Simpliciter & sine distinctione decisum: Præscriptionem tempore belli cessare, & cum de hoc in Marchia ante paucos annos disputaretur, speciali rescripto de Anno. 1671. die 28. Jan. pro observantia dicti Recessus fuit decisum; Was an uns N. N. um Renovation

eine Ihm Anno 1664. ertheilten Rescripts die Subducirung des temporis belli von dem Lauff der Præscription und Verjährung betreffend unterthänig suchet und bittet / das habt ihr aus dem Beyschluß zu ersehen; Dieweil nun in dem Ao. 1654. publicirten Reichs-Abschied dieser Punct klärlich decidiret / so finden wir keine Ursachen / warum nicht nach demselben auch in unsern Land geurtheilt werden sollte. Wir befehlen demnach euch hiermit gnädigst / solcher allgemeinen Reichs-Constitution hinfüro in Abfassung der Urtheil und Bescheide nachzugehen. Datum Cölln an der Spree die 28. Jan. 1671.

§. 5. Quod bonam fidem attinet, sequimur in Praxi generalem decisionem Juris Canonici in cap. fin. x. de præsc. quod in omni præscriptione cujuscunque temporis b. f. requiratur, non tantum ab initio, sed & in progressu, usque ad finem usucapionis, ut hinc hodie m. f. superveniens omnino usucapionem vitiet, quod secus erat Jure Romano: Idem de Trecennali & immemoriali præscriptione dicendum: cum malæ fidei possessor nullo unquam tempore præscribit C. vigilanti 5. x de Præsc. Licet enim hic ob tanti temporis lapsum b. f. præsumatur si tamen mala fides doceri possit omnino vitiosa erit præscriptio.

§. 6. Difficultas tantum hoc casu remanet,

net, quomodo Actiones & Nomina hodie præscribantur. Volunt aliqui, quod hoc casu adhuc hodie secundum Jus Civile pronunciandum & solus temporis lapsus sine consideratione b. f. sit attendendus: Verum resistit huic sententiæ generalis observantia Juris Canonici, ubique bonam fidem requirens, ob quam etiam Jure Saxonico præscriptionem Actionum si tricennalem cum in m. f. nunquam perfici testatur. Carpz. L. 1. R. 33. n. 8. & Dd. alii ab eo citati.

§. 7. Ex hoc colligo, ipsum debitorem Actionem præscribere non posse, cum sciat se esse debitorem, & ita sit in notoria m. f. Et quamvis ita nec heres præscribere posse videatur cum in vitia & malam fidem defuncti succedat: attamen quia ex Jure Canonico hæc quæstio decidenda, hoc vero non fictam sive præsumtam malam fidem (qualis est in herede vitiosæ possessionis paternæ ignaro) sed veram attendat: sufficiet, se ipse heres debiti ignarus per 30. annos non fuerit interpellatus. Imo cum heres nullam rem alienam revera possideat, non potuerunt ipsi vitia defuncti obstare vid. Brun. C. 3. d. 13. Balthar. in Resolutionibus Bavaricis Tit. 9. Resolut. 6.

Leges notabiles. h. t.

L. 5. 17. 20. 24. 25. 27. 31. 33. §. 1. L. 40.

Lib. XLI. Tit. 4.

Pro Soluto.

Junctus est hic Titulus in Editione Gotofredi Titulo præcedenti, & incipit à Lege 46. Hoc vero tantum innuit, quod Titulus solutionis. i. e. si res aliqua pro debito in solutum data ad usucapionem sufficiat: est enim datio in solutum ad instar venditionis.

Leges notabiles h t.

L. 1. sive 46. & L. 3. f. 48. in Tit. præced.

Lib. XLI. Tit. 5.

Pro Emtore.

Jung. L. 7. Tit. 26. C. de usucapione pro emtore vel transact.

In hoc & sequentibus Titulis usque ad finem hujus Libri 41. singulatim explicantur Tituli ad usucapiendum habiles, circa quos nihil in Praxi diversum occurrit, sed omnia his Titulis proposita usu & observantia sunt comprobata.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 2. §. 2. 15. L. 3. 7. §. 3. L. 8. & 11.

Lib. XLII. Tit. I.

De re judicata & de effectu sententiarum & interlocutionibus.

Jung. L. 7. Tit. 52. C. de re jud. T. 43. C. quomod. & quando jud. sent. prof. deb. T. 44. C. de sentent. ex peric. recit. T. 45. C. de sentent. & interloc. omn. Judic. T. 46. C. hujus lib. T. 47. T. 48. 49. 50. 51. 53. 54. 55 56. 57. 60. hujus lib. 7. & L. 2. T. 27. de sentent. & re judicata.

Autores.

De re judicata scripserunt Petrus Ærodius, Robertus Aurelius, Anton. Robertus, Andreas Tiraquell. De re judic. propter Instrumenta noviter reperta non retractanda Georg Heublein. De rei judicatæ effectu Dan. Claßen. De Sententiis Sigismund. Scaccia, Friedericus Schenck, Joh. Oldendorp. Petr. Gilken. De sententiæ reprobatione Pilati Ludov. Montal. De sentent. Criminalibus Jacob. de Belviso. De differentiis inter sententiam definitivam & interlocutoriam Francisc. Aretinus. De sententiarum nullitate Vantius. De Remediis contra sententias præjudiciales vel damnosas executiones Vincent. Carocius Venet. 1622. Item Speculus de sententiis. De Remediis contra senten-

tiam in judicio possessorio summariissimo latam Samuel Oberlænderus. De declaratione sententiæ vid. Textor praxis judic. p. 1. cap. 11. n. 17. n. 21. seq. & Brunn. process. Civil. cap. 27. n. 57. An judex Successor Antecessioris sui declarare valeat sententiam? vid. Petr. Schulzens Diss. de Omissis in sententia cap. 4. n. 30. Vol. 61. Sententia lata in uno Territorio, an exequi possit per judicem alterius Territorii vid. Guazzin in oper. Crimin. Lib. 1. Defens. 1. cap. 16. Sententia Matrimonialis qn. fiat res judicata vid. Pacian. Consil. 136 137 Sententia quomodo debet proferri in paritate Votorum, vel Disparitate, & concurrentibus Judicibus duorum Tribunalium vid. Vincent. de Franck. Decis. Neapol. 253. De Actione Judicati ex Sententia condemnatoria vid. Uranius Tom. 2. Cons. 58. De Nullitate Sententiæ Hunnij Encyclopæd. Juris part. 2. Tit. 21. cap. 9. per tot. De Executione impedienda vid. Berlich. p. 1. Concl. 84. n. 49. Rauchbar p 2. qu. 25. n. 102. Zipffel Tract. von Wechselbriefen. p. 419 Sententia Interlocutoria quando revocabilis vel non. vid. Kinschot. Respons. 37. per tot. & Textor. Decis. Palatin. 101. in Not. n. 3. 4. & Dec. 21. n. 1. Altimar. de Nullitat. Sententiar. Rubric. 3. quæst. 12. Joh. Ant. ab Ecclesia. part. 1. Obs. 171. seq. Interlocutoria quando dicatur

habere

habere vim definitivæ. Valaſco Conſult. 47. add. hic Hunnij Encyclopædia Juris Part. 2. Tit. 22. cap. 1. per tot. Gail. 1. Obſ. 130. n. 16. & Obſ. 132. n. 7. ſeq.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Requiſita ſententiæ legitimæ à Jure Romano præſcripta hodie uſu fori pariter obſervanda, nec adeo notatu dignum occurrit, quod in Praxi immutatum dici poſſit, niſi hoc, quod Jure Romano ipſe Judex ſententiam prius in charta conceptam ipſe recitare debeat per L. 2. & 3. C. de ſentent. & brevi recit. quod hodie communiter per ipſos Actuarios expeditur. Jure Canonico inſuper exigitur, ut ſententia à ſendentee Judice feratur. C. fin. de re judic. in 6. quod hodie adhuc regulariter obſervatur, ſi tamen à ſtante Judice pronunciatum eſſet, cauſa ſatis cognita ac deliberata non putarem illam ſententiam hodie impugnari poſſe.

§ 2. Hoc etiam in Praxi ſingulare, quod cum Jure Romano condemnatus in certam pecuniam, ſi intra quadrimeſtre ſpatium non ſolverit, poſtea teneatur ad uſuras centeſimas per L. fin. C. de Uſur. rei judic. Hodie tamen tali caſu uſuræ ordinariæ tantum præſtantur, nec illud ſpatium quadremeſtre, quod condemnatis indulgetur, antequam executio fiat, ubivis locorum obſervatur;

Sic in Saxonia actione reali victo datur spatium 14. dierum, si vero Actio personalis, dilatio Saxonica 6. Septimanarum. vid. Carpzov. in Proc. Tit. 25. Art. 3. ubi in Art. praeced. exponit, in quae bona executio fieri debeat. In articulo 4to vero formae subhastationis proponit, quae omnia valeant pro diversitate Judiciorum. Quid in Marchia hoc passu juris sit id repetendum, aus der Land-Reuter Ordnung Joh. Georg Electoris de Ao. 1597. ubi omnia, quae in Executione observanda ratione exponuntur.

§. 3. Solet quoque in executione rei judicatae ratio haberi personarum, quae beneficio competentiae gaudent. His enim non omnia auferenda, sed necessaria vitae subsidia relinquenda. Quod beneficium adhuc hodie obtinet nemini tamen conceditur, nisi cui jure hoc indultum reperitur, reliqui enim omnes ad saccum & peram usque excutiuntur.

Leges Notabiles h. t.

L. 2. 4. 5. 6 L. 14. 15. §. 2. 3. 4. L. 16. seq. L. 22. §. 1. L. 33. 35. 41. §. fin. L. 42. 43. 47. 57. tot. L. 56. 93.

Lib.

Lib. XLII. Tit. 2.

De Confessis.

Jung. L. 7. Tit. 59. C. de Confess. L. 2. T. 48. x. de confess.

Autores.

Ad h. t. vid. Hahn Obs. ad Wesenb. ff. h. t. per tot. Idem Nic. Everhard de Testibus & fide Instrum. cap. 9. per tot. Sabellus in Summa Tract. voc. confessio.

Usus Tituli modernus.

Materia hæc in Praxi frequentissima, adeo ut ad plenissimas probationes confessio Judicialis referatur. Carpz. Pract. Tit. 13 art. 3. n. 2. seq. ubi plura de confessionibus habet, undet patet, Jura hujus Tituli in viridi esse observantia. In confidentem nullæ sunt partes Judicis, nisi ut condemnet. Procedit hæc regula in Civilibus, non in Criminalibus, Ratio. Quia in Civilibus me possum obligare. v. g. ad solvendum ect. in Criminalibus vero me per solam confessionem non possum ad mortem obligare; hinc in his certæ conjecturæ requiruntur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 2, 6. pr, §. 3. & fin. L. 7.

Lib. XLII. Tit. 3.

De Cessione bonorum.

Jung. L. 7. T. 71. C. qui bonis cedere possint.

Autores.

Ad h. t. vid. Sprenger. Decis. 12. p 138. it. Strykii Differt. de Beneficio dandi in solutum.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Flebile hoc cessionis bonorum beneficium hodie obtinere certum est, ut eo ipso se ab incarceratione liberet debitor obæratus. Ubicunque vero locorum per statuta iterum inducta est incarceratio obærati, ibi vix locus erit huic beneficio. Sic in Saxonia debitor non solvendo existens incarcerari potest. Carpz. p. 2. C. 22. def. 1. ex quo sequitur, quod bonis cedendo se in Saxonia à carcere liberare non possit. Carpz. d. l. 12. Idem dicendum de Jure Lubecensi, quo pariter Jus incarcerandi debitorem receptum vid. Jus Lub. Lib. 1. Tit. 3. Art. 1.

§. 2. An renunciari huic beneficio possit, dubitatur à Dd. sed affirmativam in Praxi eo certiorem puto, quo certius constat: hodie per statuta multorum locorum receptam incarcerationem: quod enim statuto potuit induci, idem etiam per pactum; cum statuta

sint

ſint Jus quoddam conventionale, imo valere obligationem ad carcerem ſatis probari poteſt ex Conſtit. Crim. Art. 14. vid. Mev. ad Jus Lubec. L. T. 3. Art. 1. n. 89. Hillig. in Donell. L. 27. C. 9. Lit. Z.

§. 3. De cætero cum hodie ceſſiones bonorum regulariter fiant per excitatum concurſum Creditorum, quod in Pomerania dicitur, durch die oblations-Proceſſ. ad quos tamen ibi nemo admittitur ſine prævio calumniæ juramento, ſc. ſe non malitioſe concurſum petere: Diſputantur adhuc, an ſi Creditor impetraverit inducias moratorias, poſtea nihil ominus ad ceſſionem bonorum ſive concurſum Creditorum provocare poſſit? Et negativa ſententia eſt communior. vid. Manz. in Patrocinio Debitorum Dec. 2. Q. 7. n. 30. ne duplex beneficium ex eadem cauſa capiat debitor: quæ ſententia ad inſtantiam ſtatuum Pomeraniæ ſpeciali Reſcripto Electorali confirmata d. 5. April. Anno 1672.

Leges notabiles b. t.

L. 3. 5. 6. 8. & fin.

Lib. XLI. Tit. 4.

Quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur.

Titulum quoque hunc in uſu fori frequentari & adhuc hodie pro diverſitate caſuum

ſuum ex primo & ſecundo decreto immiſſiones decerni diximus ſupra ad Tit. de damno infecto.

Leges notabiles h. t.

L. 3. pr. §. 1. L. 7. pr. L. 11. L. 14.

Lib. XLI. Tit. 5.

De Rebus autoritate judicis poſſidendis vel vendendis.

Jung. L. 7. Tit. 72. C. de bon. aut. jud. poſſ. ſeu venund. T. 73. C. de priv. fiſc. Tit. 74. C. de priv. dot.

Autores.

De concurſu Creditorum ſcripſerunt Dom. Arumæus. Joh. Cöper. Antonius à Mara de concurſu Creditor. in foro Civili formando. Franc. Salgado de Samoza cujus extat Labyr. Credit. Henr. Springsfeld qui ſcripſit de concurrentium creditorum prærogativa. De privilegiis vero Creditorum commentati ſunt Antonius Acoſta. Joh. Michael Beuther de Jure Prælat. Anton Faber Tr. de Areſto & priv. credit. Wolffg. Adam Lauterbach. de Credit. priv. Credit. perſonali Vol. 2. Diſp. 11. Joh. Leib de Credit. prior. Paulus Valentinus Holſatus Richter. de privil. Credit. Petrus Vanderanus de Pri-

vil.

vil. Credit. it. Speidel. Specul. Jurid. Polit. fol. 418. ubi Responf. notab. De Concursu Debitorum Creditor Brunn. Carlevalius in Tract. de Judiciis Tom. 2. Tit. 3. Disp. 21. seq. Mevius ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 1. seq. Mercur. Merlinus in Tract. de Pignor. & Hypothecis Lib. 4. per tot. De prioritate Creditorum Anthonellus in Tract. de Tempore legali lib. 4. c. ult. per tot. Item Caspar Schmidi Comment. ad Processf. Edictalem Juris Bavar. Tom. 1. part. 2 Quomodo procedendum in Concursu Creditorum vid. Fritschii Vol. 2. Conf. 1. & 2. 3. An Mercedibus venditis per Mercatorem habita fide de pretio intelligatur in Emtorem translatum dominium, ita ut ipsæ merces re maneant suppositæ Concursui Creditorum absque prælatione venditoris pro pretio non soluto. Sarminiat. Conf. 5. per tot. ad Joseph Alltogradi Controvers. Creditor sub pœna præclusionis citatus an post latam Graduationis sententiam adhuc sit audiendus vid. Nicol. Resolut. Jur. 22. per tot. Salgado Laborinth Creditor. part. 1. cap. 8. 9. & 11. Creditores forenses an gaudeant Jure suæ Anterioritatis contra creditores loci debitoris vid. Actolin. Resolut. forens. 72. add. Beuther de Concurs. Credit. Lib. 1. cap. 42. Klock. Vol. 4. Conf. 90. Eschbach Not. ad

Carpz.

eſt junctus Titulo præcedenti, & incipit à L. 16. ejusdem Tituli. Quid autem circa Privilegia Creditorum moribus hodiernis ſingulare ſit, diximus in L. 20. Tit. qui poſter. in pign. Cui hoc tantum addo, moribus inter Privilegia Credit. referri frumentum ſementanium, das Saat-Korn / cum exinde prædii utilitas promota cenſeatur, quando frumentum aliis omnibus Creditoribus præferendum eſſe dicit Carpz. p. 1. C. 28. D. 38. Verum hoc non aliter admittendum, quam ſi fructus inde nati adhuc extent: ſi enim jam tunc conſumti ſint à Debitore, nulla inde utilitas reduntat in Creditores, & hinc tali caſu tantum ad perſonaliter privilegiatos refertur.

Leges notabiles h. t.

L. §. 1. 6. L. 5. 12. §. fin. L. 16. 17. 24. tot. L. pen. §. 1.

Lib. XLII. Tit. 7.

De Separationibus.

Jung. L. 7. Tit. 72. de bon. aut. jud. poſſ. & de ſeparat. bonorum.

Autores.

De ſeparationibus bonorum in peculiari Diſſert. ſcripſit. Dn. Lauterbach It. Georg Wernerus. De Jure & Beneficio Separationis

nis vid Richter Tr. de Jur. & Privil. Credit. cap. 1. membr. 2. p. 56. seq. & Holſtii Diſp. de Separatione. it. Nic. Beckmann Idea Jur. Statut. Stiriaci & Auſtriaci voc. Edict. Vol. 123. Brunn. Comment. ad ff. h. t.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Beneficium ſeparationis, quo paternis Creditores Creditoribus filii præferuntur, etiam hodie valde utile eſt ac neceſſarium, ſed cum Jure Romano Quinquennium tantum hoc beneficium Creditoribus indultum: moribus latius extenſum, & præſertim in Marchia & Pomerania hoc tempus non attenditur, ſed etiam Creditoribus paterni poſt quinquennium hoc beneficium allegantes audiuntur. vid. Brunn. in Comm. ff. h. t. Mev. p. 1. D. 254. ubi moribus Pomeraniæ ſeparationem bonorum ipſo Jure fieri, nec petitione opus habere ſtatuit. In Ducatu Megapolitano quoque ſpecialis extat Conſtitutio ſub dato Swerin. d. 19. Januar. 1647. quod nulla præſcripio beneficio ſeparationis opponi debeat.

§. 2. Hoc quidem Jure Communi certum Chiropraphorios Creditores paternos præferri, Jure ſeparationis hypothecariis filii, ſicut econtrario pariter certum, quod in feudis hoc obtineri nequeat? ibi enim regulariter nulla debita ex feudo ſolvenda, niſi

quæ

quæ consensu Domini munita, ut hinc Creditores filii consensati, ob Jus in feudo radicatum semper Chyrographariis paternis vel non consensuatis sint præferendi. Carpz. p. 1. Dec. 73. n. 9. In Marchia tamen contrarium receptum, ubi etiam in Feudis Chyrographarii paterni omnibus Creditoribus filii etiam consensuatis præferuntur, quod præjudiciis multis comprobatum, licet ergo hanc sententiam restringendam putem ad debita Feudalia ante annum 1653. contracta: illo enim anno Recessus Provincialis in Marchia publicatus, quod nulli amplius debito obnoxia debeant esse feuda, nisi quæ consensu Domini munita, quo supposito nullam amplius præferentiam Creditores Chyrographarii paterni petere possint: cum plane ipsis ex feudo non sit solvendum. Cæterum quod de Marchia dixi, obtinere puto etiam in Pomerania & Ducatu Megapolitano, aliisque locis, ubi feuda æri alieno obnoxia.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 2. 5. 11. 12. 13. & pen. L. 3. & L. pen.

Lib. XLII. Tit. 8.

De Curatore bonis dando.

Autores.

De Curatore bonorum vid. Fritsch. Müller

ler in Pract. forens. Resolut. 21. per tot. Bageri de Concursu Creditorum. cap. 3.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Tituli hujus usus vulgo notus est, præcipue vero hodie Curator dari solet bonis obærati Debitoris, & quidem moto concursu Creditorum, qui ipse Curator bona administrare, Creditoribus respondere, & eorum documenta recognoscere debet. Carpzov. p. 1. C. 28. def. 8. Quamvis in Marchia ob invicem distingui solet Curator & Condictor, ita ut ille bonis administrandis, hic Processui promovendo detur, seu ut hic Jura debitoris in Processu attendat & Creditoribus se opponat.

§. 2. Cum autem Curator bonorum hoc fine præcipue detur, quo bona in gratiam Creditorum bene administrentur, hinc regulariter ipsis Creditoribus Jus eligendi Curatorem competit: His tamen dissentientibus Judex constituit, sed ita, ut majorem Creditorum partem sequatur Mevius p. 4. Dec. 257. In concursu Creditorum numerus votorum non ex personarum numero, sed ex debiti quantitate judicatur L. Majorem 8. ff. de Pactis. Potestas vero & obligatio hujus Curatoris regulariter coincidit cum Curatore minoris, Mev. p. 3. Dec. 120.

L. 2. §. 3. & 4.

Lib. XLII. Tit. 9.

Quæ in fraudem Creditorum alienata sunt.

Jung. L. 7. Tit. 75. C. de revoc. his, quæ in fraud. eſt.

Autores.

Ad h. t. vid. Joh. à Sanden Deciſ. Friſic. Lib. 3. Tit. 13. def. 1. ſeq. Perez. & Corvinus. De Revocatione alienationis in fraudem Creditorum factæ vid. Diſp. Rupprechti, ubi formula Libelli hujus Actionis Paulianæ cap. 6. §. 8. Si bona allodialia in fraudem Creditorum in feudalia commutentur vid. Carpz. 1. Reſp. 83. Avocatio pecuniæ poſteriori vel æquali creditori ſoluta an concedatur. vid. Anton de Amato. Reſolut. 51. per tot. ubi de Gratificatione. De Repetitione ſoluti uni Creditorum ab alio cujus par eſt Conditio vid. Mevius ad Jus Lubecenſ. Lib. 3. Tit. 1. Art. 3.

Vſus Tituli modernus.

Titulus hic hodie utiliſſimus eſt, & præcipue ad eum recurritur, quoties moto jam concurſu Creditorum debitor aliquid diſtra-

xit nec inter est, an is, in quem distraxit, sit Creditor an extraneus. Pendente enim concursu uni Creditorum præ aliis gratificatio in solvendo fieri non debet. Mev. p. 3. Dec. 141. Nam bona moto concursu omnibus Creditoribus sunt facta communia, ita ut in unum nihil separatum transferri possit. Mev. p. 2. Dec. 250. & p. 3. D. 141.

§. 2. An Concursum Creditorum si quid alienatum, hoc regulariter revocari nequit cum non præsumatur hoc in fraudem Creditorum fecisse, nisi forte jam imminente concursu facta fuerit distractio: tunc eum vix fraudis expers esse poterit: Si tamen de Creditoribus, hypothecariis quæstio moveatur, & species certa à debitore quocunque tempore elienata sit, nullum est dubium, quin Creditor, non quidem ex hoc Titulo, sed actione hypothecaria rem alienatam repetere possit: Ut adeo hic Titulus non tam necessarius sit hypothecariis, quam Chyrographariis.

Leges Notabiles h. t.

L. 4. 6. §. 6. L. 9. 10. §. 3. 7. 12. 16. 20. L. 17. §. 1. L. 24. §. fin. L. fin. §. 1. & fin.

Lib. XLIII. Tit. 1.

De Interdictis sive extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.

Jung. L. 8. Tit. 1. C. de Interdictis.

Autores.

De Interdictis scripserunt Joh. Faber, Jacob. Menoch, Achilles Personalis, Virginius de Boccariis, Petrus Friedericus Mindanus, Christian. Kremberg, Joh. Tarvadus, David. Magirus, Henr. Arnd. Cranius, Carolus Sucquetus, Joseph. Ferdinand. de Retes, Odofredus. Bernhardus. Wiedenburgk. De actionibus & interdictis Matth. Wesenb. De interdicto possessorio summariissimo quod Hispani interim appellant. Christoph. de Paz. De Interdicto Salviano. Bartholomæus Scappucinus. Amad. Ekolt. De Interdictio Ecclesiastico Joh. Calderinus. Nic. Plovius. Joh. de Lignano. De Interdicto Civitatis Joh. Andr. de Bononia. De Interdicto Regni Franciæ Tussinus Benetus. De Manutenendo. Ludov. Posthius. De Remidio retinendæ possessionis seu (ut alii sentiunt) recuperandæ Possessionis ex L. fin. Cod. de Acquir. & Retin possess. vid. Harpprecht. Vol. 2. Resp. 50. per tot. De Intentato Pos-

ſeſſorio wegen einer Wäyd Gerechtigkeit. vid. Beſold. Vol. 6. Conſ. 278.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Materia Interdictorum hodie quidem ab uſu fori receſſiſſe videtur, cum Prætores à Judicibus diſtinctos amplius non habeamus, coram quibus olim extraordinariæ illæ Actiones ex Interdictis oriundæ inſtituebantur. Verum licet idem hodie Prætor ſit, qui Judex eſt, attamen Materia Interdictorum hodie ſumma eſt neceſſaria ac utilis pro defendenda ac conſequenda poſſesſione rerum tam corporalium tam incorporalium; Proceſſus enim ſummarius in hic interdictis adhuc obtinet: nec plenior probatio, quam in interdictis Jure Romano diſpoſitum, hodie in foro exigitur: ut adeo in compendio dicendum: Hodie quidem ex interdictis pariter Actionem inſtitui, ac ex aliis cauſis: commoda tamen celioris Proceſſus juxta diſpoſitionem Juris Romani adhuc pariter obtinere.

§. 2. Commentari ea propter in Praxi Cautela ſolet, quod moturus Proceſſum ante omnia ſolicitus eſſe debeat, an non aliquo interdicto uti poſſit: quod utique conſultum æſtimamus, cum ita eo citius vel poſſesſionem conſequi, vel in ea ſecuritatem obtinere poſſit: Et licet alteri ſalvum ſit Judicium

cium Petitorium, nihilominus tamen beati erunt possidentes, quippe si Actor in hoc Judicio liquidis probationibus non sit instructus, pro possessore, qui nihil probare tenetur, pronunciabitur vid. L. 15. qui destinavit 24. ff. de R. V. Quod si vero Actor certas in petitorio probationes in promptu haberet, male sibi consuleret, si in possessorio experiretur, & ita duplici processu obtinere contenderet, quod uno potuisset.

§. 3. In Camera Imperiali loco interdictorum plerumque impetrari solent mandata, quibus id, quod secundum naturam causæ & interdicti inde competentis præstare fas erat, injungitur: & hæc mandata sunt vel cum Clausula vel sine Clausula; Illa sunt, quibus annexa Clausula justificatoria, sive quibus facultas suas exceptiones opponendi & deducendi reservatur: Hæc sunt, quibus simpliciter aliquid vel cum vel sine injungitur sine ulla facultate Jus suum in contrarium docendi. His tamen interdum subjicitur Clausula, quæ paritoria dicitur, ut sc. intra certum terminum doceat, quomodo huic mandato paruerit.

§. 4. De cætero sunt notabiles illi in Imperio casus quatuor dicti, die vier Fälle / in quibus mandata sine clausula obtinent, scilicet. 1) si sit factum per se de Jure vel con-

 suetu-

ſuetudine prohibitum. 2) ſi factum ſupplicanti damnum irreparabile ſit illaturum. 3) ſi cauſa tenderet in damnum Reipublicæ. 4) Si res moram non patiatur. vid. Ord. Cam. Proc. 2. Tit. 23. Gail. L. 1. 0. 13. Blum. in Proc. Cam. Tit. 24. n. 68.

§. 5. De cætero cum natura Interdictorum ad Judicia poſſeſſoria pertineat: inde in Praxi frequens Diſputatio, an cum his Judiciis poſſeſſoriis Petitorium e. g. Rei Vindicatio poſſit cumulari, in cujus Deciſione communiter recurrimus ad C. 3. 4. & 5. x. de Cauſa Poſſeſſ. & Proprietatis & receptum in Praxi, quod poſſeſſorium recuperandæ vel adipiſcendæ bene cum petitorio cumulari poſſit; non vero poſſeſſorium retinendæ: Cum petere rem nequeat, qui ſe poſſeſſorem eſſe dicit: Petitio contra Poſſeſſorem alium inſtituenda.

§. 6. Facta autem illa cumulatione Judici in foro arbitrium ſalvum manet, an omiſſio petitorio ſuper ſolo poſſeſſorio in illa pronunciare velit, ſi forte hoc magis liqueat. Carpz. L. 1. Reſp. 71. n. 23. ſicut etiam ſi petitorium ſit liquidum, neglecto poſſeſſorio in illo pronunciare poteſt, modo, ut dixit, utrumque ſimul intentaverit. Carpz. Reſp. 73. n. 14 Uno enim ex illis intentato non poteſt in altero pronunciare Judex, Carpz. R. 72.

Lib.

Lib. XLIII. Tit. 2.

Quorum bonorum.

Jung. L. 8. Tit. 2. C. quorum bonor. L. 6. T. 53. C. de Edict. div. Hadr.

Autores.

De Interdicto quorum bonorum vid. Tabor Dec. 190. per tot. it. Meichsner Tom. 3. Dec. Camer. 13. per tot. Hæres an? & quando agit interdicto Quorum bonorum. vid. Albert. Alterisius, de hæreditariis Actionibus p. 2. cap. 3. per tot. Interdictum quorum bonorum cui, & contra quem competat vid. Actolin. Resol. Forens. 118. Schacheri Colleg. pract. ad h. t.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdictum præsertim utile, hodie cuicunque heredi datur, ut eo celerius possessionem hæreditatis consequatur, exceptionibus altioris indaginis ad Judicium ordinarium sive petitorium ablegatis: imo ad omnes successores in dignitate vel officio applicatur an consequenda Antecessorum Jura vid. Menoch. Remed. adip. Possess. 1. n. 46. Petrus Frieder. Mindan. d. interd. P. 2. T. 16. n. 52. Qui ipsi duo Authores materiam singulorum Interdictorum fusissime explicarunt, ejusque varium usum in foro ostendunt,

dunt, ad quos semper obveniente casu recurrendum erit.

§. 2. Interdictum quorum bonorum etiam locum habet in feudalibus, & datur Filio vel Agnato ab inteſtato in feudum venienti. Schræer part. 5. de Feud. cap. 2. n. 27. H. Piſtor. lib. 2. p. 2. qu. 39. n. 39. contra quemlibet injuſtum & non legitimum poſſeſſorem, etiamſi cauſam à Domino feudi habeat. Weſenb. Vol. 1. Conſil. 6. quam ſententiam præjudicio Dnn. Lipſienſium de Anno 1658. Philipp. In uſu practic. Inſtit. lib. 4. Tit. 25. Eclog. 71. n. 20. Es wäre dann von Titio in continenti beygebracht worden / daß Sempronius das Lehegut N. von demjenigen erkaufft / ſo daran das Dominium niemahln gehabt / auch ſonſten mit der Alienation Nulliter verfahren worden / und alſo der allegirte titulus vitioſus und zu Recht nicht beſtändig ſey / auf den Fall hat Titius contra Sempronium des Interdicti Quorum bonorum ſich wohl zu gebrauchen.

Lib. XLIII. Tit. 3.

Quod Legatorum.

Jung. L. 2. T. 3. C. quod Legator.

Autores.

Interdictum Quorum Legatorum An? & quando? & quibus? competat? vid. Albert.

bert. Alderisius de Hæredit. Actionibus. p. 2. cap. 4. per tot. Quænam actiones pro Legatis competant. vid. Camarel. lib. 15. cap. 1. per tot. Schacher Colleg. pract. ad h. t. Formam hujus Libelli habet Cortrei. in Disp. de Action. in rem script. c. 3. n. 32. Interdictum quod Legatorum, quo Casu locum habeat. Brunn. Conf. 35. Interdictum quod Legatorum ob non solam Falcidiam, sed quodvis interesse datur Brunn. Conf. 37.

Vsus Tituli modernus.

Agitur hoc interdicto contra Legatarium ad restituendam possessionem rei legatæ, quo heres inde Falcidiam detrahere possit. De hujus Tituli usu moderno dubitandum non est.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 4. 16.

Lib. XLIII. Tit. 4.

Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.

Vsus Tituli modernus,

Hodie quoque hoc interdictum admodum utile est, quoties vel ipsi, cui decreta immissio, resistitur, velit, qui jam immissus est, turbatur. Plerumque tamen mandata

data pœnalia contra in facientem decernuntur, vel manu militari vim passo succurritur.

Leges notabiles h. t.

L, 1. §. 2. L. 3. pr.

Lib. XLIII. Tit. 5.

De tabulis exhibendis.

Jung. L. 8. C. Tit. 7. h. t.

Usus Tituli modernus.

Datur hoc interdictum adhuc hodie cuivis interesse habenti sibi tabulas Testamenti exhiberi modo juramento calumniæ se non malitiose exhibitionem petere, obtinuerit. conf. Mindan. de Interd. L. 2. C. 15. n. 1.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. §. 5. L. 3. §. 6. L. ult.

Lib. XLIII. Tit. 6.

Ne quid in loco sacro fiat.

Usus Tituli modernus.

Nec hodie cuipiam privato in loco sacro ædificare licet, quod hodie quoque de loco religioso dicendum puto: ut hinc si in Cœmiterio quid extractum ex hoc Titulo agi possit, ut tolatur ædificium. Idem obtinet in

loco

loco sancto, ut si ædificia circa muros & portas civitatis extracta sint.

Lib. XLIII. Tit. 7.

De locis & itineribus publicis.

Vsus Tituli modernus.

Agitur ex hoc interdum ex genere ad tollendum impedimentum, usus viæ publicæ, per loca publica autem hic non intelliguntur loca urbica seu Civitatis, sed quæ sunt totius populi eorumque usus ad omnes pertinet. Sic iter publicum non est via publica, sed jus eundi & ambulandi, id est, der Fußsteig bey der gemeinen Land-Strassen / contra impedientem agendum est actione injuriarum secundum L. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publico fiat.

Lib. XLIII. Tit. 8.

Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

Autores.

Ad h. t vid. Cæsaris Consil. Viron. Illustr. p. 1. Cons. 6. n. 105. seq. it. Schacheri Colleg. pract. ad h. t. De via publica Hermosilla ad Lopez. in Judice. De via publica & privata, vid. Fritsch. Mulleri Practic. Forens. Resol. 46. & 52. Ein ehehaffter Wagen Weg quid sit. vid,

vid. Lib. Baro Schmidi Commentar. ad Jus Bavar. Tom. 3. fol. 256. ubi plura de viis publicis. De prohibitione, ut vehiculum per unam tantum viam publicam comment. Matth. Wesenb. Vol. 7. Conf. 306. per tot.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Et hic Titulus pariter hodie utilis est in casu ædificii in loco publico extructi, ut & in reliquis casibus in hoc Titulo expressis. Id vero hodie amplius necessum non est, ut si in loco publico Civitatis quid exstruendum Principis consensus exigatur, sed sufficit, si Magistratus Oppidaneus consenserit, quippe cur administratio Civitatis, & eo pertinentium commissæ est.

§. 2. Hoc vero non extendendum ad ædificia in muris & portis Civitatis exstructa; quamvis enim existimet Grœnw. de LL. abrog. ad ff. T. Ne quid in loco sacro fiat, sufficere ad id Magistratus Municipalis consensum: Attamen cum hic de securitate non tantum Civitatis sed & vicinorum locorum, totiusque Provinciæ agatur & Principis quam maxime intersit, nil fieri, quod ulla ratione defensioni & securitati suarum civitatum obstare possit, non puto sine Permissu Principis ædificium his locis exstrui posse.

Leges notabiles h. t.

L. 2. §. 4. 9. 15. 17. & 43.

Lib.

Lib. XLIII. Tit. 9.

De loco publico fruendo.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdicto succurritur illis, quibus ex Contractu loci publici usus debetur, ne in eo impediantur. Quod non tantum de loco publico in specie sic dicto, sed de cujusvis Juris fruitione, quod alias ad publicum spectat intelligendum. Unde Conductores teloniorum hoc interdicto experiri possunt.

Lib. XLIII. Tit. 10.

De via publica, & si quid in eo factum esse dicatur.

Viæ publicæ. Kayserliche offene Landstrassen inter Regalia referuntur principis propter Jus supremum & protectionem. Textor. Jus Publ. Cæs. Tit. 10. n. 3.

Lib. XLIII. Tit. 11.

De via publica & itinere publico reficiendo.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Uterque hic Titulus hodie utilis est ac necessarius, quoties ex iis publicis vel impedi-

pedimenta removenda, vel illæ reficiendæ. Ad quam refectionem plerumque moribus collecta indici solent, quæ ob favorem viarum publicarum ita privilegiata, ut nemo se eximere possit, ne Clerici quidem L. 7. C. de SS. Eccles. Aliquibus in locis ab iter facientibus consensu superioris certa pecunia ad conservationem viæ impendenda exigitur. Germanice das Damm-Geld.

§. 2. Cæterum hodie communiter viæ publicæ ad Regalia referuntur, quod intelligendum quoad reditus ex viis publicis percipiendos, quos Fiscus sibi vindicat, ob quos reditus & curam circa vias publicas sibi vendicat Princeps, ut scilicet muniantur.

Lib. XLIII. Tit. 12.

De fluminibus publicis, ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo pejus navigetur.

Autores.

De fluminibus scripserunt Ægidius Bossius, Arias de Mesa Lib. 2. Resol. 44. & seq. de Aquis & fluminibus. Buchnerus. De jure aquat. **Ahasver. Fritschius.** De Jure fluviatico Noe Meurer. De Rhreno & flum. Stypman. De Jure maritim. & naut. Caspar Ziegler, De Jurib. flum. Flumen quando novum vel

vel antiquum dicatur vid. Cyriac. Controv. 310 462. De flumine proprio & communi, de publico & privato, ect. vid. prolixe Anton. Gobius in Tr. de Universa Aquarum materia quæstion. 3. & seq.

Usus Tituli modernus.

Regalibus annumerantur flumina publica tum navigabilia & minora, quorum in fluxu flumen majus navigabile est, & eodem quæ in viis publicis est Ratio, i e jus superius de flumine & navigantibus in eo statuendi, principis esse censetur, ut viarum publicarum in Terris Textor J. P. C. Tit. 10. num. 4.

Lib. XLIII. Tit. 13.

Ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, uti priori æstate fluxerit.

Autores.

An aquæ cursus inferiori serviens, per superiorem impediri possit. vid. Cothmann. Vol. 3. Resp. 7. per tot. add. Laurent. Ursellus Conclus. Legal. 132. voc. Aqua. n. 37. & seq. De materia Molendinorum vid. plura apud Golium in Tract. de Universa Aquarum Materia Quæst. 14. & seq. add. Rechius de

 Servi-

Servitut. Tom. 1. cap. 3. quæst. 10. seq. An & quatenus ædificare liceat Molendina in flumine publico sine Autoritate superioris vid. Eschbach. Not. ad Carpz. p. 3. const. 6. def. 11. ubi peculiare Responsum.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Usum hujus Tituli quod attinet, idem de eo, quod de præcedenti Titulo dicendum: Sed cum hic de Jure exstruendi molendina agi soleat à Dd. sequentia erunt observanda. De Jure communi in flumine publico unicuivis Molendinum exstruere licebat, modo cursus fluminis non mutetur, aut navigatio impediatur, aut alteri jam molendinum in flumine habenti per interceptionem aquæ noceat: huic enim commodum semel ex publico quæsitum adimi nequit. vid. Cothmann Vol. 3. Resp. 7. 28. Et hoc casu præsens interdictum necessarium est molitori inferiori contra superiorem, si hic cursum aquæ mutaverit.

§. 2. In flumine privato unus quisque pro sua commoditate molendinum exstruere potest, tam in parte inferiori, quam superiori, etiamsi alteri inferius molendinum habenti aqua adimatur arg. L. flum. 24. §. fin. & L. Populus 26 ff. de damno infecto. Mev. p. 4. Dec. 39. n. 4. Quod procedit, nisi molitor inferior superiorem exstruere volentem

lentem prohibuerit, & ille prohibitioni longo tempore acquieverit: sic enim sibi Jus quæsi visset per Præscriptionem, ut solus molendinum habere posset. Joh. Köppen Us. Pract. J. P. 1. Obs. 76. n. 13. similis libertas Jure communi competit Domino in suo fundo pro lubitu molendinum pnevmaticum exstruendi: cum in fundo suo suam utilitatem Dominus quocunque modo promovere possit.

§. 3. Praxin quod attinet generaliter verum est in flumine publico hodie nemini licere molendinum exstruere, sive jam alius ibi exstruxerit sive non: sed concessione speciali Principis adhoc opus erit. Quod idem in molendinis illis nauticis, in dem Schiff-Mühlen obtinet, cujus ædificatio non tantum consensum Principis desiderat, sed & translatio de loco in locum: Jus enim ipsum exercendi molendinum ad certum locum videtur adstrictum, sicut & hoc respectu molendina nautica ad immobilia referuntur.

§. 4. Flumina & loca privata quod attinet non puto illam licentiam de qua in §. 2. dixi, moribus universalibus esse immutatum, sed secundum illam pronunciandum, nisi statuta speciali hanc libertatem inhibentia doceri possint. In Marchia tamen certum, quod in suo loco nemo exstruere po-

sit, sive aquaticum sive pnevmaticum molendinum nisi à principe id impetraverit. Schepliz ad Constit. March. P. 4. T. 23. §. 1. n. 5. Joh. Köppen in Dec. qu. 20. n. 14. Idem de Provinciis Saxonic. asserit. Carpz. p. 2. C. 4. D. 10. n. 2. conf. prolixe Hering. in Tract. de Molend. qu. 15.

Lib. XLIII. Tit. 14.

Ut in flumine publico navigare liceat.

Autores.

De flumine publico vid. prolixe Ant. Golcii Tract. de diversa Aquarum materia qu. 5. & seq De fluminibus agatur fusissime Arius de Mesa, Lib. 2. Resolut. 44. & seq. it. Stypmann. it. Golius in Tr. de Universa Aquarum materia.

Usus Tituli modernus.

Pro navigatione in fluminibus publicis vectigal quidem hodie exigunt Principes, si tamen quis id solverit hodie, vel solvere paratus sit, & ab alio in navigatione sive usu ripae, quatenus hic usus ad navigationem necessarius est, impediatur, recto hoc interdicto hodie experiri potest. Etiam hujus remedii usus quoque est adversus eos, qui flumina publica colunt, & vel novas exactiones absque superioris Magistratus autoritate in navi-

navigantes moliuntur vel veteres augere conantur.

Lib. XLIII. Tit. 15.

De Ripa munienda.

Autores.

De Riparum jure vid. prolixe Rhodenus. De Ripa munienda Finsterwalder Lib. 3. Obs. 59. per tot. De Refectione aggerum vid. Hartmanni Tractat. de Jure aggerum. cap. 5. & c. 10. it. c. 13. add. Amaya Comment. ad Lib. x. Cod. fol. 203. Schacheri Colleg. Pract. ad h. t.

Usus Tituli modernus.

Et hodie cuique ripam munire licet, ne agro suo contingat damnum, modo vel navigationi vel vicinis inde nullum contingat impedimentum. Imo hodie illa munimenta riparum non sunt voluntatis, sed necessitatis, dum unusquisque pro quantitate agrorum, quos possidet, ripas sub pœna reficere tenetur, ne ruptis aggeribus fluminis vicina prædia inundentur.

Lib. XLIII. Tit. 16.

De vi & vi armata.

Jung. L. 8. Tit. 4. C. unde vi.

Autores.

De Remediis recuperandæ possessionis

 vid.

vid. Text. Disp. Acad. 33. per tot. Schacheri Colleg. Pract. ad h. t. ubi notabilia. De Spolio attentato Lancellot. de Attentat. part 3. cap. 24. n. 46. seq. De Spolio Tondut. de Prevent. Judicial. in Judice voc. Spolium. De spolio & ejus probatione Wesenb. p. 5. Consf. 213, & 214. De Actione Spolii. An & quatenus illa in spoliatoris heredes transeant. Harpprecht Resp. 68. per tot. De spolio per Judicem commisso vid. Balthas. Resol. pract. Jur. Civ. & Bavar. part. 4. Tit. 20. Resol. 2. Si quis à Principe spoliatus fuerit Klock tom. 2. Consil. 12. n. 62. seq. add. Ant. Capyc. Dec. Neapol. 77. & Nic. Everh. Consf. 76. n. 6. Spolii & Spoliati materiam prolixe tractat nervoseque Lancellot. in Tract. de Attentatis vid. Judex it. Cancerius part. 2. Variarum Resolut. cap. 7. per tot. De Actione vis privatæ Michael Responf. 9. Spoliatus quando non est restituendus vid. Surd. Consil. 166. per tot. De Remedio Can. Redintegranda Klock. Vol. 2. Consf. 2. n. 8. seq. Consf. 29. n. 109. usque & Consf. 39. n. 100. seq. De Exceptione Spolii & ejus usu Zanger de Except. p. 2. cap 18. per tot. Balthasar. c. l. Tit. 20. Resolut. 1. n. 26. seq. Pingizer. Consf. 2. p. 85. Schurff. Cent. 1. Consf. 35.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Datur in hoc Titulo illi remedium, qui

qui de possessione rei suæ violenter dejectus, ut eam cum omni causa citissime recuperet. Cujus Tituli usus hodie frequentissimus est contra omnes violenter rerum nostrarum invasores. Et quamvis Jure Civili contra singularem successorem non datur L. 7. & 15. ff. h. t. secus tamen Jure Canonico per cap. sæpe x. de restitutione spoliatorum. Wesenb. in paratit. ff. h t. n. 2. quod hoc casu in Praxi sequimur, generaliter receptum, quod contra quemvis rei nobis oblatæ vel spolii possessorem ad restitutionem spolii agi possit, ob generalitatem Can. Redintegr. c. 3. qu. 1. Et licet c. C. sæpe x. de Restit. spol. requirere videatur, ut tertius ille violentiæ sit conscius: attamen Praxis generalem illam decisionem admisit. Brunn. ad L. 7. num. 2. h. t.

§. 2. Porro id quoque observandum, quamvis Jure Civili etiam manifeste Prætorii hoc Interdictum detur, si hic illum ex intervallo dejecerit, nam in continenti fieri potest per L. 17. ff. h. t. ex dispositione tamen Juris Canonici per c. 6. x. de causa possessionis & propriet. volunt. Dd. quod notorius prædo non sit restituendus, si liquido de alterius Domino constiterit. vid. Struv. Ex. 45. D. 110.

 Leges

Leges notabiles. h. t.

L. 1. pr. §. 29 32. 41. 43. L. 3. §. 9. L. 11. 15. 17. 18. pr. & §. 1.

Lib. XLIII. Tit. 17.

Uti possidetis.

Jung. L. 8. Tit. 6. C. h. t.

Autores.

Ad h. t. vid. Hahn ad Wesenb. ff. h. t. it. Schacher Colleg. pract. ad h. t. Interdictum uti possidetis qu. habet locum vid. Cons. Argentor. Vol. 2. Cons. 72. per tot. ubi Notab. De probatione plena adversus possessorem vid. Michaelis Resp. 13.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Et præsens quoque Titulus evidentissimam in foro habet utilitatem, cum omnes in sua possessione turbati, recurrant ad præsens remedium possessorium. Ante omnia vero in foro caute esse solent illi, qui in possessi ne sua turbati, ne possessorium summarium cum summariissimo confundant, quæ in eo præcipue differunt, quod in summariissimo agatur de detentione sive facto possessionis in summario de possessione ipsa sive ejus Jure. In illo præsens possessio, in hoc antiquior attenditur, in illo qua-

lescun-

lescunque probationes sc. per unum testem juratum, vel plures injuratos. vid. Carpzov. in Proc. Tit. 23. Art. 1. n. 31. seq. hic pleniores exiguntur. Dicitur autem hoc nostrum possessorium summariissimum aliis summarium, & quod nos summarium diximus, alii dicunt ordinarium, quæ res eodem recidit. Carpz. Art. 1. n. 6.

§. 2. Cum vero in summariissimo Judicio celeri processu progrediatur Judex, non in quavis causa summarissimum Judicium admitti solet, sed tum præcipue utrinque dubia & metus annorum subsit, cui celeri processu occurere solet Judex ad interim, donec in Possessorio summario plenius de possessione cognitum fuerit, alicui assignando possessionem vid. Gerh. Pfankuch. Tr. de sumar. Possessor. L. 1. c. 6. & ea propter decretum intermisticum dicitur illud, quod in illa causa datum, quod non perfectum Jus tribuat: ad interim tantum, donec plenius Jus deductum Covarruv. Pract. Resol. C. 16. Gallis dicitur Decretum Recredentiæ Pristinæus in Devis. Belg. Vol. 6. Dec. 92. n. 18. ICti Hispani dicunt Juris firmam. Nobis frequentius Decretum manutentiæ, de quo extat Tr. Postii de mandatis manutenentiæ. Cæterum extra Cameram Imperialem hoc

summariſſimum poſſeſſorium admitti ſolet, etiamſi metus armorum non ſubſit.

§. 3. In Saxonia loco hujus poſſeſſorii ſummariſſimi utuntur proceſſu inhibitorio, quando enim controverſia ſuper litigioſa poſſeſſione occurrit, pro illo, qui in præſenti reperitur detentione inhibitio decernitur, contra alterum turbantem. Carpz. in Proc. Tit. 23. Art. 2. Requiritur tamen ad decernendam inhibitionem, ut caſus ille ſit inhibitivus, quos caſus recenſet Carpz. n. 32. ubi generaliter concludit: Quotiescunque & quacunque ratione turbatur alicujus poſſeſſio, toties inhibitio poteſt decerni, ut hinc res arbitrio Judicis committenda. conf. idem Carpz. Spec. Differt. de inhibition.

§. 4. Poſſeſſorium ordinarium vel, uti nos hoc appellavimus, ſummarium ſecundum Jura præſentis Tituli expeditum: omnia enim quæ hic occurrunt, ad modo dictum poſſeſſorium regulariter ſpectant, ut inde uſus Tituli ſit frequentiſſimus, cui quædam ex Jure Canonico ſuperaddita, de quibus agitur in Tit. Decret. de cauſa Propriet. & poſſeſſ. & huc ſpectat quod in Concurſu poſſeſſionis pro antiquiore judicemus per cap. 9. x. de Probat.

§ 5. Id quoque ex moribus eſt, quod poſſeſſor contra turbantem poſſeſſionem ſuam pigno-

pignorando tueri possit, sicut & vice versa pignorando exercituum Juris ab alio prætensi interrumpitur, de qua materia vid. Gail. de pignorat. & Dd. passim.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 3. 4. fin. L. 2. 3. pr. §. 2. 8. 10. & fin.

Lib. XLIII. Tit. 18.

De Superficiebus.

Hoc interdicto succurritur ille, qui in usu superficiei sibi concessæ turbatur, & cum priori titulo coincidit. L. 1. §. 4. Cui damus actionem, multo magis concedimus exceptionem.

Lib. XLIII. Tit. 19.

De itinere actuque privato.

Hoc interdictum etiam hodie utile est, quoties quis in usu servitutis rusticæ vel rei fectione itineris impeditur.

Leges notabiles h. t.

L. 3. §. 15. L. fin.

Lib. XLIII. Tit. 20.

De Aqua cottidiana & æstiva.

Autores.

Interdictum de Aqua quotidiana & æsti-

va

va quas probationes requirat & in quibus Casibus procedat vid. Palma Allegat. Jur. 10. per tot. Schacheri Colleg. pract. ad. h. t.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdictum tunc utile est, si quis aquam ad sui prædii utilitatem hactenus vel quotidie vel tempore æstivo duxerit, ut ei fiat vis, quo minus aquam porro ita ducat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. 4. 18. 25. 32. 43. L. 3. §. 2. & 4.

Lib. XLIII. Tit. 21.

De Rivis.

Autores.

De Jure Riparum Rhodenum. De Ripa munienda Sprenger. Dec. 16. p. 163. seq.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdictum succurritur illi, qui impetitur rivos reficere vel purgare, per quos hactenus aquam deduxit, modo non vitiose duxerit.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. f.

Lib. XLIII. Tit. 22.

De Fonte.

Si quis hactenus fonte quodam non vitiose

tiose usus sive aquam hauriendo sive pecus appellando, si postea in usu vel refectione impediatur, hoc interdicto experitur.

Lib. XLIII. Tit. 23.

De cloacis.

Si quis Cloacas vel Canales, per quas sordes excipiuntur, Germanice die Schleußen reficere velit vel purgare, & in eo impeditur, vel vicinus permittere nolit, ut purgandæ cloacæ gratiæ pavimenta rescindantur, ex hoc interdicto agi potest, modo Actor paratus sit restaurare, quod ex necessitate rescissum L. 1. §. 2. ff. de Cloacis, ne attenditur hic vitium possessionis ob interesse publicum, ne fœtor inducatur in urbem.

Lib. XLIII. Tit. 24.

Quod vi aut clam.

Usus Tituli modernus.

Usus hujus tituli contra ædificia vel alia opera vi vel clam in nostrum præjudicium exstructa frequentissimus est; & hinc obveniente casu secundum Jura hujus Tituli pronunciandum. Unde in casu, ubi alter clam exstruxerat, nullam Actionem competere juxta L. 7. §. Bellissime 3 ff. h. t.

Leges Notabiles h. t.
L. §. 2. L. 4. 5. pr. §. 1. 2. L. 7. §. 3. 4. L. 13. §. 2. L. 15. §. 3. 4. L. 16. §. fin. L. fin. pr. §. 1. §. 3.

Lib. XLIII. Tit. 25.

De Remissionibus.

Si quis ædificanti novum opus nunciaverit, sed postea vel ipse nuncians vel Judex remiserit renunciationem (Wann das Verboth cassiret ist) Si nihil ominus impediatur, hoc interdicto adhuc experiri hodie potest.

Lib. XLIII. Tit. 26.

De Precario.

Jung. L. 8. Tit. 9. C. de Precario.

Autores.

De Precario von Vergünstigung oder gutwilligen Gebrauch vid. Diss. Strauch. Formulas Precarii. vid. Spathens teutscher Advocat. Tom. 1. Lib. 3. cap. 1. fol. 830. Si quis per immemoriale tempus precario usus, an præscriptioni locus sit. Struv. Decis. Sabb. cap. 4. Decis. 13. Besold. Consil. 118. n. 74. Carpz. p. 2. const. 4. def. 14. n. 16. Ockel. de præscr. immemor. cap. 7. thes. 32. pag. 298.

Usus

Vsus Tituli modernus.

Et præsens quoque interdictum utilis est illi, qui rem alteri precario utendam concessit, si ejus restitutio negetur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 8. §. 3. L. 12. 17. 18. 19 pr.

Lib. XLIII. Tit. 17.

De Arboribus cædentis.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Hoc interdicto consulitur illi, qui ex arboribus vicini incommodum sentit: Ut ipse, si vicinus admonitus arborem tollere nolit, eandem tollere possit, nec vicinus ipsi vim facere debeat. Quod idem quoque Jure Saxonico permissum, quod possim ramos in meum fundum perpendentes impune amputare. Carpz. p. 3. C. 32. def. 25. n. 5.

§. 2. Practica est, quod denuncietur Domino illius arboris quod ipsam succidat, & de hoc fiat instrumentum, & tunc si non succidat, potest denuncians propria autoritate facere, imo ligna asportare, & dato casu quod radices arboris nocerent, tunc datur utile interdictum per glossam in L. 1. C. de interdictis. Huc quoque refertur devastatio seu dissipatio sylvarum in alterius præjudici-

um

um institura quod factum cum sit contra publicam utilitatem & damnum irreparabile inferat, interesse habentes pro mandatis sine clausula inhibitoriis in Camera supplicant secundum. Tit. 23. p. 2. Ordin. Camer. Frideric. Mindanus Lib. 3. de mandat, cap. 39. §. 4. Gail. L. 2. Obs. 67. n. 8.

Lib. XLIII. Tit. 28.

De glande legenda.

Vsus Tituli modernus.

Hoc interdicto intra triduum datur facultas repetendi fructus, qui ex mea arbore in vicini fundum deciderunt: quod hodie communi praxi immutatum videtur, ubi regulariter illi fructus relinquuntur, in cujus fundo reperiuntur, nisi contrarium pacto placuerit, quod de Praxi Juris Saxonici certum est. Carpz. d. l. 32. def. 25.

Lib. XLIII. Tit. 29.

De Homine libero exhibento.

Jung. L. 8. Tit. 8. C. de lib. exhib. & hom. lib. exhib.

Vsus Tituli modernus.

Hoc interdictum introductum est libertatis tuendæ causa, ne liberi homines à quopiam

piam detineantur inviti. L. 1. §. 1. h. t. Cujus hodie ob cessantem servitutem vix usus esse potest, nisi forte applicetur ad illum casum, si quis liberum hominem quasi esset proprius homo, vel glebæ adscriptus penes se detineret.

Lib. XLIII. Tit. 30.

De liberis exhibentis item ducendis.

Jung. L. 8. T. 8. C. de lib. exhib. & duc.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdictum etiam hodie utilitatem habet tam ratione parentum, si liberi eorum detineantur, quam ratione parentum, si liberi eorum detineantur, quam ratione mariti, si socer uxorem detineat. & permittere nolit, ut maritum sequatur p. L. 2. h. t. C. 11. x de sponsal. Covarrius P. 2. De matrim. c. 7. pr. n. 7. ubi de marito vagante agit.

Lib. XLIII. Tit. 31.

De Utrubi.

Autores.

Ad h. t. vid. Schacheri Colleg. pract. h. t. it. Vergin. de Boçatiis Tr. de Interdict. uti possid. cap. 6.

Usus Tituli modernus.

Convenit hoc interdictum cum interdicto uti possidetis, & in eo tantum differunt, quod Utrubi versetur circa mobilia, uti possidetis circa immobilia quiete retinenda.

Lib. LXIII. Tit. 32.

De migrando.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdicto etiam hodie consulitur inquilinis migrare volentibus, si finita conductione & soluta pensione bona ipsorum à locatoribus detineantur.

Lib. XLIII. Tit. 33.

De Salviano Interdicto.

Jung. L. 8. Tit. 9. C. de precar. & Salv. interdict.

Autores.

De Salviano interdicto scripsit Stabilius Pacificus. Salvianum ad possessorium & Hypotheca ad Petitorium, & quam probationem singula postulant vid. Costa in oper. Tom. 1. fol. 79. Pascalius de Virib. patr. potest. p. 1. cap. 8. n. 142. seq. add. Thomat. Dec. 13. & 14. & 74. Gail. de Credit. cap. 4. quæst. 6. n. 796. seq. & quæst. 7. n. 799. seq.

Ant.

Ant. Gobius Consult. Decis. 96. 97. & 223. Cerrius Dec. 92. & 144. De Colono multa habet Lib. Baro Schmid. in Comment. ad Jus Bavar. Tom. 3. vid. Judex voc. Colonus.

Usus Tituli modernus.

Hoc interdicto consulitur Locatori contra Conductorem, ut pensione non soluta citissime possessionem rerum sibi pro pensione obligatarum consequatur, quod remedium in Praxi ex communi sententia, ad omnes alios Creditores extensum volunt, postquam Debitor Principalis est excussus Struv. h. t. 8. 172.

Lib. XLIV. Tit. 1.

De Exceptionibus, Præscriptionibus & Præjudiciis.

Jung. L. 8 Tit. 36. C. de except. & præscription. L. 2. T. 25. x. de Exceptionibus.

Autores.

De Exceptionibus scripserunt Paulus Æmilius Gallus. Nepos de Monte Albano Francof. 1587. Bellacomp. Marcus Anton. Blancus. Nicol. Cisner. Spine. 1588. Donat. à Fina. Martin. de Fano. De Exceptionibus litis ingressum impedientibus. Carolus de Grassis Venet. 1606. Angelus de Gambaro. Conrad. Mauser. Witteb. 1596. Johannes

Monachus Joh. Ferrar. Montan. de Exceptionum impedimentis. Oldendorp. cujus extat. Enchirid. Excep. Forens. Bagarottus Patavinus, de Exceptionibus dilatoriis & declinatoriis Innocentius Quartus. Colon. 1576. Christoph. Philipp. Richter. Velit. Acad. 41. Rivinus cujus legitur Specim. Except. forens. Sam. Stryk. qui scripsit de Exceptione altioris indaginis Barth. Leonh. Schwendendorff. de Exceptionum opponendarum formale ac fatale Zangerus de Exceptionibus. Late materiam Exceptionis tractat Almers in Manual. Jur. Pfannkuck Tract. de Possess. Summariss. cap. 4. per tot. Lib. 2. De Exceptione Retentionis vid. Nicol. Reusner Lib. 3. Cons. 5. Carpzov. Dec. 66. & Dec. 269.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Materia Exceptionum, uti in Praxi frequentissima est, ita nullum dubium superest de Tituli præsentis observantia, circa ipsum tamen modum proponendi Exceptiones occurrunt quædam, quæ partim Jure Canonico, partim moribus Judiciorum aliter se habent, sic cum alias Exceptiones dilatoriæ Jure communi distincte proponi possint, & quidem una post aliam. Jure Canonico per c. Pastoralis x. h. t. receptum, quod Judex possit certum terminum præfigere intra

tra quem omnes exceptiones dilatoriæ una vice proponi debeant, quod postea in Imperio generaliter receptum per Ordin. Cammer. p. 3 Tit. 24. ut scilicet mox in primo termino (modo de Competentia Judicis constet) teneatur omnes dilatorias opponere, quod pariter probatum per Recess. Imperii de Anno 1654 § Und hat der Beklagte 2c. conf. Brunn. in Process. C. 7. n. 30.

§ 2. Id quoque novissime receptum, quod oppositis exceptionibus dilatoriis simul eventualis contestatio litis sit annectenda, ita tamen, ut super litis contestatione pronunciandum non sit, nisi prius Exceptiones dilatoriæ fuerint discussæ, qua de re quod ad praxin Saxonicam videri poterit Carpzov. in Process. Tit. 9. A. 1. n. 56. & 79. quamvis idem postea dispositum in Rec. Imperii de Anno 1654 § Und hat der Beklagte 2c.

§. 3. Quod de dilator. Exceptionibus dictum idem quoque in peremtoriis verum est, quod sc. reus omnes exceptiones peremtorias uno termino simul & conjunctim proponere debeat, postea vero non auditur, nisi exceptio post terminum competere ceperit, vel antea ignorata fuerit, idque reus jurato obtinuerit. Ord. Cam. Part. 3. T. 27. Brunn. in Process. Civ. C. 16. n. 8. sicut & in specie Recessus Imperii novissimus. §. Es soll auch

hinfüro 2c. exigit, ut litis conteſtationi omnes Exceptiones peremtoriæ annectantur.

§. 4. Id quoque præcipue moribus Saxonicis (licet alibi ſimilia ſtatuta ſint recepta) adſcribendum, quod contra inſtrumentum liquidum, ſive ut vocant Guarantigiatum nullæ admittantur Exceptiones, præſertim ſi non in continenti, i. e. intra terminum probatorium liquide fieri poſſint, quod in Praxi dicunt: Auf klare Hand und Siegel klagt man executive ita ſcilicet, ut Exceptiones altioris indaginis executionem non remorentur, ſed ad reconventionem remittantur. De quo pluribus vid. Carpzov. p. 1. Conſt. 8. def. 1. ſeq.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 3. 7. tot. L. 8. 9. 16. 18. & 19.

Lib. XLIV. Tit. 2.

De Exceptione rei judicatæ.

Autores.

Ad h. t. vid Klock. Vol. 2. Conſ. 96. n. 6. ſeq. n. 32 40. n. 60. 68. 80. Quando hæc exceptio locum habeat vel non. vid. Cothmann. Vol. 4. Reſp. 5.

Uſus Tituli modernus.

Species hujus exceptionis hodie in foro frequentiſſima, ſicuti & Jura hoc Titulo propoſita

posita in viridi sunt observantia, ut hinc omni illi, cui Jure communi exceptio rei judicatæ competit, etiam hodie æqualiter competat.

Leges Notabiles h. t.

L. 4. 5. 7. pr. §. 1. & 3. L. 9. pr. §. 1. & 2. L. 11. §. 1. 2. & 4. L. 12. 14. §. 2. L. 19. 30. §. 1.

Lib. XLIV. Tit. 3.

De diversis temporalibus Præscriptionibus.

Autores.

Temporis materiam prolixe tractat Sceyrus in Tr. de Anno & die juridico. De tempore legali Bœckelmann. De Tempore Civili Grossmann.

Usus Tituli modernus.

Cum hodie præscriptionum Jura adhuc usu serventur, nullum est dubium, quin etiam exceptiones ex Præscriptionibus oriundæ hodie obtineant, hoc tantum observato, quod Praxis ad ductum Juris Canonici ubique bonam fidem requirat, de quo dictum supra ad tit. de usucap. §. 5.

Leges notabiles h. t.

L. 7. 13. pr.

Lib. XLIV. Tit. 4.

De doli mali & metus exceptione.

Autores.

Doli Replicatio an detur contra Exceptionem vid. prolixe Pacianus de Probationibus Lib. 1. cap. 59. per tot.

Usus Tituli modernus.

Exceptio doli mali ac metus pariter hodie frequentissima est, & quidem exceptio doli mali latissime patet, adeo ut quoties defensionis æquitate actio aliqua infringi potest: toties in foro doli mali exceptioni locus sit, de quo vid. Zanger. Tr. de Except. P. 3. C. 13 n. 6. ubi de usu hujus exceptionis prolixe egit. De Exceptione quod metus causa pariter certum, eandem hodie omnino locum habere? coincidit enim cum exceptione doli, nisi quod hæc sit mere personalis exceptio, quod metus causa vero sit in rem scripta, & hinc cuicunque Actori petenti rem metu promissam, etiamsi metum ipse non intulerit, opponi possit. vid. Zanger. d. l. n. 99.

Leges notabiles h t.

L. 2. §. 2. & 3. L. 4 §. 1. 13. 16. 18. 27. 29. 31. L. 5. pr. & §. fin. Quæ ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua.

Lib.

Lib. XLIV. Tit. 5.

Quarum rerum actio non datur.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Delatio juramenti ejusque subsecuta præstatio adhuc hodie hujus efficaciæ est, ut postea Actor amplius audiri non debeat, etiam de perjurio agere velit. Zanger de Exceptionibus p. 3. c. 16. licet hoc ipso Judici non ademtum arbitrium ex officio in perjurium inquirendi, pœnamque hoc nomine dictandam. Si ergo Exceptio Jurisjurandi & intentionis, cum mox à limine Judicii repellat Actorem, cui similes alias exceptiones ex Jure Canonico & quidem ex cap. 1. de Lit. Contest. in 6to recipit Praxis, scilicet rei judicatæ & transactionis quæ ante L. contest. in Judic. admittuntur.

§. 2. Quamvis Wissenbach. in Comment. ff. h. t. θ 28. existimet, male Dd. tres illas antea nominatas exceptiones tantum intentionis seu litis finitæ esse statuere, cum multo plures dentur. Hoc tamen interest inter illas tres & reliquas, quod illæ tres admittantur ante litis contest. etiamsi in continenti probari non possint: reliquæ vero exceptiones peremtoriæ tunc demum in ingressu litis locum inveniant, si in continenti pos-

 sint

ſint probari. vid. Brunn. in Proc. Civ. 16. n. 5. De cætero, quæ in hoc Tit. habentur de pacto onerandæ libertatis cauſa adjecto hodie vix locum inveniunt; cum propriis hominibus jam ante manumiſſionem libera contrahendi facultas competat.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 6. & L. 2. §. 1.

Lib. XLIV. Tit. 6.

De Litigioſis.

Jung. L. 8. Tit. 37. C. de litigioſis.

Autores.

De prohibita litigioſi Alienatione vid. Thomæ Diſput. Litigioſi vitium quando contrahitur vid. Andreol. Controv. 211. it. Anton ab Eccleſia p. 1. Obſ. 159. De fructibus rei litigioſæ Franc. Galli Tr. de Fructibus Diſput. 32. per tot. De litigioſis Metallicis, Ligneis & Coriaceis, de Litigioſis Textilibus vid. Bajeri Diſp. de Manufacturis. cap. 5. & ſeq. De prohibitione alienationis vid. prolixe Hermoſilla ad Lopezium, in Judic. utrum alienatio Rei litigioſæ pendente lite fieri poſſit, & an poſſeſſorium efficiat rem litigioſam reſpectu petitorii Beſold. Vol. 5. Conſ. 232. De cauſis litigioſis poſſeſſionis vid. Hoffmann. ſupplicat. Camerales. Tit. 5. per tot.

tot. Actio litigiosa an & quatenus cedi possit Andr. Scheffer quæst. pract. 17. per tot. Ad h. t. Porro videri possunt. Raynaldus Lib. 2. Observ. Crim. & Civ. cap. 19. §. 4. & 5. Domin. Portugal. de donationibus Regiis Lib. 3. c. 38. per tot. prolixe. Lancellot. de Attentat. p. 2. cap. 4. n. 520. Covarruv. Quæst. Pract. 55. n. 7. Trentacinq. Lib. 2. Variar. de Judic. Resol. 17. per tot. ubi notabilia. Cacheran. Dec. 144. Guzmann. de Evict. qu. 11. ubi laten. 43. seq Christin. Vol. 4. Dec. 175. n. 10. & 6. Dec. 96. Olea de Cessionibus Jur. & Action. Tit. 3. qu. 11. per tot. Hartm. Pistor. Vol. 1. quæst. pr. 40. per tot. Richter ad Auth. Litigiosa res. Cod. de Litigiosis. p. 338. seq. Stryk. Usu mod. h. t. Carp. ov. p. 1. const. 32. def. 22. & seq. Berlich. Dec. 84. Gail. 1. Obs. 118. ibique Græveus. Klock. Tom. 2. Consl. 55. Anton. Faber Lib. 8. Tit. 25. def. 1. & seq. Vultejus Vol. 3. Consl. 22. num. 41. seq. & n. 110. ubi plura & n. 118. & n. 133.

Usus Tituli modernus,

Agitur in hoc Titulo de prohibita rei litigiosæ alienatione, cujus Tituli usum hodie nullum super esse, sed rem litigiosam vendi, permutari, obligari vel alio modo transferri posse, ita tamen, ut postea sententiæ executio decernatur, contra possessorem sive emtorem

torem rei litigiosæ vult Wissenb. ad h. t. 0.26. & Dd. alii ab eo citati Verum cum Dd. illi omnes de moribus Belgii & Galliæ loquantur: non poterit ipsis certa habere fides, sed potius pro observantia hujus Tituli præsumendum.

Leges notabiles h. t.

L. 1. & L. fin.

Lib. XLIV. Tit. 7.

De Obligationibus & Actionibus.

Jung. L. 4. Tit. 10. C. de obligat. & actionibus.

De verborum obligationibus scripserunt Balthas. Cæpolla. Ludov. Charondas. Hubert. Giphan. David. Magirus. Mynsinger. Schneidew. Wesenbec. De obligationibus Hottomann. Nonius. Joh. Volck. Bechmann. De obligat. dividuis & individuis. Eguin. Baro. Joh. Borcholt. Bened. Pescionius. Petr. Ricciardus Nicol. Reusner. De obligatione naturali. Joh. Andr. Fromman. De obligat. Justitiæ. Rebellus. De litterarum obligationibus. Rebuffus. De obligationibus ex die vel ad diem contractis. Barthol. Reusnerus. De obligationibus faciendi personalibus Hugo Donellus. De obligatione successorum in officiis. Joh. Otto Tabor. De modis, quibus

bus obligationes tolluntur. Wolffg. Adam Lauterbach. De obligationum qualitatibus. Aug. Benedict. Carpz. De Actionibus scripserunt. Paul. Jacob. Adamantinus. Andr. Avignonus. Rhinhard. Bachovius Benin. casa Benincasius. Johannes Borcholt. Baptista de S. Blasio. Frider. Bœckelman. Joh. de Blanasco. Nicol. Cisnerus. Daniel Clasenius. Joh. Coras. Joh. Cruceus. Gerberus Diedrich. Hugo Donellus. Joh. Andreas Fromman. Joh. Thomas Freigius. Ludovic. Gomez. Comm. ad Tit. de Action. It. in Sylva Action. Civil. & Crimin. Valentin. Heider. Arnold. ab Hærsoldt. Henningius Hammelius. Joh. Harpprecht. Jason. Christian. Krembergk. Thomas Lindeman. Petr. Loriottus. Joh. Crispus de Montibus. Jason Gabriel Mudæus. Dynus Mugellanus. Ludov. Magnus. Druidas Antonius Olibarius. Joh. Oldendorp. Petr. Plateanus. Riemerus. Wendelinus Schilling. Leonhard. Schwendorff. Arisman. Tepatus. Joh. Tavardus Anton. Ufillus. Uldaricus Zasius. De actionibus in foro recte instituendis. Joh. Roland. De actionibus limitatis. Joh. Voch. Bechmann. De Action. divisionibus Adamantius Dionysius. Joh. Andr. Fromman. De action. directis & utilibus. Hieronymus Torniellus. De tacitis & ambiguis Conventionibus Francisc. Mantica Genev. 1615.

1615. de literarum obligatione vide late Maul. in Thesaur. Theoret. pract. Tit. de literarum Obligat. De debitore prolixe Fried. Muller in Forens. Resol. 62. seq. Actio in rem contra defunctum vel omnes heredes cœpta contra unum, qui possidet peragitur. Mev. p. 7. Dec. 404. De Actionibus Realibus Personalibus & mixtis Textor Prax. Judic. p. 1. cap. 15. & c. 16. per tot. De Actionibus hereditariis vid. Tr. Philippi Reyseri.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Titulus hic generalis obligationum & actionum divisiones continet, quorum usum adhuc hodie in foro maximum esse, nullus dubito. Et quidem illa obligatio naturalis nuda sive minus plena v. g. ad remunerandum, nec hodie obligationem producit. Plena vero qualis in pacto est, hodie majorem recipit efficaciam, adeo ut moribus validam producat Actionem, de quo dictum in Tit. de pactis. §. 3.

§. 2. Jure quidem Romano non admittunt, ut per alterum alteri obligatio acquiratur. Moribus tamen hoc ita receptum, ut etiam alteri stipulari, & etiam per alterum acquirere obligationem valeamus; ut hinc Jura de non quærenda obligatione hodie non attendantur. Mev. p. 4. Dec. 112. n 5. alter tamen me invitum nec hodie obligare poterit,

terit, ficut & illa, qua de obligatione fervorum h. t. proponuntur, hodie non aliter procedunt, quam fi ex re domini vel ejus nomine & mandato contraxerit; alias enim liberi homines funt & fibi plenam acquirunt obligationem.

§. 3. Diftinctiones quoque Actionum hodie in foro accurate obfervantur. Quamvis enim nomen exprimere in Praxi neceffum non fit; Actio tamen ipfa ita proponenda, ut ex ejus circumftantiis tam Judex, quam adverfa pars conjicere poffit, qualis intentata fit actio, Civilis an Prætoria; cum terminus Actionum Prætoriarum ftricte in foro attendatur vid. Not. ad Tit. de Orig. Jur. Art. 3. §. 1.

§. 4. Actiones in duplum & quadruplum quod attinet volunt iterum Doctores Belgici Wiffenb. & Grœnwegen, quod illæ pœnæ in foro hodie plane abrogatæ, & quod ejus loco fucceſſerint extraordinariæ quædam coercitiones vid. Wiffenb. Vol. 2. Difp. 29. §. 17. Verum iterum repudianda Doctorum illorum fententia, nec enim ratio adeft, quare hodie cum delinquentibus mitius agendum, quam Jure Romano præfcriptum, quia pœnæ duplæ & quadruplæ non nifi propter delicta in Jure dentur. Hinc pœnam dupli in falfis ponderibus adhuc ufu fervari, tefta-

teſtatur. Mev. ad J. Lubec. p. 4. T. 12. Art. 1. n. 17. Idem de pœna dupli in furto aſſerit, Brunn. ad Weſenb. Tit. de furto qu. 34.

§. 5. An omnes Actiones hodie ſint bonæ fidei & nullæ ſtricti Juris dubitari poterat. Sed differentiam hanc adhuc ſuper eſſe aut totum Jus ſubvertendum eſſe dicit. Anton. Faber de Erroribus Pragmaticorum. Dec. 9. Err. 1. Econtrario Gudelinus de Jure Noviſſimo L. 3. c. 13. v. ſed quid moribus eſt. putat has Actiones moribus ita confuſas eſſe, ut omnes vi & effectu videantur bonæ fidei. Hoc fateor, poſtquam Receſſus Imperii de Anno. 1600. §. So viel nun ꝛc. introductus, ut etiam in mutuo ſtricti Juris hodie verum eſſe putat Hahn ad Weſenb. Tit. de Uſur. n. 2. exigua amplius inter ſtricti Juris & b. f. contractus ſuper erit differentia.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. 3. 11. 17. 21. 26. 35. 36. 44. 46. 47. 48. 49. 54. 55. 59. & 60.

Lib. XLV. Tit. 1.

De Verborum Obligationibus.

Jung. L. 8. Tit. 38. C. de contrahenda & committ. ſtipulat.

De Verborum Obligationibus ſcripſerunt Jul. à Beym. Tr. de Oblig. dandi & faciendi,

endi. Caſpar Bitſchius de V. O. Porro Joh. Borchold. Priſſonius. Ludov. Charondar. Barthol. Cæpolla. Hugo Donellus Franciſc. Duarenus. Hubert. Giphan. Joh. Gæddeus. Joh. Harpprecht. David Magirus. Anton Maſſa , Carolus Molinæus , Hyeronymus Papo , Camillus Plantius. Petrus Riccardus, Joh Suevius, Hieroym. Torniellus, Matth. Vegius addantur hiſce , de ſtipulationibus, Frid. Alban. Maulius. De contrah. & committ. ſtipulat. Joh. Bapt. Schwartzenthaler. De dividuis & individuis obligation. Eguin. Baro. it. Petr. Grangianus. De Contractu Stipulationis Stryk de Caut. Contr. Sect. 2. cap. 5. per tot. Maulius in Theſauro Theor. Practico Tit. de Stipulat. Mantica in Tr. de Ambig. & Tacit. Convent. Lib. XIV. per tot.

Uſus Tituli modernus.

Materia ſtipulationum quatenus illa ſolenniter verbis contrahenda , hodie non attenditur. Mev. p. 2. Dec. 241. n. 10. Nihil enim in Praxi quoad effectum intereſt inter pactum & ſtipulationem , cum ex illo æque detur Actio, quam ex hac vid. Carpz. p. 2. C. 19. def. 17. Attamen quæ in hac materia non ad ſolennitatem ſpectant, ſed alias pactis & contractibus aliis applicari poſſunt, illa adhuc hodie ſcitu neceſſaria ſunt & in Praxi utilia.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. & 4. §. 1. L. 6. 12. 18. 22. 36. 38. pr. & §. 17. L. 41. §. 1. L. 43. 50. 55. 65. 80. 84. 88. 99. 101. 110. 115. §. 1. L. 116. 120. §. 4. L. 137. pr. §. 2. & fin.

Lib. XLV. Tit. 2.

De duobus reis constituendis.

Jung. L. 8. Tit. 40. C. de duobus. reis stipul. & promitt.

De Obligatione Correali scripsit Joh. Andreas Fromman, Disp. Ref. Joh. Christoph Heerwagen Tubing. De duobus vero reis constituendis ad h. t. integrum eamque accuratum conscripsit Tractatum Ronchegallus. add. Gomez Tom. 2. Resol. var. cap. 12. per tot. de Correali Obligatione vid. accurate Stryk de Caut. Contr. Sect. 2. cap. 5. §. 10. seq. it. Theod. Mohr Tr. de duobus reis. De uxore cum Marito suo Correa debenti facta vid. Nic. Evarh. Vol. 1. Conf. 13. Si Creditor unum vel alterum ex pluribus Fidejussoribus vel Correis debendi conveniat, vel partem debiti recipiat an & quatenus obligationem divisisse censeatur ut reliquos in solidum convenire non possit. Berl. Dec. 336.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Correalis hujus obligationis usus etiam hodie superest maximus, licet illa solennitas stipulationis, qua olim contrahebatur, non sit necessaria, sed sufficit quodcunque pactum, quo plures se ad eandem rem præstandam in solidum adstringunt. Et solet communiter exprimi per hæc verba: Sämbtl. und sonderlich / oder daß einer vor alle / und alle vor einem mit ungeschiedener und ungetheilter Hand zu Abtragung dieser Post verhafftet seyn wolle / de quo formula vid. Carpz. p. 2. C. 17. def. 9. aliam formulam reperies in Stryk Tr. de Caut. Contr. Sect. 2. cap. 5. §. 11. 12.

De Cætero quidem, an omnibus Correis beneficium divisionis per Nov. 99. sit concessum vid. Lauterb. Disp. de Benef. Div. Verum Praxis affirmativam sententiam recepit, Carpz. d. C. 17. def. 13. Richter ad Auth. Hoc ita n. 55. C. de duobus Reis.

§. 2. Porro quoque gravis Disputatio, an Correo solidum solvendi pateat regressus contra reliquos correos ad repetendam partem. Quod in Juris puncto verius negandum puto, cum Correus suum solverit, sed quia tamen simul alterum ab obligatione liberat, in Praxi utilis negot. gestor. Actio indistincte concedi solet, Carpz. d. l. def. 14. Quod

idem in fidejussore pro confidejussore solventa verum esse puto, licet id neget. Carpz. d. l. def. 15.

Leges notabiles h. t.

L. 3. 6. pr. & §. fin. L. 10. 11. pr. L. 16. & 18.

Lib. XLV. Tit. 3.

De Stipulatione Servorum.

Titulus hic inutilis ob Jura servitutis hodie abrogata, servi enim nostri cum liberi homines sibi ipsi stipulando acquirunt, nisi vel ex re Domini vel ejus nomine fuerint stipulati, de quo in Tit. de O. & A. §. 2.

Lib. XLVI. Tit. 1.

De fidejussoribus & Mandatoribus.

Jung. L. 8. Tit. 41. C. h. t. L. 3. Tit. 22. x. de fidejuss.

De fidejussoribus scripserunt Franciscus Albergatus, Joh. Michael Beuther. Casp. Bitschius, An & quatenus fidejuss. per prorogationem termini, quam ipso non consentiente creditor debitori indulsit liberetur. Valentinus Francus, Frantzius Henr. Hahnius, Antonius Heeringius, Wolffg. Adam Lauterbach. de fidejuss. indemnitatis. Pyrrhus Maurus de fidejussor. Caspar. Manz. Hip-

Hippolitus de Marſiliis. Joh. Bernhard. Muſcatellus. Laurent. Neideker. Henningius Oldenburgicus. Chriſtoph Philipp. Richter. Henr. Balthaſ. Roth. de fidejuſſore delinquentium. Idem de fidejuſſoribus conveniri volentis principalem debitorem antequam ipſe ſolvit. Chriſtian Waneck. de fidejuſſoribus. add. Gomez. Tom. 2. Var. Reſol. cap. 13. per tot. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 5. per tot. p. 95. ſeq. Porro add. Stryk. de Caut. Contr. ſect. 2. c. 6. per tot. ubi multa Notabilia. it. Coler. de Proceſſ. Execut. p. 1. cap. 10. n. 291. ſeq. & p. 2. c. 1. n. 6. ſeq. Cancerius Part. 2. Reſol. 5. per tot. Petr. Gregor. Tholos. in Syntagm. Jur. lib. 22. cap. 3. lib. 24. cap. 4. ſeq. imo plenarie materiam de Fidejuſſoribus tractat Mantica in Tr. de Tacitis & ambiguis conventionibus. Lib. 16. Tit. 1. ſeq. De fidejuſſ. officialium vid. Otero de Officialibus Reipubl. p. 1. cap. 18. add. Andreolus Controverſ. 45. & 64. & 213. Fidejuſſor ad certum tempus datus, an tempore elapſo liberetur. vid. Cothman. Vol. 5. Reſponſ. 49. per tot. Obligatio fidejuſſoria an? & quatenus ad heredes tranſeat. Beſold part. 2. Conſ. 35. Fidejuſſori qu. ſalvus competit Regreſſus ad Confidejuſſorem Stryk differt de Salvo Regreſſu cap. 3. n. 19. ſeq. Fidejuſſor indemnitatis quatenus beneficium diviſionis

nis habeat? Berlich. Decis. 339. De Exceptione cedendarum Actionum Matth. de Afflictis Decis. 243. Schultes Obs. 10 Heigius p. 1. qu. 38. Mod. Pistor. p. 1. qu. 2. Exceptio cedendarum actionum quatenus purget moram solutionis vid. Mind. Consult. Sax. Lib. 1. qu. 98.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Usus Tituli præsentis in foro vulgo notus est, ubi secundum Jura hic proposita pronunciatur: pauce tamen sunt, quæ hodie ex parte aliter se habent, quorsum præcipue spectat, quod non amplius stipulatione ad fidejussionem opus sit, sed sufficiat nudum pactum & consensus declaratio quocunque modo facta. Hinc & inter absentes per Epistolam, per Nuntium fidejussio hodie recte contrahitur vid. Struv. Exerc. 47. t. 37.

§. 2. Ex hoc vero simul apparet, quid sentiendum de eo, an hodie fidejussor in majorem summam acceptus obligetur; Et quidem obligari eum quoad summam concurrentem nullum est dubium, cum & idem in Puncto juris verum sit ob. L. 1. §. 4. ff. de V. O. quoad summam vero excedentem, inspiciendum puto fidejubentibus animum, an donare voluerit, de quo si constiterit, ob validitatem pacti valida quoque erit obliga-

tio

tio quoad summam excedentem, uti recte putat Grœnvv. de LL. abrog. ad L. 8. ff. h. t.

§. 3. Pro dote restituenda à Marito Fidejussorem intervenire non posse statutum est in Tit. C. ne fidej. dot. dentur. Praxin quod attinet, putat Carpz. p. 2. C. 42. def. 17. fidejussionem à Marito sponte oblatum subsistere: imo parentibus quoque aliis dotem promittentibus fidejussores à Marito exigere permissum esse testatur. Mev. Part. 2. Dec. 367. ibi n. 6. subjicit. In Pomerania Jus Commune, ne Fidejussores dotium dentur, non amplius esse in usu, sed consanguineos aliosque fidejussores in pactis dotalibus admitti & condemnari.

§. 4. Moribus quoque Germaniæ inducta fuit olim obligatio Fidejussorum ad obstagia zum Einlage / Eintritt oder Leistung Text. Jur. Publ. Tit. 11. n. 425. quo Jure Creditor in Casum dilatæ solutionis in certo diversorio cum certis Ministris citabat, ubi sumtibus Debitoris conjunctim epulabantur compotabantque, donec debitum cum usuris esset solutum, quod cum luxui, prodigalitati aliisque pluribus incommodis ansam daret, per publicas Imperii Leges tandem prohibitum per Reform. Polit. de Anno. 1577. Tit. 17. Remansit tamen usus obstagiorum adhuc in Holsatia vid. Besold. in

Thes. Pract. sub voce: Leistung. & ibi Diter. in Annot.

§. 5. In Criminali Causa quidem olim non facile admittebatur Fidejussor, quod hodie quoque ratione rei ita obtinet, si pœna corporalis ipsi immineat: sic enim in carcere detinendus: quodsi tamem in fuga sit & haberi non possit, ipsa necessitas tandem exigit, ut oblatio salvo conductu sub fidejussoria cautione ipsi redeundi & recedendi facultas concedatur, donec sententia lata (biß etwas peinliches wider ihn erkannt) pro accusatore vero propterea olim non admittebatur, quia inscribere se debebat ad paritatem supplicii, quæ inscriptio cum hodie cesset & accusator extraordinarie tantum puniatur præstita tamen cautione per Constit. Crim. Art. 12. sine dubio hodie pro illo Fidejussor admittitur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 2. 5. 8. §. 7. 8. L. 10. 14. 27. 25. 28. 36. 45. 48. 58. 68. & 71.

Lib. XLVI. Tit. 2.

De Novationibus & Delegationibus.

Jung. L. 8. Tit. 41. C h. t.

De hoc Tit. videri possunt Carpz. 5 Resp. 105. per tot. Mantica de Tacit. & Ambig. Con-

Convention. Lib. 17. per tot. quæ ad Praxin ſpectant habet prolixe Stryk. de Caut. Contr. ſect. 4. cap. 3. Novatio quomodo & quando fiat. Cothmann. Vol. 3. Reſp. 6. per tot. Novatio quando non inducitur vid. Anſald. de Commerciis Diſcurſ. Legal. 17. per tot. add. Judex. Delegato ſolvendo non exiſtente an delegatario ſalvus ſit Regreſſus contra delegantem Stryk. Diſſert. de Salvo Regreſſu cap. 4. n. 54. ſeq.

Vſus Tituli modernus.

Materia Novationis in Praxi eſt neceſſaria & utilis, nec Jura communia in hoc puncto deliquium paſſa, præcipue autem obtinet adhuc L. fin. C. de Novat. ita ut nec hodie novatio facta præſumatur, niſi expreſſe hoc à contrahentibus actum, quod à priori obligatione recedere velint, ut hinc conjecturæ ſolæ ad inducendam novationem non admittantur. Carpz. p. 2. C. 19. def. 14. Licet, ſi conjecturæ evidentes adſint, contrarium placeat Gailio L. 2. Obſ. 30. n. 4. Hoc tamen certum, ſi animus novandi expreſſus ſit, qualiacunque verba ad inducendam novationem ſufficere, licet ſtipulatio non proceſſerit, cum moribus nudum pactum ſufficit. Struv. Ex. 47. §. 57. ſicut & ipſa delegatio hodie non amplius per ſtipulationem ſed pactum fieri ſuevit.

Leges Notabiles b. t.
L. 1. pr. §. 1. L. 4. 11. 13. 17. 18. 31. §. 1.

Lib. XLVI. Tit. 3.

De Solutionibus & Liberationibus.

Jung. L. 8. Tit. 43. C. de solut. & liber. & L. 3. Tit. 23. x. de solut.

De solutionibus scripserunt Barnabas Brissionius. Joh. Gottf. Freyer Ebardus Florian. Hincius. Wolffg. Adam Lauterb. Vol. 1. D. 43. Petrus Müllerus Differt. Christoph. Philipp. Richter. Velit. Acad 8 Joh. Strauch. de Solutione in specie. Leonh. Schwvendendorff. Disp. Lipf. 1675. Erasmus Ungebauer Jen. 1653. Georg Werner Disp. Helmst. 1657. De variis nummariorum debitorum solutionibus Anton Faber Norimb. 1622. it. Valent. Riemer. Disp. Jen. 1622. De pecunia statis temporibus solvenda. auf Täge Zeiten Petr. Müller. De solut. particulari Petrus Schüz Disp. Francof. ad Viadr. 1682. De solutione minoris summæ in deductionem majoris auf Abschlag. Petrus Müllerus Disp. Jen. An in Solutionibus tempus contracti debiti, an solutionis respiciendum? Rudolph. Werner Discurs. Acad. Erffert. 1625. 4. De beneficio dandi in solutum Sam. Stryk. Disp. Francof. ad od. De oblatione, obsignatione &

depo-

depoſitione pecuniæ Ceorg Schulz. De depoſito Juris Joh. Heinr. Pott Diſp. Jen. Id. de Interpellatione tacita, ſeu de Procardico, dies interpellat pro homine Diſp. Jen. De Jure offerendi Joh. Andr. Cruſius. De Compenſat. Joh. Borcholt. Sebaſt. Medic. & Scipio Gentilis. De Interitu Albertus Brunus. De Confuſione Obligationis Joh. Eichelius. Hæres quando teneatur ſolvere defuncti debita vid. Ant. Concioli Tr. de hac materia in operibus. Art. 1. & ſeq. Donatarius omnium Bonorum an teneatur ſolvere debita donatoris vid. Conciol. c. l. Art. 4. Uxor an debita à marito ante matrimonium contracta ſolvere teneatur vid. Thabor Dec. 3. De ſolutione in debite facta Klock Vol. 4. Conſ. 21. De Solutione & Condictione indebiti Harpprecht Reſp. 77. per tot. De ſolutione præſumta & conjecturata Harppr. in Reſp. 49. n. 36. ſeq. Creditori an à Reo deferri poſſit Juramentum ſuper Exceptione ſolutionis H. Piſtor. lib. 4. qu. 13. De probatione ſolutionis vid. Weſenb. p. 5. Conſ. 234. add. Thabor Dec. 191. Balthaſar Reſol. pract. Bavar. Tit. 13. Reſol. 1. per tot. ubi notabilia. De Exceptione non numeratæ pecuniæ vid. Pruckmann. Vol. 1. Conſ. 9. per tot. De depoſitione pecuniæ Mundius Vol. 1. Conſ. 27. n. 151. ſeq. De oblatione verbali & reali vid. prolixe

prolixe Guzmann in Tract. de Evictione qu. 18. per tot. it. Trentacinqu. Resol. Lib. 3. Tit. de Oblat. fol. 925. seq. Scaccia de Cambiis. An ultra oblationem non requiratur Consignatio adsistendum cursum Usurarum vid. Garde Mean ad Jus Lebdic. p. 3. Obs. 363. Oblatio ut recte & rite facta dicatur, quæ requisita sunt necessaria vid. Mercur. Merlin. de pignor. & hypothec. Lib 4. Tit. 2. qu. 83. ubi prolixe Mev. p. 2. Dec. 200.

Usus Tituli modernus.

Titulus hic nihil à foro alienum continet, sed omnia in viridi sunt observantia, hoc tamen beneficii loco debitoribus concessum per R. J. de A. 1654. §. Nachdem auch etc. ut cum alias particularem solutionem invitus Creditor acceptare non teneatur: debitores tamen injuria bellorum depauperati particulariter se ab onere æris alieni liberare possint, ne mox in solidum excussi omnibus bonis cum perpetua fortunarum suarum jactura exuantur, de quo vid. Mev. in Tr. cui Tit. Discussio levaminis inopiæ debitorum. Carpzov. Assylum debitorum. C. Manz. Patrocinium debitorum depauperatorum.

Leges notabiles h. t.

L. 1. 2. 3. 4. 15. 20. 30. 38. 39. 42. 51. 52. 53. 57. 64. 72. pr. & §. 4. L. 76. 79. 86. 95. §. 2. 3. 11. L. 97. 98. pr. §. 3. 8. L. 99. 101. 105. fin.

Lib.

Lib. XLVI. Tit. 4.

De Acceptilatione.

De acceptilatione & Quietantiis vid. quæ Tractat. Stryk. de Caut. Contr. Sect. 4. c. 3.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus eatenus, uti hic proponitur, in foro non obtinet: sola enim stipulatio per acceptilationem tollebatur; in reliquis vero contractibus opus erat Acquiliana stipulatione, qua prius in stipulationem mutabatur, & postea acceptilatione tollebatur contractus. Hodie vero omnis Contractus qualiscunque sit, mox per acceptilationem tollitur: Acceptilatio vero non amplius per stipulationem, sed nudum pactum expeditur. Carpz. p. 2. C. 19. D. 17. ut hinc quodvis pactum liberatorium vim acceptilationis habeat.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 3. 8. pr. L. 9. 12. 13.

Lib. XLVI. Tit. 5.

De prætoriis Sipulationibus.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Nec stipulationes hodie in usu sunt, nec negotia prætoria à Judicialibus amplius distin-

diſtinguuntur, cum idem hodie Prætor ſit ex Judex; ipſæ tamen cautiones, quas Prætor olim ex juſta cauſa exigebat, hodie ſublatæ non ſunt, ſed poterit unusquisque Judicium pro re nata, vel ob intereſſe partis petentis, vel ob Intereſſe publicum cautiones ſimiles, quales in ſeq. Tit. propoſitæ exigere.

§. 2. Hoc certum, licet Prætoriæ ſtipulationes pignora non admittant, ſed tantum Fidejuſſores per L. 7. ff. h. t. quod tamen moribus pignora admittantur, cum hodie præcipue plus cautionis in re, quam in perſona eſſe credatur, & hinc Actoris arbitrio relinquuntur, an Fidejuſſoribus, an pignoribus cavere velit. Carpzov. p. 1. C. 5. def 7. n. 2. Quodſi tamen altera pars probare poſſit, ſibi per pignora non ſatis cautum eſſe, adhuc hodie urgere poteſt cautionem Fidejuſſoriam, Mev. p. 3, Dec. 238.

Leges notabiles h. t.

L. 7. & L. fin.

Lib. XLVI. Tit. 6.

Rem pupilli ſalvam fore.

Vſus Tituli modernus.

De utilitate hujus Tituli & cautionis in foro dubitandum non eſt, cum illud publicum

cum intereſſe pro conſervandis rebus pupillaribus adhuc hodie obtineat; imo cum hodie omnis Tutor, ſive Teſtamento datus ſit, ſive non, cavere debeat, uti diximus ſupra ad Tit. de Teſtament. Tutela, eo major hujus cautionis uſus erit, cum Jure Romano Teſtamentarii ab hoc onere exemti.

Leges notabiles h. t.

L. 1. & L. fin.

Lib. XLVI. Tit. 7.

Judicatum ſolvi.

Judicatum Solvi Cautio Reo injungenda, ſi ex pacto debet. Mev. p. 3. Dec. 75.

Uſus Tituli modernus.

Hodie regulariter amplius reus ad cautionem judicatum ſolvi non ſtringitur, præſertim in cauſis civilibus. Carpz. p. 1. C. 5. D. 30. quod ſi tamen probabilis metus ſubſit, ne Judicium reddatur eluſorium e. g. ſi metus fugæ, deteriorationis vel diſſipationis adſit, omnino ad cautionem adſtringi poteſt Reus. Mev. p. 1. D. 77. ſicut & cautio judicatum ſolvi tunc exigitur, quoties quis alieno nomine tanquam defenſor litem in ſe ſuſcipit.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. 3. pen.

Lib. XLVI. Tit. 8.

Rem ratam haberi & de ratihabitione.

De cautione rati vid. Disp. Lauterb. it. Lincker. de formis procuratoriis cap. 5. §. 6. seq. De Ratihabitione Disp. Bardili. De Jure Ratificationis s. Ratihabitionis Tract. Heroldi. De Ratificatione Ansald. de Ansaldis de Commerciis Dec. 30. & 63.

Vsus Tituli modernus.

Cautio de rato adhuc hodie quoque necessaria si quis alienum negotium in Judicio expedierit, & sufficienti mandato non sit instructus: in rebus enim specialiter mandatis non opus est cautione de rato.

Leges notabiles. h. t.

L. Amplius. 15. h. t.

Lib. XLVII. Tit. 1.

De Privatis Delictis.

Adh. t. possunt Notitiam delictorum & pœnarum dare. Angelus de Maleficis Claudius de Battandier Causæ Criminales. Gothofredus à Bavo Tractatus Reatuum. Bertazolii Consilia Criminalia. Jacobi, De Bella visu Practic. Criminal. Ægidii Bossii Pract. Criminal. M. Ant. Blanci seu Blanchi Pra-

ctica

ctica Criminalis. Petri Gaballi Resolut. Criminales. Ludovic. Carretii Pract. Crim. Benedict. Carpz. Praxis Criminalis. Francisc. Casoni Tr. de Maleficiis. Julii Clari Pr. Crim. Jodoc. Damhouder. Praxis Crim. Alberici Deciani it. Tiberii Deciani Pr. Crim. Bernhardi Diazii Pract. Crim. Canon. Prosp. Farinac. Opera Criminal. Petri Folleri Pract. Crim. Joh. Gœddei Tract. de privat. & publ. delict. Ludov. Gilhans. arbor judic. Crim. Anton Gomez de delictis. Hieronymi Gigas Tract. Crim. Joh. Harpprecht. Tr. Crim. Joh. Vincent. Hondidei Cons. ac decis. Crimin. Ignat. Lopezii Prax. Crim. Canon. Anton. Matth. de Criminibus. Hippoliti de Marsiliis Pr. Crim. Caspar Manzius ad Const. Crim. Car. Vti. Roberti Marantæ Pr. Crim. Thomæ Metzgeri Consil. Criminal. Millæi Pract. Crim. Jacob. Otto ad C. C. C. uti. Justi Oldekops Observ. Crim. Petri à Place Epitome Delictorum. Marci Anton Plauci Pr. Crim. Theodori Petrei Conclusiones Criminal. Georg Remus ad Nemesin Carolinam. Joh. Emerici Rosbach Prax. Crim. Georg. Adam Struv. Disp. Crim. Matth. Stephani ad Nemesin Carolinam seu ad. C. Cr. Car. Vti. Segnitz de Universitate contrahente & delinquente. Thomæ Trivisiani Causæ Criminales. Taboris Racemationes definitionum

criminalium. Petri Theodorici Collegium Criminale. Nicol. Vigel. ad C.C.C. Vti Bernhard. Ziericius ad eand. denique Joh. Baptistæ Ziletti Consilia Criminalia. De delictis Iuventutis & Puerorum Coler Decis. 162.

Vsus Tituli modernus.

Privata delicta à Publicis in eo præcipue differunt, quod in illis tantum læsus ad pœnam Civilem. i. e. Actori applicandam agat, in his vero quisque ex populo ad pœnam publicam agere potest, & tunc solenni ac publica lege vindicabantur. Nec hodie existimandum erit, privata cum publicis delictis confusa esse. Quamvis enim negari nequeat post sanctionem Carolinam etiam furtum publicis Criminibus certo modo adscribi posse: cum publica illa sæpe pœna eidem fuerit dictata, ob quam causam cuivis etiam ex populo furem accusare licitum esse, dici potest: Quoad interesse tamen læsi est & manet hoc delictum privatum, adeo ut hinc ad pœnam civilem agendi adhuc hodie potestas supersit, quod idem quoque de actione vi bonorum raptorum dicendum erit.

Leges Notabilis. h. t.

L. 1. pr. §. 1. L. 2. pr. §. fin.

Lib. XLVII. Tit. 2.

De furtis.

Jung. L. 6. Tit. 2. C. de furt. & serv. corr. L. 5. T. 18. de furt. L. 5. T. 18. x. h. t.

De furto scripserunt Valentinus Arithmæus. de furto & Contrectatione Tract. edidit Joh. Bonifacius. De furtorum pœnis Criminalibus Heinr. Bocer. De re furtiva penes tertium reperta Vincent. Caroccius. De furis tam diurni quam nocturi internecione Heinr. Linck. De Furibus à pœna laquei immunibus Georg Adam Struv. De furtis vid. Gomez Var. Resol. Tom. 3. cap. 5. per tot. De Effractione vel apertura Cistæ subsidio Clavis adulterinæ vid. Classen. Comment. ad Ord. Crim. Carol. V. cap. 157. p. 685. Carpz. Prax. Crim. qu. 79. n. 34. & 43. De furto Casuali Vultej. Vol. 4. Consil. Marp. 57. De furto qualificato & Reiterato Harpprecht Vol. 1. Cons. Tubing. 9. Von Diebs-Schlüsseln Clavibus Adulterinis Maurit. Vol. 1. Cons. Tubing 4. & 5. Fur qui rem furtivam ex uno Territorio in aliud asportavit, & ibi cum ea fuerit inventus, an in eo molestari possit, vid. Guazzini Opera Crim. Lib. 1. Defens. 1. cap. 15. De furto nocturno & inde secuto homicidio Nic. Everh. Vol. 1. Cons. 22.

Von untreuen Bergleuthen / Müllern und Diebischen Schäffern vid. Döpieri ungetreuen Beambten cap. 21. n. 73. seq. De pœna furti in rebus concreditis, anvertraueten Gütern Fried. Mind. Consult. Sax. Lib. 4. qu. 73. per tot. Administratores principum, si de bonis sibi commissis fraudulenter aliquid subtrahant, an furtum committant? Hahn ad Wesenb. n. h. t. n. 11. add J. Döplers ungetreuer Rechnungs-Beambt. cap. 21. per tot. De furibus piscium, eorumque pœna vid. Coler. Decis. 148. per tot. De Equi furtivi vindicatione vid. Mev. ad J. Lubec. Lib. 4. Tit. 1. Art. 3. De furibus Apum & mellis Carpzov. Pr. Crim. quæst. Berlich. p. 5. Conc. 50. n. 4. seq. Clasenius in Comment. ad Ord. in Crim. Carol. Art. 159. fol. 724. De furibus ferarum von Wildpräts-Dieben Carpz. Prax. Crim. qu. 84. n. 26. usque ad n. 77. Furti pœna quando cessat. Hahn ad Wesenb. n. h. t. n. 15. Actione furti civili Schacheri Coll. Pract. ad ff. h. t. Equus per Milites vi raptus & alteri venditus quatenus sit restituendus absque pretii refusione. Burgers. Cent. 3. Obs. 15. Scientia & dolus in Emtore rei furtivæ quando præsumitur vid. Ansaldus de Ansaldis de Commerc. & Mercat. Disc. 27. n. 7. seq. Consilium, auxilium opemve præstantes &c. quibus pœnis afficiendi, vid. Klock. Vol. 3. Cons.

192.

192. §. 2. An ad interceſſionem puellæ vel etiam viri, condemnatum, condemnatamve in Matrimonium petentis, venia ſit tribuenda. Pingizer. quæſt. 8. n. 4. Carpz. Pr. Crim. qu. 150. n. 58.

Vſus Tituli modernus.

§. 1. Quale hodie delictum ſit furtum; dixi ad Titulum præcedentem: ex quo apparet, etiam hodie adhuc ad pœnam civilem licita agi poſſe, quod Grœnweg. aliisque Dd. Belgicis, & qui eos ſequuntur, negant, has pœnas penitus abrogatas exiſtimantes, vid. ſupra Not. ad Tit. de O. & A. §. 4. ſed mirandum, quod Dd. etiam in delicto furti id aſſerant, cum in Conſt. Crim. Art. 157. expreſſe dicatur, quod in primo furto clandeſtino duplum & *Art.* 158. in primo furto manifeſto quadruplum reſtituendum ſit, hoc tamen hodierni Juris eſſe puto, quod illud duplum non ſit mera pœna, ſed ſimplum contineat ob verba *d. A. 157.* dem Diebſtall wieder geben / oder nach einfach den Wirth bezahlen. Ex quo ſimul apparet, quod diſtinctio furti in manifeſtum & nec manifeſtum adhuc hodie obſervetur.

§. 2. Pœnam publicam quod attinet, illam hodie ſuſpendii eſſe, in vulgus notum, ubi tantum, hi caſus diſtingui ſolent: an furtum violentum, an non violentum, illud,

 quod

quod ſcilicet conſcenſione vel effractione violenta commiſſum, mox pœna ſuſpendii vindicatur, nec attenta quantitate furti per *Conſt. Crim. Art.* 159. hoc vero prima vice commiſſum punitur arbitrarie, ſecunda vice commiſſum punitur fuſtigatione, tertia vice repetitum punitur ſuſpendio, non attenta quantitate rei oblatæ per *Conſt. Crim. Art.* 162. licet in locis plerisque moribus receptum, ut hoc caſu non aliter, quam ſi decem thaleros exceſſerit furtum, ſuſpendio locus ſit vid. *Carpz. p.* 4. *C.* 32. *def.* 5. An vero furtum excedat quinque ſolidos ſive thaleros, hoc non ex quantitate rei ablatæ, ſed ex quantitate illa, quam fur reſtituere nequit æſtimandum *per verba Conſt.* Crim. Wie ſchädlich der Diebſtahl den Beſchädigten geweſen.

§. 3. De furto ab Adminiſtratoribus commiſſo communiter ex Jure Romano, & quidem ex *L.* 55. *ff. de adminiſt. Tutor.* ſtatuitur, quod pœna ſuſpendii puniri non debeant, cum adminiſtrator non tam invito Domino contrectet, quam perfide agat. *d. l.* 55. In Saxonia tamen Electorali ſpeciatim receptum, quod adminiſtrator ſi contra præſtitum Juramentum ſummam 100. fl dolose ac fraudulenter in uſus proprios converterit, laqueo ſuſpendi poſſit. vid. *Carpz. in Pr. Crim. P.* 2. *Q.* 85. *n.* 33.

§. 4.

§. 4. Circa illos qui opem & Consilium ad perficiendum furtum suppeditarunt, Jure Romano disputari solet, an utrumque concurrere debeat, an vero alterutrum adfuisse sufficiat? Hodie vero quando de pœna Capitali quæstio movetur, præcipue respiciendum, an factum secutum, & an de lucro participaverit, & quidem ultra 5. solidos. Et quamvis *Carpz. in Pr. Crim. Q.* 87. distinguat inter illum, qui consilio & qui auxilio opem fert, ita ut ille in casu percepti lucri tantum fustigationem, hic vero si in ipso facto auxilium præstiterit. e. g. si in ipso furto excubias stet, pœna suspendii affici debeat. Non dubitorem tamen etiam priorem illum pœnam mortis meruisse, præsuppofita tamen ita ratione. Mandans enim & Mandatarius tenentur ad parem pœnam, præsertim si idem effectus delicti (ut hoc loco lucri participatio) in utrumque redundet. vid. *Boceri Tract. de Furtis cap.* 3. *n.* 19.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. 3. 7. §. 1. L. 10. 12 §. 1 L. 23. 40. 43. *§*. 4. & 11. L. 45. 48. §. 1. & 4. L. 50. pr. §. 1. & fin. L. 54. §. 1. L. 56. §. 4. L. 63. 65. 76. 92.

Lib. XLVII. Tit. 3.

De Tigno juncto.

De tigno juncto scrips. Disput. Zieglerus.

Usus Tituli modernus.

Præsentem Titulum hodie est exolevisse, & domino materiæ, cujus tignum alienis ædibus junctum, actionem in factum tantum dari ad consequendum pretium, & id quod interest, docent inter Dd. Belgicos *Grœnweg. de LL abrogat. ad §. 30. Instit. de R. D. & Wissenb. ad ff. h. t. th. 10.* idem statuit quoque *Struvius Exerc. ad ff. 48. th. 31. in fin.* Verum enim vero nituntur hi Dd. illo universali principio, hodie omnes actiones & pœnas dupli esse abrogatas, de quo supra *ad Tit. de O. & A.* §. 4. dictum. Regulariter ergo adhuc hodie secundum Jura hujus Tituli erit pronunciandum.

Lib. XLVII. Tit. 4.

Si is qui testamento liber esse jussus erit, post mortem domini ante aditum hereditatem surripuisse aut corrupisse quid dicetur.

Usus Tituli modernus.

Hic Titulus inutilis est ob cessans hodie Jus servitutis & manumissionis.

Lex Notabilis est.

L. 1. §. 12.

Lib.

Lib. XLVII. Tit. 5.

Furti adverſus nautas caupones ſtabularios.

Vſus Tituli modernus.

Non dubitandum eſt, quin etiam hodie caupo &c. de furto à familia ſua facto teneatur. Nam & hodie ipſi imputandum eſt, quod opera malorum hominum utatur; ſi ergo ab his res furto ſubtracta, eadem actio quæ hic propoſita, obtinebit. Sæpius enim illorum rejecimus ſententiam, qui pœnas dupli abrogatas hodie eſſe, æſtimant, quaſi vero hodie magis favendum eſſet delinquentibus ac olim.

Lib. XLVII. Tit. 6.

Si familia furtum feciſſe dicetur.

Vſus Tituli modernus.

Præſens Titulus hodie inutilis eſt, cum de furto ſervorum proprie ſic dictorum agat: noſtri vero ſervi ſi furtum commiſerint, ipſi ex ſuo facto tenentur, non dominus, niſi forte domini mandato furtum ſit commiſſum. Vid. ***notat. ſuper. ad Tit. de noxal. actionib.***

Lib. XLVII. Tit. 7.

Arborum furtim cæsarum.

Usus Tituli modernus.

In illis locis ubi Jus Civile alioquin viget, de usu hujus Tituli dubitandum non est; Rigida vero illa sanctio contra illos qui vites ceciderint, quod tanquam latrones puniendi sint juxta *L. 2. ff. h. t.* hodie non obtinet, quamvis pœna arbitraria hoc casu exasperari possit. Jure Saxonico qui arbores incidit, vel alia ratione lædit, 30. solidos sive 40. grossos pro quavis arbore pœnæ loco solvere debet, *Berlich. P. 4. Concl. 52. n. 7. seq.* & insuper ad æstimationem illius arboris refundendam tenetur per *Constit. Elector. P. 4. Const. 37. Carpz. Pr. Crim. Quæst. 83. n. 19.* De cætero nullum est dubium, quin illi qui lucri faciendi causa arbores furantur, etiam hodie pœna furti puniri possint. *Carpzov. d. L. num. 22.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2 L. 6. pr. & §. fin. L. 9.

Lib. XLIVI. Tit. 8.

Vi bonorum raptorum & de turba.

Jung. L. 9. T. 33. C. vi bonorum raptorum.

De deprædatione & latrocinio sc. Bocerus.

Usus

Vsus Tituli modernus.

Sicuti actionem furti manifesti adhuc hodie obtinere dictum *ad Tit. de furt.* §. 1. ita nullum est dubium, quin etiam de vi bonorum raptorum in quadruplum agi possit. Frequentius tamen ad pœnam publicam agitur, & solet tunc hoc delictum dici Crimen Robbariæ, quod à latrocinio in eo differt, quod hoc sit spolium cum homicidio, illud vero absque homicidio commissum: hujus pœna est rota, qua vivi contunduntur; illius est gladius, ita tamen ut postea corpus rotæ imponatur per *Constit. Crim. Art.* 130. *Carpz. Jurispr. for. P.* 4. *constit.* 35. *def.* 3. Quod supplicium obtinet, etiamsi res minima fuerit ablata. *Carpz. d. l. def.* 4.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. §. 22. §. 23. L. 5.

Lib. XLVII. Tit. 9.

De Incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

Vsus Tituli modernus.

Gravior hic pœna statuta fuit in illos, qui quid tempore incendii, ruinæ, naufragii &c. abstulerunt, ut scilicet mox ad quadruplum teneantur. Quæ ratio pœnæ cum adhuc

huc hodie obtineat, ipsa pœna quoque locum inveniet. De cætero quamvis per *Auth. Navigia. C. de furt.* & per *Const. Crim. Art.* 218. graviter prohibitum ne quis naufragorum bona occupet, adsunt tamen in quibusdam locis maritimis consvetudines speciales, quibus si intra triduum dominus non repetierit, res in littore inventus, pars earum inventori, & pars fisco assignatur.

Lib. XLVII. Tit. 10.

De injuriis & famosis libellis.

Jung. L. 9. Tit. 35. C. de injuriis.

De injuriis scrips. Petrus Binsfeld, Besoldus de injuriis & damno. Everhard. Bronchort, Richterus, Johannes Thomæ, de nativitate & generibus actionum injuriarum. De injuriis & famosis libellis Marc. Mantua, Aurelius de Vergeriis, Bocerus, Gilhausen. De Retorsione injuriarum Georg. Adam Struvius. De diffamationibus Mundius à Rodach. De veritate convitii Joach. Hoppius. De actionibus injuriarum Sacerdotem concernentibus Disp. Simonis. De actione injuriarum ob arrestum contra debitorem solvendo existentem dolose impetratum competente Pfanstiel. De declaratione honoris Sandreiter. De retorsionis

insinu-

insinuatione per Notarium Mundius Cons. 23. Vol. 1. De injuriis contra Principem cum diris imprecationibus effusis Tabor, Decis. 201.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Quæ in hoc Titulo circa injuriarum vindicationem proponuntur, adhuc hodie obtinere nullum est dubium: pauca tamen se aliter habent, & quædam moribus introducta de novo. Ad illa quæ aliter se habent, spectat hoc, quod hodie in causis injuriarum ex pacte rei admittatur Procurator. *Kölerus P.* 1. *Dec.* 141. *n.* 5. quod multo magis obtinet ex persona actoris, si modo cautionem præstiterit, ob cessantem hodie inscriptionem *Const. Crim. Art.* 12. Quod si tamen injuria gravior sit, ita ut pœna corporis afflictiva sit metuenda, nec hodie admittendus esset Procurator. *Carpzov. P.* 2. *Const.* 42. *def.* 3.

§. 2. Porro non puto Jure Communi licitum esse Judici famam condemnato reservare, cum mitior lege esse non debeat. Moribus tamen receptum ut Judex ex justa & probabili causa quæ ejus arbitrio committitur, clausulam famæ reservatoriam, Sei-nen Ehren unschädlich ꝛc. possit in sententia exprimere, teste *Mevio P.* 3. *Dec.* 32. *Carpzov. Pr. Crim. Qu.* 94. *n.* 80. quod adeo invaluit,

valuit, ut si Judex hanc reservationem omittit, justa appellandi causa inde resultet. *Mev. P. 5 Dec. 368.*

§. 3. Circa pœnam famosi libelli certum quidem est, quod per *Constitut. Criminal. Art.* 110. pœna talionis in *L. un. C. de famos. libelli.* expressa, sit confirmata; quam pœnam etiam Jure Saxonico obtinere, & hinc gladio punitum esse autorem libelli famosi testatur. *Carpzov. in Pr. Crimin. Qu. 98. n. 16.* Hoc tamen in gravissimis injuriis (æstimandis ex persona inferentis & patientis) tantum obtinebit; alias pœna arbitraria esse solet; quæ vix ultra fustigationem extendi solet. De cætero Jure Communi nihil interest ad pœnam mitigandam, an autor veritatem criminis imputati probare possit nec ne. *L. un. C. de famos. libell.* Quod idem Jure Carolino verum putat esse *Stephani ad Const. Crimin. Art. 110. n. 6* Verum ex ipso contextu apparet, tali casu pœnam esse arbitrariam. vid. *Heig. Quæst. illustr. P. 1. Quæst. 31. n. 43 Carpzov. Pr. Crim. Qu.* 98. *n.* 40. quod & verum esse puto hodie in casu, si autor libelli nomen suum expresserit, cum sic læso facilior sit vindicatio. *Carpz. d. l. n. 24.*

§. 4. De novo moribus introducta Recantatio injuriarum, per quam fama opinione hominum ademta, quasi restituitur. Ex quo simul

ſimul apparet, rei perſecutoriam eſſe actionem ad Palinodiam, & hinc eandem cum actione injuriarum æſtimatoria, etiam ſi civiliter intentetur (nam nihilominus pœnalis eſt) cumulari poſſe. *Struv. ad ff. h t.* §. 59. *Gail. L.* 1. *Obſ.* 65. *Diſſentit Carpzov. P.* 4. *c.* 42. *def.* 16. Cujus ſententia in Saxonia approbata, extra Saxoniam tamen priorem ſententiam in foro ſequimur.

§. 5. Circa ipſam Recantationem dictandam cautus in foro debet eſſe Judex. ut qualitatem & quantitatem injuriarum probe attendat: tres enim ejus gradus dantur, ſi enim verba injurioſa dubia, dictatur declaratio, Eine Ehren-Erklärung: ſi verba certa ſed injuria levior, dictatur deprecatio; Eine Chriſtl. Abbitte: Si injuria atrox, imponitur demum recantatio; Ein öffentl. Widerruff. *Mev. P.* 3. *Deciſ.* 30. Recantatio enim famam lædit, non vero deprecatio. *Carpz. Pr. Crim. Quæſt.* 14. *n.* 18.

§. 6. Porro quoque retorſio remedium eſt moribus inductum, quo extrajudicialiter vindicari poſſunt injuriæ, quod remedium excuſati quidem, juſtum vero dici vix poteſt. vid. *Brunnem & Pfanfuch Tract. de Retorſione.* Hic tamen ejus hodie effectus eſt, ut tollat injuriarum actionem. *Mev. P.* 5. *Dec.* 337. *Carpzov. P.* 4. *conſt.* 46. *def.* 10. modo

retor-

retorsio in suis manserit terminis, id est, non majora crimina retorserit alter quam ipsi objecta, alias excessus retorsionis pro nova injuria reputandus. *Gail. L. 2. Obs.* 10c. *n.* 9. Quamvis excedens terminos retorsionis mitius puniatur. *Carpzov. P. 4. const. 46. def. ult.* Cum autem prima injuria per retorsionem sit sublata, non dabitur retorsionis retorsio, sed pro nova hæc erit injuria æstimanda. Id vero quod injuria illata in continenti retorqueri debeat secundum *Carpzov. d. l. def.* 11. moribus vix observatur; cum ex intervallo retorsionum scripta mitti soleant, quales retorsionis, cum extrajudicialem vindictam contineant, Judex regulariter acceptare non debet. *Mev. P. 5. Dec.* 339.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. L. 4. L. 5. pr. §. 9. L. 7. pr. L. 11. pr. §. 3. §. 7. L. 13. §. 1. L. 15. §. 1. § 5. §. 13. §. 15. §. 20. §. 21. §. 23. §. 24. §. 33. L. 17. §. 7. L. 18. pr. §. 3. §. fin. L. 28. L. 32. L. 33. L. 34. L. 35. L. 42. L. ult.

Lib. XLVII. Tit. II.

De extraordinariis criminibus.

Jung. L. 9. Tit. 38. C. de Nili aggeribus non rumpendis.

De Scopelismo scrips. Thebesius. De diffidati-

ſidatione conf. Dn. ab Andler in Corpor. Conſtitut. Imperial. Tom. 2. Voc. Abſag.

Uſus Tituli modernus.

Et hodie pleraque hæc delicta hic expreſſa non habent certam & Legibus determinatam pœnam, hinc in caſu occurrente Judex arbitrabitur. Præcipue vero ex circumſtantiis æſtimabit quomodo & quanta delinquenti irroganda ſit pœna, quorſum omnia illa loca Conſtitut. Criminal. ſpectant, quibus Judici injungitur, daß er bey den Rechts-Verſtändigen Raths pflegen ſolle. Nullum vero dubium eſt, etiam hodie talem pœnam, ſi circumſtantiarum ratio id urſerit, ad mortem extendi poſſe. Vid. *Berlich. P.* 4. *Concluſ.* 36. *n.* 19. & quæ dicta *in Diſputatione de Dardanariis à Sam. Strykio* habita. *cap.* 8. *num.* 34. Obſtare quidem graviter videtur *Conſtitut. Crimin. Art.* 104. in fin. ubi pœnam mortis lege non expreſſam Judici dictare prohibitum; Sed cum ipſe textus doceat, in verbis: oder derſelben gleichen / non præcipue opus eſt, ut in hoc delicti genere expreſſa ſit pœna mortis.

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. L. 2. L. 6. L. 7. L. 9. L. ult.

Lib. XLVII. Tit. 12.

De Sepulchro violato.

Jung. L. 9. Tit. 19. C. de Sepulcr. violato.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Pænam violati ſepulchri Jure communi expreſſam adhuc hodie, cum aliud deciſum non ſit, obtinere, rectiſſime tradit. *Carpzov. Pr. Criminal. Qu. 83. n. 65.* Quod in tota materia criminali fundamenti loco ſupponendum. Cum tamen pœna pecuniaria *L. 4. C. h. t.* expreſſa, tanta ſit, ut eam vix decimus ſolvere poſſit, tunc pœna corporalis ſubſtituitur, ut ita in corpore luat qui non habet in ære.

§. 2. Hoc vero hodie mutatum quod in *L. 3. §. 5. h. t.* de mortuis in Civitate ſepeliendis habetur: Imo ex Jure Romano, mores recepti, quibus pretium pro loco ſepulturæ in Civitate ſolvitur, defendi poſſent eſt enim hoc pretium pro diſpenſatione quaſi ſolutum. De pœna hodierna ſpoliantium cadavera videri poterit. *Carpz. P. 4. conſt. 34. def. 1. ſeq.*

Leges notabiles h t.

L. 3. §. 4. §. 5. L. 4. (in qua habetur, quod ſepulchra hoſtium nobis non ſunt religioſa.)

Lib. XLVII. Tit. 13.

De Concussione.

Usus Tituli modernus.

Crimen hoc hodie insolitum non est, & cum nulla speciali consvetudine pœna Juris Romani immutata, aut nova inducta, secundum Jura hujus Tituli scelus hoc vindicandum erit.

Lib. XLVII. Tit. 14.

De Abigeis.

Jung. L. 9. Tit. 37. C. de Abigeis.

De crimine abigeatus extraordinario Harpprecht Resp. 55. & quomodo in eo corpus delicti repræsentetur Resp. 56.

Usus Tituli modernus.

Cum pœna furti hodie sit in genere laqueus, & illa sufficiat ad conservandam securitatem pascuorum publicorum, non solet is qui in pascuis furtum committit, gravius puniri, quam qui alibi: hinc si tertia vice idem commissum suspendendus erit. *Dambouderus in Crim. Prax. c. 115. Carpz. in Pr. Crim. Qu. 86. n. 38.*

Lib. XLVII. Tit. 15.

De Prævaricatione.

De Prævaricatoribus Disp. Kauffmanni extat. De Prævaricationibus Advocatorum scrips. Beyerus.

Usus Tituli *modernus.*

Hodie uti raræ sunt accusationes, ita quoque raræ sunt prævaricationes propriè sic dictæ. Si tamen casus contingat, arbitraria pœna locum habere solet, vid. *Menoch. de arbitr. Jud. Quæst. cas.* 323. *n.* 8. Quod prævaricationes Advocatorum attinet, hæ uti sunt frequentiores, ita nova Lege fuerunt vindicandæ, per *Constit. Crim. Art.* 115. ita ut sive in civili sive in criminali causa prævaricatus fuerit Advocatus, primum ad reparationem damni, postea ad pœnam numellarum, Pranger oder Hals-Eisen / relegationem & fustigationem condemnetur.

Leges notabiles h. t.

L. 1. pr. §. 1. L. 3. §. 1. §. fin. L. 5. L. fin.

Lib. XLVII. Tit. 16.

De Receptatoribus.

Jung. L. 9. Tit. 39. C. de his qui latrones vel aliis criminibus reos occultaverunt.

Usus Tituli modernus.

Pœna Receptatorum non dissimilis est ab ea

ea quæ Jure Romano expressa est, sed prout quis vel conspiraverit, vel sine spe lucri receperit, pœna vel mortis, vel alia levior dictatur. De quibus vid. *Carpz. in Pr. Crimin. Qu.* 134. *n.* 37. *& seq.*

Lex notabilis h. t. est L. fin.

Lib. XLVII. Tit. 17.

De furibus balneariis.

Usus Tituli modernus.

Quod ad *Tit. XIV. h. Libr.* dictum est, id hic repetendum, scilicet furtum hoc pariter ut alia furta punitur, adeo ut accedente trina reiteratione quis suspendi possit.

Lib. XLVII. Tit. 18.

De effractoribus & expilatoribus.

Usus Tituli modernus.

Furtum cum effractione commissum etiamsi primum sit, mox hodie capitale esse dixi ad *Tit. de furtis* §. 2. Effractio carceris etiamsi Principis sit, hodie non ultra fustigationem punitur, sæpius vero punitur mitius. *Carpzo v. Pr. Crimin. Qu.* 3. *n.* 96. Quod si culpa Commentariensis dimittatur, hic punitur arbitrarie, si ejus dolo, Commentariensis eandem sustinet pœnam quam delinquens.

linquens. per *Constitut. Criminal. Art.* 180. quamvis hoc ultimum rarius observetur. Expilatores nocturni pariter ut alii praedones poenam gladii sustinent. *Const. Crim. Art.* 126. Saccularii regulariter fustigatione puniuntur. *Carpzov. Pr. Crimin.* Qu. 81. *n.* 32. quamvis & poena mortis, si triplicis furti convicti, locum inveniat. Vid. *Stryckii Disp. de Saccular. c.* 4. *n.* 25.

Lex notabilis h. t. est L. fin.

Lib. XLVII. Tit. 19.

Expilatae hereditatis.

Jung. L. 9. Tit. 32. C. de Crim. expil. hereditat.

Usus Tituli modernus.

Hodie dubium non esse puto expilatorem hereditatis pariter ut furem etiam suspendio puniri posse, cum eadem malitia hic occurrat quae in alio fure. Et quamvis *Carpzov. in Pr. Crim. qu.* 83. *n.* 75. non suspendio sed leviori poena expilatores puniri velit, multum tamen interest, an expilator sit extraneus, an aliquis ex heredibus, cum hoc mitius agendum vult *Const. Crimin. art.* 165: ob jus quod jam in hereditate habet, non cum isto. Sicut & contra viduam expilatae hereditatis inculpatam non per inquisitionem,

tionem, sed ordinaria juris via procedendum est. *Carpz. Libr. 6. Resp. 85.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. §. 1. L. 4 L. 5.

Lib. XLVII. Tit. 20.

Stellionatus.

Jung. L. 9. T. 34. C. de Crim. Stellionatus.

De Stellionatu scrips. Georg. Adam Struvius.

Usus Tituli modernus.

Crimen Stellionatus in casibus hic expressis etiam hodie obtinet, & pœna pro arbitrio Judicis & qualitate læsionis alterius determinanda.

Lex notabilis est L. 3.

Lib. XLVII. Tit. 21.

De Termino moto.

Usus Tituli modernus.

Hocquidem certum, quod pœnæ pecuniariæ Juris Romani hodie sint arbitrariæ, & sic pœna 50. aureorum vix obtineat, licet eam pœnam non exolevisse tradat *Farinac. Qu.* 168. *n.* 91. *Tholosan. in Syntagm. L.* 39. *c.* 13. In *Constitut. Crim.* tamen pro diversi-

 tate

tate terminorum motorum & qualitate damni extenditur pœna usque ad corporis afflictivam per *art.* 114. Conf. *Carpz. Pr. Crimin. Qu.* 83. *n.* 67.

Lib. XLVII. Tit. 22.

De collegiis & corporibus.

De Collegiis Opificum von Handwercks-Zünfften. vid. prolixe Dn. ab Andler in Corpore Constitutionum Imperialium voc. Handwerck.

Usus Tituli modernus.

Et hodie quoque Collegia regulariter sunt prohibita, ita ut illi, qui permissum esse Collegium dixerit, probatio incumbat. *Matth. Stephani de Jurisd. L.* 2. *P.* 2. *cap.* 6. *n.* 68. Pœna vero arbitraria erit, pro ratione finis Collegii, & pro ratione incommodi quod exinde in Rempublicam redundare potuisset.

Lib. XLVII. Tit. 23.

De popularibus actionibus.

Usus Tituli modernus.

Præsentem Titulum nusquam observari ex *Rebuffo* notat *Groenweg. in Comm. ad ff. h. t.* Sed quamvis hodie ipsi Magistratus popularia

pularia delicta vindicent, inde tamen nulla sequela, privatis interdictum esse, secundum Jura hic præscripta, delictum vindicare, cum intersit publice viam vindicationi delictorum præscriptam non præcludi.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3 §. 1. L. 4. L. 6.

Lib. XLVIII. Tit. 1.

De publicis Judiciis.

Ad constitutionem criminal. scripserunt Christoph Blumbacherus, Antonius Bullæus, Daniel Clasenius, Goblerus, Ludov. Gilhausen, Caspar Manzius, Jacob Otto, Georg Remus, Matthias Stephani. Nicol. Vigelius, Bernhard Zieritzius. **De delictis** & Judiciis publicis scrips. Angelus Aretinus de maleficiis, Tiraquell. Ambrosinus, cujus extat Processus Informatorius, Claud. de Battandier, Prax. Crimin, Gothofr. à Bavo Theorica Criminal. Jacobi de Bollovifo S. Bellovisu Pr. Crim. Bertazoli Consil. Crimin. Joan. Baptist. Bajardus ad Jul. Clar. Prax. Crim. Hippol. Bonicossæ Comm. Opinion. Crim. Ægyd. Bossii Pr. Crim. Marci Ant. Blanci Pr. Crim. Guiliel. Bockelii Visiones de Publ. Judic. Brunnem. Processus Crimin Ludov. Carrerii Pr. Crim. Petri Caballin

Resolutiones Crimin. Cæpollæ Consil. Crim. Aloysii Catalini Tr. Crim. de Amnestia S. Abolitione. Julii Clari Pr. Crim. Bened. Carpzovii Pr. Crim. Jodoci Domhouderi Prax. Crim. Tiber. Deciani Pr. seu Tract. Crimin. Bernhardi Diazii Pr. Crim. Fichardi Cons. Crimin. Sigism. Flachii Colleg. Crim. Folleri Pr. Crim. Prosp. Farinacii Opera Crim. S. Pr. Crim. Petr. Ferrarii Pr. Crim. Albert. Gandini Criminalia s. de Maleficiis Tr. Ludov. Gilhausen Arbor Judic. Crim. Marii Giurtæ Cons. Crimin. Anton Gomez de delictis. Sebastian. Guazzini Opera Crim. Anton. Gvewerræ Quæst. Crim. Joh. Harpprecht de Public. Jud. seu Tr. Crim. Hondedei Consil. Crim. Lancellott. de Offic. Prætor. in causis civil. & crimin. Thom. Lindemanni Disp. de publ. Judic. Joan. Marian. Montic. Pr. Crim. Anton. Matthæi Crim. s. de Crimin. Hippolyti de Marsiliis Pr. Crim. Thomæ Mezgeri Cons. Crimin. Bernardi Muscatelli Tr. de cognitione delictorum. Jacob Novelli Tr. & Theor. Causar. Crimin. Justi Oldekopfs Observat. Crim. Ludov. à Peyverræ Decis. Crim. Theod. Petrei Concl. Crimin. Petri à Placæ S. Plazæ Epitome delictorum. Paris de Puteo Tr. de Syndicatu. Emer. à Rosbach Procell. Crimin. Christoph. Philipp. Richter de Publ. Judic. disput. Sigism.

gism. Scacciæ Tr. de Judic. Caufar. civ. & crimin. Carol. Sigonius de Criminibus Sichardi Conf. Crimin Brunon. à Sole Conf. Crimin. Struvii Diff. Crim. Joan. Otton. Taboris Racemat. Crimin. Petri Theodorici Coll. Crim. Andreæ Tiraquelli Pr. Crimin. Thomæ Trivifiani Decif. Crimin. Ponifacii de Vitalino Tr. de maleficiis. Alphonfi Villagut Pract. Canon. Crimin. Johann. Baptift. Vulpinii Succus Farinac. Sigism. Wittum. Conf. Crim. Joann. Bapt. Ziletti Conf. Crim. Martini Jurispr. Crimin.

Vſus Tituli modernus.

Quomodo publica crimina à privatis differunt, diximus fupra ad *Tit. de priv. delict.* Ex quo apparet, non effe confufa hæc crimina, fed adhuc hodie diftincta. Id tamen hodie aliter fe habet, quod Procurator pro accufatore non debeat admitti, uti dictum eft fupr. *ad Tit. de Procurator.* Pariter quoque infamia hodie reum condemnatum, fequitur etiam fi proceffus fuerit inquifitorius. *Farinac. Pr. Crim.* Qu. 18. *n.* 9.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 5. L. 7. L. 13.

Lib.

Lib. XLVIII. Tit. 2.

De accusationibus & inscriptionibus.

Jung. L. 9. Tit. 2. C de accusat. & Tit. 1. C. de his qui accus. non poss Tit. 6. C. Si reus vel accusator mortuus fuerit. L. 5. Tit. 1. x. de accus. invisit. & denunciat. De Re accusatione s. de Anticategoria scr. Lynck.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Accusationes hodie sublatas esse falsum est, cum multa adhuc hodie extent exempla ubi solenni accusationis processu crimina sunt vindicata. In quibusdam etiam locis Advocatis Fisci committitur, ut ipsi accusatoris partes in se recipiant, quo casu secundum Jura præscripta hic proceditur, & appellari solent Peinl. Ambts-Ankläger. Cum vero onerosum sit accusatoris subire partes, regulariter hodie denunciari solent crimina Magistratui ad formandum Processum inquisitorium.

§. 2 Inscriptiones hodie penitus cessare extra dubium est, nec enim accusator obligatur ulterius, quam ad cautionem sufficientem præstandam, de refundendis expensis, & quod accusato, si innocens deprehensus, de injuriis satisfacere velit. Quod si hanc

hanc cautionem præstare nolit, carcere vel arresto tamdiu detinendus erit per *Constitut. Crim. art.* 12. conf. *Carpzov. Pr. Crimin. qu.* 106. *n.* 41. ubi de pœna talionis abrogata agitur, & *n.* 44. ubi agitur de qualitate cautionis.

§. 3. Reliqua quæ in hoc Titulo occurrunt fere omnia usu servantur, sicut & ipsa criminum præscriptio. *Carpz. in Proc. Crim. Qu.* 141. licet multi pœnam homicidii excipiant. De cætero tamen etiam hodie Magistratum accusari posse, si delictum magnum sit, nullum est dubium, sicut & servi nostri accusare possunt, cum sint liberi homines. Instantia biennii, qua finienda accusatio, hodie pariter non observatur, nec Judici unquam via præcluditur, quo minus reassumere desertam accusationem possit, & inquisitionem continuare.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 6. L. 8. L. 11. L. 20.

Lib. XLVIII. Tit. 3.

De custodia & exhibitione reorum.

Jung. L. 9. Tit. 3. C. de exhibend. & transmittend. reis. Tit. 4. C. de custodia reorum, Tit. 5. C. de privatis carceribus inhibendis.

De Relaxatione carceratorum ſcrips. Paul. Grilandus.

Vſus Tituli modernus.

Titulus hic hodie neceſſarius eſt, & pleraque uſu fori obtinent, quæ hic expreſſa: Receptum tamen moribus ut etiam carcer pœnæ nomine dictetur, quod & convenit. *Conſtit. Crim. art.* 157. Vid. *Carpz. in Prax. Crimin.* Qu. 3. *n.* 64. De pœna Commentarienſis, quæ in h. t. habetur, ſtatutum quidem etiam in *Conſtit. Crim. Carol. art.* 180. quod eadem pœna dictari debeat, quam meruiſſet ex carcere dimiſſus: in praxi tamen hoc non ita ſtricte obſervatur, ubi ultra fuſtigationem non proceditur. *Carpzov. d.* Q. *n.* 102. Pariter quoque quod de Nobilibus & Doctoribus non incarcerandis Jure communi diſpoſitum, eatenus quidem adhuc obtinet, ut non in vulgarem carcerem conjiciantur, ſed in loco honeſtioris cuſtodiantur: ſi tamen & loci & cuſtodum deſit copia, communem cum reliquis delinquentibus experiuntur ſortem. *Carpz. d. l. n.* 40.

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 3. L. 4. L. 5. L. 6. L. pen.

Lib.

Lib. XLVIII. Tit. 4.

Ad Legem Juliam Majestatis.

Jung. L. 9. Tit. 8. C. ad L. Juliam Majestatis. T. 7. C. si quis Imperat. maledix.

De Crimine læsæ Majestatis scrips. Henric. Bocerus, Martin. Laudensis, Kley.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Crimen læsæ Majestatis etiam hodie tam in Imperatorem, quam in alios Reges committi extra controversiam est, quo casu quæ Romano Jure expressa, adhuc obtinent. Qua de re notabile præjudicium extat apud *Joh. Philippi in Us. Pract. L.* 4. *§.* 3. *Eclog.* 80. Id tamen hodie singulare est ex *Constit. Carol.* & *Capitul. Leopold.* quod si ob crimen Majestatis in Imperatorem admissum bona sint confiscanda, non omnia cedant fisco Imperatoris, sed bona mediata capiat status Imperii sub quo sita.

§. 2. Circa Imperii status dubium superest: nam Aurea Bulla *Tit.* 24. speciatim disposuit, quod in Electores crimen Majestatis non tantum committatur, sed & eadem pœna, quæ delinquentibus in Imperatorem dictatur, obtinere debeat: hinc de aliis Principibus aliud dicendum videtur. Verum & in

in hos crimen læſæ Majeſtatis committi docet *Carpzov. in Pr. Crim.* Qu. 38. non tamen ſimul pœna confiſcationis, hoc caſu obtinet, quippe quam in ſolis Electoribus læſis locum habere voluit Aurea Bulla. Quanquam ego putarem etiam horum ita delinquentium bona confiſcari poſſe, ſed illa tantum quæ in territorio læſi Principis ſita, non quæ alibi in Imperio.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 3. L. fin.

Lib. XLVIII. Tit. 5.

Ad Legem Juliam de adulteriis coercendis.

Jung. L. 9. Tit. 9. C. ad L. Juliam de audulteriis & ſtupro. Tit. 16. C. ſi quis eam cujus Tutor fuit, corrupit. T. 11. C. de mulieribus quæ ſe propriis ſervis junxerunt. Tit. 13. C. de raptu virginum, nec non viduarum & ſanctimonialium. L. 5. T. 16 x. de adulteriis & ſtupro.

De adulteriis ſcrips. Flaminius de Rubeis.

Uſus Tituli modernus.

§. 1. Adulterii pœna eadem fere hodie obtinet quæ Jure Romano, ſi duplicatum illud ſit, mas & fœmina pœnam gladii ſentiunt.

unt. *Brunnem. in Proc. Inquisitor. C. 9. n. 30.* In quo mores recessere à Jure Romano, ubi fœmina mitius punitur. *Novell.* 114. c. 10. Adulterium simplex cum conjugata commissum meretur pœnam fustigationis, quoad fœminam, capitis vero quoad masculum solutum. *Carpzov. in Pr. Crim. qu.* 53. *n.* 40. Si vero vir conjugatus & fœmina soluta, ille pœnam fustigationis, hæc carceris sustinet. *Carpzov. P. Crim. qu.* 53. *n.* 48. In Electoratu tamen Saxoniæ masculus conjugatus pœnam gladii, fœmina soluta pœnam fustigationis sustinet. *Carpzov. Pr. Crimin. qu.* 54. *num.* 37.

§. 2. Recepta quoque moribus magis quam Jure stricto remissio innocentis, h. e. ut nocens conjux liberetur à pœna mortis, substituta relegatione, cum hoc annexo, ut pars innocens nocentem sequatur in exilium: quæ remissio quousque procedat vid. *Carpzov. Pr. Crim. Qu.* 55. & *Brunnemann. d. l. n.* 32. *seqq.*

§. 3. Pœnam stupri hodie esse, ut aut dotet aut ducat, notum est, quamvis hæc non tam pœna sit, quam satisfactio partis læsæ, poterit ergo insuper Magistratus pœnam arbitrariam dictare. *Carpzov. Pr. Crimin. Quæst.* 68.

Leges Notabiles h. t.

L. 5. L. 8. L. 11. §. 9. L. 13. §. 4. §. 5. §. fin. L. 17. §. pen. L. 20. L. 22. L. 28. §. 4. §. 8. §. pen. L. 39. pr. & §. 5.

Lib. XLVIII. Tit. 11.

Ad Legem Juliam de Vi publica.

Jung. L. 9. Tit. 12. C. ad L. Juliam de vi publ. & privata.

Vsus Tituli modernus.

§. 1. Pœna vis publicæ etiam hodie arbitraria est, quæ determinanda pro diversitate personæ patientis, ratione loci privilegiati, ubi vis illata. Sic amputatione manus puniri solent illi qui in Palatio Principis aliquem verberant. *Carpz. in Pr. Crim. Qu.* 40. *n.* 30. *seq.* Parem pœnam sustinent qui vias obsidendo alios invadunt & lædunt (Germanice die Wegelagerung) de quo crimine vid. *Carpz. d. l. n* 36.

§. 2. Singulare vero crimen est, quod Imperii Legibus vindicatur, & vocatur crimen fractæ pacis publicæ, de quo extat Tr. *Gailii de Pace. Conf Ordin Camer. P.* 2. *Tit.* 9. Ut vero hoc commissum delictum vindicetur, hæc tria conjunctim concurrere debent 1.) Ut sit vis publica armata, eaque major

quam

quam ut ei resisti possit. 2.) Ut sit vis armata coadunatis hominibus. 3.) Ut adsit dolus ex proposito, sive destinata voluntas offendendi, communicato prius consilio. *Gail. de Pace publica P.* 1. *cap.* 7. *Carpzov. Pr. Crim. P.* 1. *Qu.* 35. Pœna est banni Imperialis vel gladii. vid. *Constitut. Criminal. Carolina art.* 118. *& seq.*

Leges Notabiles h. t.

L. 1. L. 3. tot. L. 7. L. 10. pr. §. 1. L. 11.

Lib. XLVIII. Tit. 7.

Ad Legem Juliam de vi privata.

Jung. L. 9. Tit. 12. C. ad L. Jul. de vi publ. & priv.

Usus Tituli modernus.

Vim privatam à publica in eo hodie differre quod nulla arma sint adhibita certum est. *Carpzov. Quæst.* 40. *n.* 5. Pœna vis privata hodie arbitraria est, pecuniaria scilicet vel carceris, vel relegationis. Confiscatio bonorum hodie rarius obtinet. An vero amissio juris adhuc hodie locum inveniat, dictum ad Tit. quod metus caus.

Lex notabilis est pen.

Lib. XLVIII. Tit. 8.

Ad Legem Corneliam de Sicariis & Veneficis.

Jung. L. 9. Tit. 16. ad L. Cornel. de Sicariis. Tit. 18. C. de maleficis & mathematicis, & cæteris similib. L. 5. Tit. 12. x. de homicidio voluntario vel casuali. T. 21. x. de sortilegis.

De corpore delicti in homicidio Wolffg. Textor. De homicidio Disp. Schemelii.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Crimen homicidii hodie æque gladio vindicari ac olim, in vulgus notum est, si tamen insidiæ magnæ accesserint, vel etiam veneno homicidium commissum, pœnæ rotæ maribus, culei vero fœminis dictari solet, vel etiam gladio præmittuntur candentes forcipes juxta *Constit. Crim art.* 130. is vero qui cum telo ambulat occidendi causa vel etiam vulnerat eo animo, morte non secuta, non punitur hodie pœna homicidii. *Carpzov. Pr. Crim.* Qu. 2. *n.* 46.

§. 2. Reliquæ species homicidii eodem fere modo vindicantur quo Jure Romano præscriptum est: Sic in expositione infantum vid. *Const. Crim. art.* 132. de partu abacto vid.

vid. *Conſt. Crim. art.* 133. de pœna illius qui ipſi ſibi manus infert vid *art.* 135. in quo crimine merito explodenda conſvetudo carnificum, ſibi vindicantium bona propricidæ, quæ gladio attingere poſſunt. vid. *Stryck, Diſſ.* 7 *de Jure Senſ. c.* 3. *n.* 39.

§. 3. Magiæ pœnam quod attinet, certum eſt eam hodie ignem eſſe, quamvis ſi nemini nocuerunt pœna gladii dictari ſoleat, quod conveniens videtur *art.* 119. *Conſtit. Criminal.* niſi tamen jam congreſſum cum diabolo habuerint, ubi mox pœna ignis dictanda. *Brunnem. in Proc. Inquiſit. cap.* 9. *num.* 14. Si pactum habuerint implicitum cum diabolo, puniuntur extraordinarie, ſi nemini nocuerunt, ſed ſi nocuerunt, puniuntur gladio. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 50.

§. 4. Quoad incendiarios, non amplius diſtinguitur ſecundum Jus Romanum an in Civitate, an extra eam incenderint, ſed omnes indiſtincte pœna vivicomburii afficiuntur. *Conſt. Carol. art.* 135. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 38. *n.* 28. *ſeq.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 3. §. 2. §. 4. L. 4. §. 1. L. 7. L. 9. L. 14. L. 15. L. fin.

Lib. XLVIII. Tit. 9.

Ad Legem Pompejam de Parricidiis.

Jung. L. 9. Tit. 17. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt.

Usus Tituli modernus.

In parricidio adhuc pœnam culei obtinere certum est, licet fustigatio quæ Jure Romano præcedebat culeo, ab usu recesserit, sicut & culeo ex corio confecto linteus successit. Adduntur quoque in Saxonia illa animalia, & felis simiæ loco substituitur, de quibus vid. *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 8. non tamen solet hodie pœna parricidii aliis casibus applicari, quamsi inter parentes & liberos, vel si à conjugibus delictum admissum. *Carpz. d. l.* in reliquis cognatis obtinet pœna gladii, quæ interdum pro ratione circumstantiarum exasperatur. *Carpz. qu.* 13.

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 9. L. fin.

Lib. XLVIII. Tit. 10.

Ad Legem Corneliam de falsis, & de SCto Liboniano.

Jung. L. 9. Tit. 22 C. ad L. Cornel. de fals. T. 24 C. de falsa moneta. Tit. 25. C. de mutatione nominis. T. 23. C. de his qui sibi adscribunt in testamento.

De falso in persona Eisenhardus. De falsitate precum Principi oblatorum Samuel Stryck.

Usus Tituli modernus.

Casibus hic expressis etiam hodie crimen falsi committi, certum est, pœna vero adhuc arbitraria pro gravitate admissi, quod variis exemplis demonstrat. *Carpzov. Pr. Crim. qu.* 93. Pœna quoque falsæ monetæ adhuc est vivi comburium per *Const. Crim. art.* 111. ubi quoque docetur quot modis moneta falsificetur. Imo & in falsis ponderibus hodie pœnam dupli obtinere testatur. *Mev. ad Jus Lubec. P.* 4. *Tit.* 12. *art.* 1. *n.* 12.

Leges notabiles h. t.

L. 1. tot. L. 2. L. 3. L. 8. L. 9. tot. L. 13. pr. L. 16. §. fin. L. 19. pr. L. 21. L. 27. §. 1. L. 30. L. 32.

Lib. XLVIII. Tit. 11.

De Lege Julia Repetundarum.

Jung. L. 9. Tit. 27. C. ad L. Jul. Repetundarum.

De baratteria scrips. Tract. Joh. Phil. Lyncker. Disput, vero Mejerus & Bodinus.

Usus Tituli modernus.

Nullum prorsus est dubium etiam hodie judicem repetundarum posse conveniri, si

 preti-

pretium pro facienda justitia vel non facienda acceperit. Multa quidem vitio seculi inducta sunt, dum venalia ubique sunt omnia, sed quis corruptissimis illis moribus adeo proinde Leges latas abrogatus diceret? Obveniente potius casu secundum jura hic præscripta pronunciandum; quamvis pœnam arbitrariam pro qualitate admissi temperandam facile admiserim.

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 2. L. 6 §. 1. L. fin.

Lib. XLVIII. Tit. 12.

Ad Legem Juliam de Annona.

De Monopoliis scrips. Ahasver. Fritschius, Disput. Corsuant & Stöfferus, it. Tilenius. De propoliis Werenbergerus. Add. de P opoliis von Fürkäuffeley Nicol. Everhard. Vol. 2. Cons. 2.

Usus Tituli modernus.

Flagellationem annonæ etiam hodie gravi pœna vindicandam esse, certum est ex *Const. Crim. Carol. Art.* 113. ex quo apparet, quod si sæpius hoc crimen perpetratum, & magnum exinde civitati damnum datum, præsertim si pauperibus exinde fame pereundum fuit, pœna mortis locum habere possit. vid. *Matth. Stephani ad Const. Crim. d. art.*

art. 113. & *Reform. Polit. de Anno* 1548. *Tit.* 17. add. *Sam. Styck. Diss. de Dardanariis. cap.* 8. *num.* 21.

Lib. XLVIII. Tit. 13.

Ad Legem Juliam peculatus, & de Sacrilegiis & de residuis.

Jung. L. 9. Tit. 28. C. de crimine peculatus. T. 29. C. de crimine Sacrilegii.

Confer hic Döpleri Ungetreuen Rechnungs-Beamten / cap. 17 per tot. cap. 21. n. 122. usque ad n. 223. seq.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Crimen peculatus hodie æqualem meretur pœnam ac furtum, adeo ut in dictando suspendio tali casu pariter attendendum sit, an peculatus prima aut vero tertia vice commissus, sive an cum effractione, vel sine effractione.

§. 2. Sacrilegii quoque pœna hodie cum pœna furti coincidit sicut & in Marchia suspendio punitur, conf. *Const. Crim. Art.* 172. *seq.* In Saxonia vero pœna rotæ hoc crimen vindicari solet, modo res sacra ex loco sacro auferatur, alias enim ibi quoque dictatur pœna furti. Conf. *Carpzov. Pr. Crim. Quæst.* 89. *num.* 18. *seq.*

§. 3. Crimen de Residuis quod attinet, volunt quidam ejus pœnam hodie esse arbitrariam; Sed bina vice pœnam Juris Romani in Facultate Juridica dictatam esse memini, restitutio scil. rei ablatæ cum tertia ejus parte. In Saxonia Electorali specialiter insuper receptum, quod administratores pecuniarum si dolo ultra 100. florenos abstulerint, suspendio puniri debeant. *Carpz. Pr. Crim. quæst.* 83.

Leges notabiles. h. t.

L. 7. L. pen. & L. fin.

Lib. XLVIII. Tit. 14.

Ad Legem Juliam de Ambitu.

Jung. L. 9. Tit. 26. C. de ambitu. L. 5. Tit. 3. x. de Simonia.

Usus Tituli modernus.

Quod ad Titulum 12. dixi, hic merito repeto, moribus scilicet vitiosis ambitum non fieri posse licitum, quamvis ergo sæpius contra hunc Titulum in civilibus pariter ac sacris officiis comparandis peccari videamus, revocandæ tamen in usum hæ pœnæ essent, & contravenientibus applicandæ. Statutum reducens jus commune correctum, similiter reduxisse intelligi debet pœnas, ut iisdem casibus obtineant quibus antea. *Textor. Decis.*

Decis. 36. *n.* 1. & 4. *in Not.* ibique pulchrum exemplum de Juramento calumniæ pro statu personali.

Lib. XLVIII. Tit. 15.

De Lege Fabia de Plagiariis.

Jung. L. 9. Tit. 20. C. ad L. Fabiam de Plagiar.

De Plagio & Plagiariis Confer. Menoch. de arbitr. Jud. quæst. L. 2. cas. 536. Carpzov. Pr. Crim. Qu. 83. n. 85, & seq. Joh. Köppen. Observ. Lib. 2. Obs. 135. Böckel de publ. Judic. Disquis. 11. quæst. 1.

Usus Tituli modernus.

Generaliter quidem asserunt Dd. pœnam plagii adhuc hodie capitalem esse, *Gail. L.* 2. *qu.* 3. *n.* 2. *seq.* quod præjudiciis confirmat. *Carpzov. in Pr. Crim. qu.* 83. *n.* 88. *seq.* Confer. specialiter Discurs. Svevii de Plagio Raufnugiano. Non tamen existimaverim simpliciter id asserendum, nisi circumstantia aliqua quæ scelus augeat & exageret, accedat, prout idem præjudicia Carpzovii testantur. Hoc certum si Judæus hominis Christiani plagium commiserit, pœnam capitis irrogandam esse, alias fustigationis.

Lib.

Lib. XLVIII. Tit. 16.

Ad SCtum Turpillianum & de abolitionibus Criminum.

Jung. L. 9. Tit. 45. C. ad SCtum Turpillian. Tit. 46. C. de calumniat. Tit. 42 C. de abolition. Tit 43. C. de generali abolitione.

De Abolitione vid Differt. Erici Mauritii.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Volunt quidem haud pauci hunc Titulum hodie abolitum esse, sed male. Quia enim hodie accusationes non sublatæ, sed permissæ adhuc; sane si illa vel per calumniam motæ, vel malitiose derelicta non debet hoc impune ferre accusator. Conf. *Const. Crim. art.* 12. Pœna tamen hodie est arbitraria pro gravitate calumniæ, quam etiam obtinere putamus, si quis desistat ab accusando & quamvis pœnam desistentis hodie sublatam velit. *Wissenb. h. t. th.* 3. id tamen de pœna pecuniaria 5. Librarum auri tantum intelligendum. Id certum est, nunquam hodie ob id dimittendum reum, quod accusator destiterit, sed semper Judex ob publicum interesse continuare processum inquisitionis tenetur.

§. 2.

§. 2. Quæ de abolitione ob rem prospere gestam vel festum paschatos hic habentur, hodie regulariter non attenduntur, quamvis in aliquibus locis pie receptum, quod vincula soleant relaxari & liberior aura captivis in ejusmodi festo concedi. De cætero receptum quidem videtur, quod in die solennis introitus Principis, aliquibus gratia fieri soleat, quam præcipue prætendunt relegati, cum Principe in civitatem redeuntes; sed tota res in arbitrio Principis aggratiantis consistit, de quo vid. *Stryck de Jur. Sens. diss. 7. cap. 3. n. 25. & seqq.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. §. 3. §. 4. §. 5. §. fin. L. 6. pr. §. 3. L. 8. L. 9.

Lib. XLVIII. Tit. 17.

De requirendis reis vel absentibus damnandis.

Jung. L. 9. Tit. 40. C. de requirendis reis.

Usus Tituli modernus.

Si in fuga sit delinquens, etiam hodie est requirendus, quod fit literis requisitionis, Durch Steck-Briefe / vel etiam citationibus edictalibus in trium dominorum territoriis, si alibi deprehensus, remissio delinquentis ad

ad locum commissi delicti amplius necessaria non est, sed in arbitrio Judicis ubi deprehensus, consistit, Limitationes *vid supr. ad Tit. de Judic. §. 6.* Bona quoque absentis hodie annotantur non ut confiscentur, sed ne fuga delinquentis instruatur. Conf. *Constit. Crim. Art.* 206. Quamvis autem nec hodie contra absentem ultra relegationem procedi possit, in Saxonia tamen speciatim receptus processus banni, de quo prolixe agit *Carpz. Pr. Crim. Qu.* 140. quem in Marchia non sit in crimine Robbariæ observari constat. vid. *Brunnem. ad L. fin. ff. n. 2. h. t.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 1. L. 4. L. ult.

Lib. XLVIII. Tit. 18.

De Quæstionibus.

Jung. L. 9. Tit. 41. C. de Quæstionibus.

De tortura scrips. Henric. Bocerus. De reiteratione torturæ Schultius.

Usus Tituli modernus.

Usus torturæ vulgo notus est, & inde jura hic proposita non sunt abrogata, si illa quæ de servis torquendis dicuntur exceperis. Caute vero procedendum esse in dictanda tortura, & dijudicandis indiciis abunde docuit Carolus V. Imperator in *Const. Crimin. Art.*

Art. 20. *& seq.* Quæ pluribus deducta vid. ap. *Brunnemann. in Process. Inquisitor. cap.* 8. *membr. & Carpzov. in Pr. Criminal, Quæst.* 117. *& seq.*

Lib. XLVIII. Tit. 19.

De Pœnis.

Jung. L. 9. Tit. 42. C. de pœnis.

De pœnis scrips. Joh. Althusius.

Usus Tituli modernus.

Materia pœnarum vix aliquid continet quod hodie aliter se habeat, si deportationem & bonorum confiscationem exemeris. Quænam autem singulis delictis sint applicandæ pœnæ? de eo vid. *Brunnem. in Proc. Inquis. cap.* 9. de pœnarum mitigatione vid. *Carpz. in Proc. Crimin. Quæst.* 149. *& Tiraquell. integro Tract. de pœnis temperandis.*

Leges notabiles h. t.

L. 1. L. 4. L. 5. L. 8. §. 1. §. 6. §. 7. L. 9. § 9. §. 10. L. 11. tot. L. 14. L 18. L. 19. L. 25. L. 27. L. 28. §. 10. L. 31. L. 37. L. 38. §. 1. §. 5. §. fin. L. 39. L. 40. L. pen.

Lib. XLVIII. Tit. 20.

De bonis damnatorum.

Jung. L. 9. Tit. 49. C. de bonis proscriptor. & damnator. T. 48. C. ne sine jussu Principis certis judicibus liceat confiscare.

Usus

Usus Tituli modernus.

Hodie certum est bona damnatorum regulariter non amplius confiscari, sed descendentibus & ascendentibus relinquenda esse, *Auth. bona damnator. C. de bonis proscript.* extendit etiam ad collaterales, quod usu ita comprobatum. Quamvis autem Dd. aliqui existiment, in toto orbe Christiano, excepto crimine læsæ Majestatis, hodie confiscationem bonorum sublatam esse. *Carpzov. in Pr. Crim. Qu.* 135. *n.* 37. Hoc tamen aliter intelligi nequit nisi quod in aliis criminibus capitalibus cesset confiscatio, in non capitalibus enim adhuc hodie obtinere patet ex *Art.* 218. *Const. Crim. Carolinæ*, ibi: oder sonst in andern Fällen. vid. *Stryck. Disp. de Dardanariis cap.* 6. *n.* 14. *& seq.*

Leges Notabiles. h. t.

L. 7. §. 3. (L. 8. L. 9. L. 10. & L. 11. non solent allegari, quia non pro authenticis habentur.)

Lib. XLVIII. Tit. 21.

De bonis eorum qui ante sententiam vel mortem sibi consciverunt, vel accusatorem corruperunt.

Jung. L. 9. Tit. 50. C. de bonis eorum qui sibi mortem consciverunt.

Usus

Usus Tituli modernus.

Sicuti confiscatio bonorum in illis qui revera contemnati, excepto crimine læsæ Majestatis, cessat; ita multo magis in illis cessabit, qui ob crimen, ut supplicium effugerent, mortem sibi consciverunt. Hodie ergo tantum honesta sepultera denegari solet illis, *Carpz. Pr. Crim. qu.* 2. *n.* 30. non tamen mox properandum est ad locum patibuli, sed causa potius autochiriæ inquirenda.

Leges notabiles. h. t.

L. 1. L. 3. §. 4. §. 6.

Lib. XLVIII. Tit. 22.
De interdictis, & relegatis & deportatis.

Ad Tit. de Relegatis, interdictis & deportatis scrips. Joseph. Pernandez de Retes.

Usus Tituli modernus.

§. 1. Deportationis pœnam hodie ab usu recessisse constat, cujus loco successisse creditur bannum Imperiale juxta *Carpz. qu.* 140. *n.* 26. Quamvis banni pœna gravior dici possit deportatione, cum in banno nec illa quæ sunt juris Gentium Salva maneant. *Blum. in Proc. Camer. Tit.* 19. *n.* 83. non male tamen & deportatis comparari possunt fustigati

 cum

cum perpetua relegatione quia & hi in illa provincia ubi fustigati omnia jura omittant.

§ 2. Relegationis pœna hodie nota est, & certum neminem ultra jurisdictionis suæ relegare posse, unde in Marchia speciatim provisum est per *Recess. Provinc. de A.* 1653. §. 22. Semper relegationem ex tota Marchia fieri debere consensu Electoris. Aliud in Saxonia obtinet, ubi relegatus etiam à Nobili, ex tota Saxonia relegatus est. *Carpzov. Pr. Crim. quæst.* 130. *n.* 27. De Relegatis reversis hodie ita obtinet, ut illis digiti, quibus Vrphedam jurarunt, amputentur, si secunda vice redeant, fustigentur, si tertia capite plectantur. *Carpz. in Pr. Crim. quæst.* 47. *n.* 9. *n.* 56. & *n.* 60.

Leges Notabilis h. t.

L. 5. L. 7. §. 10. L. 9. Reliquæ non sunt authenticæ.

Lib. XLVIII. Tit. 23.

De sententiam passis & restitutis.

Jung. L. 9. Tit. 51. C. de sententiam passis & restitutis.

De restitutione famæ, s. jure restituendæ famæ Nicol. Christ. Lyncker.

Vsus Tituli modernus.

Pœnæ gratiam fieri, hodie infrequens non

non eſt, non tantum ab Imperatore, ſed & Principibus Imperii, ob ſuperioritatem, qua gaudent, territorialem. Quousque vero effectus reſtitutionis ſe extendat, illud ex verbis & voluntate Principis dijudicandum, & in caſu dubio ab eo declaratio petenda.

Lex Notabilis eſt L. 2.

Lib. XLVIII. Tit. 24.

De cadaverius punitorum.

Uſus Tituli modernus.

